abigo, -egi, -actum, -ere. *deest* -g-: WILLIB. Bonif. 7 p. 37,20 abiebat *(2a a. corr.). form. stirp. perf.* -ig-: *l. 30.42. metr.: inf.* abīgere: *l. 30sq.*

1 *strictius i. q. abducere, depellere – wegführen, vertreiben:* **a** *anim.:* VITA Arnulfi 4 cum saepe phalangas . . . suo -igisset mucrone. ALCUIN. carm. 3,20,5 equos . . . -ere pratis (WALTHARIUS 780 in gramen). CAND. FULD. Eigil. I 9 p. 226,27 a choro sanctorum. EKKEH. IV. pict. Sangall. 81 fugias, *Satanas,* violenter -tus. HERM. ALTAH. annal. a. 1169 episcopus . . . ab ecclesia -itur. *al.* **b** *res:* BEDA hist. eccl. 2,7 p. 94,26 periculum. ALDH. virg. I 37 p. 286,4 ea, quae fraude -erant (*syn.* direpta et depeculata). RHYTHM. 135,5 inferos . . . -egit *Christus* Tartari valbulasque inpessum. WALAHFR. Mamm. 13,8 metum.

2 *latius:* **a** *cogere – zwingen:* IONAS BOB. Columb. 1,19 p. 190,5 -tus (coactus *var. l.*) . . . rex . . . venit. **b** *arcere – fernhalten:* RUOTG. Brun. 2 p. 3,26 quę a se . . . manu discretionis -erat (-ig- *B 1*). RUP. TUIT. spir. 5,11 p. 1714B puer . . . ludis omnibus -tus. *aditu prohibere – abweisen:* MIRAC. Volq. 2in. pauperes. **c** *(fluvium) sulcare – (Fluß) durchfahren:* IONAS BOB. Columb. praef. p. 145,20 Scarbea lintris -ta ascoque Scaldeus. **d** *partic.* -tus *sensu temporali i. q. praeteritus – (zeitlich) vergangen:* EPIST. Hann. 90 p. 156,4 tempore -to (91 p. 157,30 proxime). METELL. Quir. 63,22 triduo . . . -to.

abimmitto *v.* abingruo.

***abin** *adv.* (abinde, *cf.* dein, deinde *sim.*) *illinc – von dort:* DIPL. Heinr. II. 482 p. 615,28 *(per haplologiam ?)* ex-hinc pergit *finis* . . ., -n descendit *eqs.* ODO Ern. duc. 7 p. 361B -n rediens (8 p. 371C).

***abinceps** (ab inceps) *adv. deinceps (sensu temporali; c. colore causali: l. 58) – danach (infolgedessen):* IULIAN. TOLET. Wamb. 3. LEG. Wisig. 3,5,6 (ha- *E 2*). VITA Anselmi Luc. 5 quantae igitur -s religionis fuerit. 34 oculos lavit et sanos -s habuit. 41. 65. REIN. LEOD. Regin. 15 p. 576,21 abdicare episcopatum et Romanae urbis ab inceps ingressum.

abinde (ab inde) *adv.* **1** *ex illo loco, illinc – von dort:* POETA Saxo 1,339 -e aufugit. DIPL. Otton. II. 288a p. 338,11 inde coniungitur *finis* . . . et -e vadit in rivum (*cf.* DIPL. Heinr. II. 482 p. 616,9 exhinc . . . -e). *al. paene i. q. illic – etwa 'dorf':* PRUD. TREC. annal. a. 845 p. 32,15 naves . . . per Sequanam hinc et -e cuncta vastantes. **2** *ex illo tempore, tum – von damals an, dann:* CAPIT. reg. Franc. 233,33 -e (abhinc 2) inantea. POETA Saxo 4,365 noctis -e sequentis. *al.* **3** *de auctore, origine:* **a** *ab illa parte – von jener Partei:* PRUD. TREC. annal. a. 846 p. 34,7 Karolus . . . pacem cum Nomenogio . . ., intervenientibus hinc et -e sacramentis, paciscitur. **b** *ab ea re – davon:* CHART. Sangall. A 406 (a. 849) nobis -e *(sc. a traditione)* unum solidum in censum prosolvat. TRAD. Ratisb. 650 ut fratribus . . . -e amministre⟨n⟩tur obsequia. **4** *de causa i. q. propterea – deswegen:* CHRON. Reinh. a. 1190 p. 546,25 -e . . . ingemuit. a. 1203 p. 566,17. **5** *de relatione i. q. de ea re – darüber:* CHART. Burgel. 106 p. 126,11 (a. 1274) litteram -e conscriptam. *v. et* *obinde.

abinfra (ab infra) *adv. abintus – von innen:* EDICT. Roth. 304 si ab infra (de intus 6, ab intus 7) in foris salierit *caballus.*

abingruentes (-cr- *a. c*) ana lecgende: abinmittentes ana uuerfande GLOSS. I 10,28 St.-S. (*cf.* 2,22).

***abinter** (ab inter) *praep. ex – aus:* REIN. LEOD. triumph. 1 p. 586,25 ab inter undis pertrahitur.

***abintra** *adv. abintus – von innen:* TROTULA 2 p. 5,43 mulier . . . vulvam suam -a inungat. *v. et p. 21,17.*

***abintrinsecus** (ab intrinsecus) *adv. abintus – von innen:* GALB. Karol. 63 ne iaculorum . . . percussionibus ab intrinsecus lederentur. 117med. *syn.* deintus.

abintro (ab intro) *adv. abintus – aus dem Innern:* VITA Agnet. 419 lucis amicta stolis deturbat ab intro *(sc. ex lupanari)* lenones.

abintus (ab intus). *scribitur* ábintus: LEO MARS. chron. 2,43 p. 656,30. **1** *adv.:* **a** *ab interiore parte – von innen, im Innern: corpor.:* LEG. Wisig. 3,5,6 replicatos -s clavos. AETHICUS ISTER 40 iugaque asperrima sectilia ab intus. RECEPT. Sangall. II 48 qui intra precordia . . . percussi fuerint seu ab intus rupti fuerint. VITA Auct. 12 ab intus vocem . . . audivit. *al. spirit.:* HARIULF. Arnulf. 2,33 suspiria cordis ab intus o quot mittuntur. HERBORD. Ott. 3,9 p. 753,21 tactusque ab intus spiritu pietatis. *al.* **b** *pro subst. i. qui intus versantur – die innen Befindlichen:* ANNAL. Ved. a. 895 p. 77,16 castrum, per noctem tradendo eum -s, tulerat Rodulfus. **2** *praep. i. q. deintra – von innen aus:* GALB. Karol. 32 -s castrum lapidibus . . . obruti sunt.

abinvicem *v.* invicem. **abissus** *v.* abyssus.

abistinc (ab istinc) *adv. abinde – von dort:* VITA Liutg. III 1,834 est . . . ab istinc Francorum, ab hinc Westphalorum locus.

abitio (-cio), -onis *f.* **1** *discessio – Weggang:* RATHER. Metr. 13 p. 468C *(de corpore sancti furtive ablato)* deserueris quamvis indignissimos -e. p. 469A ne tua -o *sit* nostra perditio. **2** *obitus – Tod:* HERIG. gest. 55 p. 188,15 vestra me . . . solitudo sollicitat, non mea -cio . . . contristat.

1. abitus, -us *m. script.* h-: *l. 47. form.* -ua: *l. 52.* **1** **a** *discessio – Abmarsch:* PRUD. TREC. annal. a. 839 p. 23,20 in partes Torennae . . . h-um divertit. **b** *obitus, ascensio – Tod, Himmelfahrt:* VITA Elig. 2,48 p. 728,6 tempore -us (ob- *var. l.*) sui. CAND. FULD. Eigil. II prol. 1,4 -um hincque venustum. TRAD. Ratisb. 93 post -um. EKKEH. IV. bened. I 21,67 post -um (gloss.: transitum) domini (gloss.: Helię). **2** *?aborsus – ?Abtreibung:* FRAGM. mul. I 1 abitua facere *(cf. Diepgen, QuellStudGeschNat. 3 p. 240).*

2. abitus *v.* habitus, avidus.

***abiubeo,** -iussum, -ere. *vetare – verbieten:* EKKEH. IV. bened. I 38,66 anima *Columbani* . . . immolat -ssas (gloss.: vetatas) tot ab annis mox quoque missas. *Prinz*

***abiudicatio,** -onis *f. damnatio – Verurteilung:* GESTA Camer. cont. II A 212,2 ne tradito fiat -o, exivit de concilio, facto nondum iudicio.

abiudico, -avi, -atum, -are. *script.:* abdiu-: *p. 27,22.* ob- *(var. l.): l. 68.*

1 *obi. res:* **a** *(iudicio) denegare, adimere – (gerichtlich) aberkennen, wegnehmen:* GESTA Camer. cont. I A 21 terram . . . ei -vere. VULC. Bard. 7 p. 526,29 iudicio -tum (-tus *c*) beneficium perdidit. DIPL. Loth. III. 70 p. 108,43 preposituram. OTTO FRISING. chron. 7,23 p. 345,10 proscribitur ac . . . ducatus ei -atur (obind- *A 1–3,* obiud- *A 4*). CHART. ord. Teut. (Hass.) 206 p. 161,37 molendinum . . . -vimus adiudicando illud commendatori. *al.* sibi -are *i. q. renuntiare – verzichten:* CHRON. Laet. 10 p. 498,30 quidquid villicationis habebat, sibi ipse -ans. **b** *irritum facere, reprobare – für*

ungültig erklären, verwerfen: Dipl. Loth. III. 34 p. 57,20 iudicium. Rein. Leod. inept. 1 p. 598,16 liber . . . discussus est, -tus est. *vetare – verbieten:* Dipl. Loth. III. 35 p. 59,24 -ari fecimus et . . . sanccimus, ne . . . iudices fiant. Gesta Camer. cont. I D 24 communia Cameracensis fuit -ta. *componere – beilegen:* Hist. Walc. 8 p. 509,9 procerum iudicio -tum est litigium.

2 *obi. anim.:* **a** *(iudicio) tollere – (gerichtlich) entziehen:* Narr. de Gron. 29 p. 54,1 captivi . . . captivatoribus -antur. *latius i. q. non proprium dicere – für nicht zugehörig erklären:* Chart. Friburg. 211 p. 182,28 (a. 1266) si idem ipsis *(fratribus)* -bitur, bona . . . ipsum sequi . . . debebunt *(opp.* adiu-⟨di⟩cabitur). **b** *privare – für verlustig erklären:* Gerhoh. psalm. 25 p. 427,3 incestuosos ecclesiastico . . . beneficio -vit. Theod. Palid. annal. a. 1163 imperator . . . interfectores . . . proscribens quosdam vita, quosdam rebus omnibus -vit. **c** *damnare – verurteilen:* Epist. Heinr. IV. 23 p. 33,28 *illum* iudiciario ordine -tum. Chart. civ. Hild. 122 p. 63,14 in corpore, non in bonis. Const. II 363 scabini . . . servientem . . . pro suo libito -verunt. Albert. M. pol. 2,6*f. al. v. et p. 26,65. theol.:* Cypr. Cord. carm. app. 3,2,1 (MGPoet. III p. 148) dum abdiudicor factis dictisque, . . . orreo. **d** *repudiare – ablehnen:* Lamb. Wat. annal. a. 1167 p. 543,12 adversarii eorum . . . voce publica falsi delatores -bantur. Annal. Pegav. a. 1159 Roulandus . . . electus . . . contra voluntatem . . . principum, ab ipsis -tus et abiuratus.

***abiunctio,** -onis *f. separatio – Trennung:* Petr. Dam. grat. 11 p. 33,3 Filius . . . nulla probatur -e semotus *(sc. a Patre).*

abiungo, -iunxi, -iunctum, -ere. *separare, amovere – trennen, entfernen:* Lup. Ferr. epist. 4 p. 13,25 infelix, qui in perpetuum -atur ab ipso *(Deo).* Heiric. Germ. I 4,431 se quoque virginei semper mansisse pudoris -to quanquam secretum corpore testem. Vita Landel. 517 sedibus -xit, quos nam concordia nectit. Wibald. epist. 342 *Deum* nec spatia locorum nec intervalla temporum ab his, quos tuetur, -unt. *al.* *Heßler*

abiuratio, -onis *f.* **1** *actio iuramento negandi – Abschwörung, Schwur, etw. nicht zu tun:* Bernh. Const. can. 38 p. 508,40 se strictiori periurio ligat, qui servandae -is gratia . . . non consenserit reconciliari. **2** *abdicatio sollemnis (iuramento interposito) – feierliche Lossagung (unter Eid):* Bruno Magd. bell. 75 auctor -is . . . Heinrici et novi regis instituendi. Bernh. Const. can. 38 p. 507,34 si quis . . . abiuraverit dominum . . ., in hac -e periurus . . . erit. Laur. Leod. gest. 10in. post -em Heinricianae partis. Const. II 193,5 viros in -em (obuiacionem, oblivionem *var. l.*) nostre fidei compellendo. *spec. i. q. eiuratio – Ab-, Aufsage:* Werr. (?) Albert. 29 (MGScript. XXV p. 157,1) me fratrem suum abiuravit; . . . -is huius culpam . . . remitto. **3** *renuntiatio sollemnis (iuramento interposito) – feierlicher Verzicht (unter Eid):* Chart. select. Waitz 23 p. 57,20 (a. 1132) abstipulatione . . . et -e facta.

abiurator, -oris *m. qui abiurat – einer der abschwört:* Deusd. c. invas. 2,12 (MG Lib. Lit. II p. 330,9) Dei . . . venditor et -r.

abiuro, -avi, -atum, -are. *script.* ob-: *p. 28,8.*

I *iuramento negare, repudiare, renuntiare – abschwören, eidlich verstoßen, nicht anerkennen, verzichten:* **A** *obi. anim. (intrans.: l. 67):* **1** *gener.:* Ekkeh. IV. cas. 20 p. 76,11 illis lege -tis (abiudicatis *ci. ed.*) et proscriptis . . . maiestatis reis capita dampnata sunt. Berth. (?) annal. a. 1076 p. 282,44 summo . . . pontifici . . . temere -to. Const. I 402,8 refutantes omnem heres⟨im⟩ -verunt Petrum. Lamb. Wat. annal. a. 1152 p. 522,51 reginam uxorem suam. Herbord. Ott. 2,22 concubinas . . . publice -vit. *al. v. et l. 26.44. intrans. i. q. se abdicare – sich lossagen:* Frutolf. chron. a. 1096 p. 208,2 Welefo . . ., qui ab imperatore iam dudum -verat. **2** *spec. i. q. eiurare – aufsagen (cf. His, Strafrecht. I. p. 284sq.):* Const. II 425,4 (a. 1200) si . . . homicida aufugerit, eius amici et proximi eum -are et foriurare debent (Gisleb. Mont. chron. 98 p. 134,11). *v. et p. 27,50.* **B** *obi. res:* **1** *gener.:* Berth. (?) annal. a. 1079 p. 317,42 heresim. Lamb. Hersf. annal. a. 1072 p. 138,8 seculi negocia. a. 1074 p. 200,4 coniugium. Bernold. Const. chron. a. 1076 p. 433,2 obedientiam . . . papae exhibendam. Vita Heinr. IV. 6 p. 22,26 Romanam sedem. Chart. Traiect. 416 p. 375,32 decimam. Const. I 318,8 incendium. Arnold. Lub. chron. 3,22 reditus episcopales. Chart. Rhen. med. III 12 p. 18,27 ob-verunt *advocatiam.* Chron. reg. cont. III a. 1207 iniustas exactiones . . . et . . . monetas. Chart. civ. Magd. 94 p. 48,32 quicunque . . . *fraternitatem incisorum panni* intrare voluerit, officium suum -bit. Chart. Worm. 346 angarie . . . abusum. *al. c. acc. c. inf.:* Annal. Einh. a. 763 ad regis conspectum ulterius se venturum -vit. *seq.* quod: Bernold. Const. chron. a. 1080 p. 437,3 qui non prius -ret, quod ad papam . . . diversurus non esset. **2** *spec. i. q. praestare iuramentum terram aliquam relinquendi (i. e. in exsilium abeundi) – sich eidlich verpflichten, ein Gebiet zu verlassen (d. h. in Verbannung zu gehen):* Hist. Welf. 22ex. patriam . . ., quoadusque . . . revocaretur. Const. I 318,9 imperatori fines imperii sui per annum et diem -et. Chron. reg. cont. I a. 1188 p. 140,20 natale solum ad tres annos. Chart. Meckl. 2697 terram et civitatem (Chart. Sil. C 65,17). *al.*

II *reicere, renuere – ablehnen, verweigern:* Heiric. Germ. I 6,110 triplices videas usum -asse catenas. Epist. Ratisb. 8 p. 305,6 quod consensus -at, intentio eliminat. *absol.:* Heiric. Germ. I 2,23 multa renitenti seque -are paranti . . . instituunt primati inferre duellum. Hist. Mosom. 2,3 p. 611,24 -andi limites excludit. Albert. M. pol. 4,10k circa principatus . . . habentibus quidem honorabilitatem non licere -are (*p. 1297a,20* ἐξόμνυσθαι).

III *periurio detrahere – wegschwören, durch Meineid entziehen:* Marc. Valer. buc. 3,118 insignes ne -et proditor agnos. *Rudolph*

***ablabor,** -lapsus sum, -i. *partic.* -sus *i. q. praeteritus – (ungenützt) verstrichen:* Chart. episc. Spir. 163 p. 177,16 (a. 1225) post -sas inducias.

ablacta. (lac) *herba q. d. tragopogon – Bocksbart (Tragopogon pratensis L., cf. Fischer, Pflanzenkunde. p. 286):* Gloss. III 579,35 St.-S. -a haberuurz. Recept. Sangall. I 83 -a tundis et gutta, quae similat lacti, in plaga ponis. 106 ablacta oculos VIIII . . . cum lacte caprino teris.

ablactatio, -onis *f.* **1** *actio (infantem) ab uberibus removendi – Entwöhnung:* Vita Bard. 1 p. 323,32 parentes . . . post -em puerum . . . vetulae . . . tradebant (*cf.* Vita Adalb. Prag. 1 [MGScript. XV p. 1178,21]). Albert. M. animal. 3,171 in aliis . . . animalibus . . . citius fit -o. **2** *actio (scholam) egrediendi – das Entwachsen:* Vita Brun. Querf. 3 (MG Script. XXX p. 1361,6) post -em . . . scolasticorum rudimentorum *(cf. Ioh. Ianuens. Catholicon. s. v.).*

***ablactatus,** -us *m. actus infantem ab uberibus removendi – Entwöhnung:* Vita Lonogh. 1 (MGMer. VII p. 433,9) ab . . . -u matris suae.

ablacto, -avi, -atum, -are. **1** *proprie:* **a** *(infantem) ab uberibus matris removere – entwöhnen:* Hrotsv. Mar. 282 sumpsit ab ubere natam -ando . . . genetrix. Vita Paulin. Trev. 2 puer -tus est atque praedicto patri traditur. Albert. M. animal. 22,29 *canis* -atur. *al. in imag. vel alleg.:* Hraban. univ. 7,1 p. 180c -tus *est* Christus . . ., -ti *sunt* perfecti quasi a simplici cibo doctrinae abstracti. Ruotg. Brun. 13 ecclesia . . . prolem suam . . . -vit. **b** *infantem lacte nutrire – nähren, stillen:* Hugeb. Willib. 1 p. 88,24 quem . . . de primordialis infantiae cunabulis -tum atque confotum. Paulin. Aquil. carm. 11,30,3 -at vivos *(i. e. liberos innocentes)* in ovile proprio pastor benignus. Hetti (?) interr. p. 96,19 quem a mulieris lacte credimus . . . -tum. Ordo Rom. 28A, 21 ut *infantes* . . . nullum cibum accipiant nec -entur, antequam communicent. Trotula 18 p. 15,4 observandum, ne lac subintret aures aut nares, cum -atur. *al.* **c** *exsucare – auspressen:* Ioh. Platear. simpl. med. p. 15av semina . . . -entur (Matth. Platear. gloss. p. 367F. 373H). **2** *translate i. q. privare – berauben:* Epist. Hann. 73 vana illa spe -tus.

[Baader]

adi. **ablactatus**, -a, -um. *ab uberibus matris remotus – entwöhnt:* WALTH. SPIR. Christoph. II 3,119 -a . . . uberibus matris infantia. CHART. Hamb. 254 p. 230,26 porcellum -um. *in imag.:* GESTA Hort. Mar. 69 filia ecclesia vix -a.

subst. **ablactatus**, -i *m. infans ab uberibus matris remotus – ein der Mutterbrust entwöhntes Kind:* CONR. HIRS. dial. 237 lac praemittas parvulis, cibum solidum -is.

***ablambo**, -ui, -ere. 1 *abluere – bespülen:* WOLFHARD. Waldb. 2,12 fluctivagi marmoris fluxus nefandum -uit homicidam. 2 *restinguere – auslöschen:* WOLFHARD. Waldb. 1,14 *candela* divinitus comas radiantis ignis -uit. *Baader*

ablaticus *v.* aviaticus.

ablatio (-cio), -onis *f.* I *actio auferendi, adimendi – das Weg-, Fortnehmen* (*cf.* GESTA Hort. Mar. 58 p. 601,25 quod . . . oblacio et -o sint opposita. *v. et l. 25.*): A *corpor.:* 1 *gener.:* BEDA hist. eccl. 5,18 p. 320,22 frequenti -e pulveris sacri. CHART. Hall. I 185 *(de derivatione)* pro -e aque ad lacum. ALBERT. M. lin. 6 p. 479^{a},24 ablata linea aufertur punctum, quod est in linea; haec autem -o est secundum accidens. animal. 8,182 cautela in -e mellis. 2 *spec.:* a *furtum, raptus – Diebstahl, Raub:* CONC. Karol. 56,52 quantum deo displiceat eorum *(holocaustorum sim.)* -o. EPIST. Worm. I 49 p. 86,25 res suas furtiva -e amisit. TRAD. Teg. 189 pro magna bonorum eisdem fratribus -e. GERHOH. aedif. 51 (164 p. 194,32) talem . . . oblationum -em . . . papa sacrilegium nominat. CHART. episc. Hild. I 283 p. 269,23 ab omni invasione, lesione, -e, diminutione fideliter communimus. CHART. Bund. 458 quod . . . querimoniam moverit de -e quorundam prediorum. CHART. episc. Halb. 436 p. 390,49 corporis domini Iordanis. *saepe. confiscatio – Enteignung:* CHRON. Merseb. 4 p. 174,23 quibusdam bonorum -e minatur. *subductio – Entzug:* OTTO SANBLAS. chron. 50 p. 82,15 remordente memoria iniurie sibi in -e filie a Phylippo rege exhibite. b *amputatio, orbatio – das Abschneiden, Beraubung:* VITA Ludow. Pii 30 p. 623,28 oculorum. CONST. II 425,6 menbri. THADD. FLORENT. cons. 5,132 de -e catharacte cum acu. ALBERT. M. animal. 3,90 testium. *al.* B *spirit.:* 1 *remissio – Vergebung:* ALBERT. M. cael. hier. 13,1 p. 333^{b},31 propter -em peccatorum (*PG 3,300*^{C} ἀναίρεσις). 2 *abstractio – das Abstrahieren:* ALBERT. M. myst. theol. 2,1 p. 837^{b},34 laudare supersubstantialem Deum . . . per omnium existentium -em (*PG 3,1025*^{A} ἀφαιρέσεως). eth. 6,2,19 p. 435^{b},33sq. metaphysicam consistere per -em a sensibilibus et divinam per -em a mathematicis. 3 *math. i. q. deductio – Subtraktion:* BEDA temp. rat. 42,10 diminutio illa atque -o diei unius. ALBERT. M. epist. Dion. 7,4^{E} p. 920^{a},10 sine -e motus octavi.

II A *amissio, defectus – Verlust, Schwund:* ALFAN. premn. phys. 13,5 oblivio . . . est memoriae -o. CONSTANT. AFRIC. theor. 9,42 p. 50a^{v} -o conceptionis. TRACT. de chirurg. 34 vocis. GLOSS. Roger. I A praef. p. 502,31 aqua in oculo dicitur -o visus. ALBERT. M. animal. 3,89 fluxus . . ., quo fluunt capilli . . ., dicitur capillorum -o. ALBERT. M. (?) animal. quaest. 7,4 p. 172,76 omne finitum per continuam -em alicuius finiti cito potest consumi. *al.* B *intermissio – das Ausbleiben:* CONSTANT. AFRIC. theor. 9,42 p. 50b^{v} passiones in matrice sunt sanguinis fluxus, -o menstruorum (THADD. FLORENT. cons. 130,8. *al.*). C *obitus – Tod:* HERBORD. Ott. 1,42 p. 722,37 non . . . leviter ferenda est talis viri -o.

ablativus, -a, -um. 1 *adi.:* a *ad casum declinationis pertinens – ablativisch:* ALBERT. M. cael. 1,2,5 p. 56^{b},8 -i casus. *luditur c. notione auferendi:* CAES. HEIST. hom. I p. 65^{a} -i casus *factus est Iesus* in ascensione, quando videntibus apostolis elevatus est. b *tollens – beseitigend:* CONSTANT. AFRIC. grad. p. 352,14 *hyacinthi* sunt . . . tristitię et suspicionis -i. ALBERT. M. eth. 2,1,8 p. 161^{b},32 cum virtus moralis non sit passionum -a, sed moderativa. 2 *subst.:* *casus declinationis – Ablativ:* GODESC. SAXO theol. 7 p. 195,19 *Teudisci* quando partem volunt alicuius rei . . . vel dare vel accipere . . ., nequaquam proferunt id per -um, sed per genetivum. *al. (v. ind. p. 607).* ERMENR. ad Grim. 18 p. 556,11 quod comparativus gradus interdum iungatur genetivo plurali, interdum -o singulari. ANSELM. BIS. rhet. 2,4 p. 149,6 absolutum -um (ALBERT. M. eccl. hier. 3,21 p. 611^{b},24). OTTO FRISING. chron. 8,32 p. 449,18 -us vel nominativus ex parte predicata semper qualitatem eiusdem nominis innuit (gest. 1,61 p. 87,19. ALBERT. M. summ. theol. I 6,24,2 p. 198^{b},34). ALBERT. M. praedicab. 8,5 p. 131^{b},7 graecus enim genitivus pro -o ponitur. *al. per lusum verborum de ablatore:* CARM. Bur. B 1,6,7 tale fedus . . . defedat et inficit nostros -os. 42,5^{a},3 p. 81 qui te restituere possit -us.

ablator, -oris *m.* 1 *abalienator – einer der unrechtmäßig wegnimmt:* VITA Rigob. 14 (MGMer. VII p. 60,10) -is episcopatus illius . . . iniustitiam. CHART. Carniol. II 106 p. 82,1 iniuriatores et -es rerum. 2 *qui amputat – einer der abschneidet:* GISLEB. MONT. chron. 67 pro membro . . . ablato membrum ab -e debere tolli. 3 *de Christo i. q. liberator – Befreier:* HONOR. AUGUST. spec. p. 968A sanctificatorem omnium, -em criminum. *Schetter*

ablegatio, -onis *f. remotio, segregatio – Entfernung, Ausstoßung:* WIDR. Gerh. 1,20 p. 502,8 illi nequissimi . . . christiani -em consortii . . . parvipendunt.

1. ablego, -avi, -atum, -are. 1 *dimittere – (weg)schicken:* a *obi. anim.:* GESTA Camer. 1,81 nuncios. DIPL. Heinr. IV. 351 p. 464,4 nisi forte nostre iussiones . . . aliquo -assent *archiepiscopum.* b *obi. res:* LUP. FERR. epist. 20 p. 28,24 *librum.* EPIST. Meginh. 24 p. 221,25 dolorem -ti affectus spe magni profectus compensans. 2 *removere, arcere – entfernen, fernhalten:* EPIST. Lang. 20 p. 714,29 interdicimus . . . vobis . . . episcopis -antes (obl- *VT*) vos atque privantes a sacerdotale honore vestro. IOH. METT. Ioh. 86 non congrue inrogati mensa poterant -ari. *Pape*

2. ablego *v.* allego.

abligurrio (-urio), -ii, -ire. 1 *per luxum dissipare – verprassen:* LIUTPR. antap. 1,11 p. 11,8 hominem impurum bona sua cum meretricibus -entem. GESTA Lob. 7 p. 311,38 multa *bona ecclesiae* . . . abligurienda . . . retinuit. 2 *consumere – aufbrauchen:* RATHER. epist. 30 p. 171,3 omnia . . . eius *(sc. Ottonis I. imp.)* -ierat . . . praesentia.

ablingo, -linxi, -ere. *fere i. q. revellere – etwa 'abreißen':* NIVARD. Ysengr. 4,297 *caput* -xit, cum vellere crederet herbam, . . . Gerardus . . . anser.

***ablittero**, -atum, -are. *oblitterare – in Vergessenheit bringen:* PETR. CAS. (?) chron. 4,78 p. 802,35 decidit pudor canonicorum, honestas -ta est. *v. et* oblittero.

abloco *v.* obloco.

abludo, -ere. *discrepare – in Widerspruch stehen:* EGBERT. fec. rat. 1,1099 non multum a nostris -it imago magistris *(ex Hor. sat. 2,3,320).*

***abluitio**, -onis *f. actio abluendi – Abwaschung:* PAUL. DIAC. Mett. p. 262,47 qui . . . sacri fontis -em perceperant.

ablumentum, -i *n. residuum ciborum e suppellectilibus elutum – aus dem Geschirr gewaschener Speiserückstand:* HONOR. AUGUST. spec. p. 1066D -a . . . vasorum et micas de mensa tersas in cibo sumebat.

ablunda *v.* apluda.

abluo, -lui, -lutum, -ere. *rhythm.* ablúit: *p. 31,34. metr.: fere* ābl-; ăbl-: HYMN. Hraban. 22,6,2. *v. et p. 31,42.*

I *proprie:* A *lavando removere – durch Waschen entfernen:* HROTSV. Gong. 298 -at ut morbos iste liquor *(i. e. aqua)* varios (318). HERACLIUS II 15 distemperaturam. B *lavando purgare, eluere – (ab)waschen, auswaschen:* 1 *gener.:* VITA Arnulfi 21 capita et pedes. IONAS BOB. Columb. 2,5 p. 237,9 suppellectilia. MAPPAE CLAVIC. 5 hoc *(i. e. mixtionem).* RITUALE Flor. p. 86,35 -antur pannioli. VITA Godefr. Cap. I 1 p. 515,22 aquam, de qua manus comes -ret. CHART. Wirt. V app. 57 indumenta. ALBERT. M. animal. 5,71 *spongiae genus* vocatur gamen non -tum (*gr.* ἀπλυσίας), eo quod -i perfecte non potest. *saepe.* 2 *spec.:* a *liturg. de perfusione digitorum et sacrorum suppellectilium vino vel aqua peracta (cf. J. A. Jungmann, Missarum sollemnia. II. 1952. p. 515sqq.):* PONTIF. Rom.-Germ. p. 156^{a},6 sacra vasa. WILH. HIRS. const. 1,136 p. 1019B calicem (VITA Wern.

[Baader]

Merseb. 3 p. 247,44). Leo Mars. chron. 2,90 p. 690,6 manus (Liber ordin. Patav. 2,5 p. 958,2. Caes. Heist. mirac. I 9,24). Vita Norb. II add. 1,4 patenam. **b** *c. sensu colluendi (fere medic.):* Tract. de chirurg. 529 os (Frid. II. Imp. art. ven. 2 p. 213,15. Thadd. Florent. cons. 119,19). Thadd. Florent. cons. 122,150 detur aqua ordei ad -endum stomachum et intestina. Albert. M. animal. 3,113 colera *fellis* ... -it a sorde viscosa intestina. **c** *c. sensu immiscendi:* Albert. M. animal. 3,174 lana cum lactis *ficuum* parte in lac totum -itur. **C** *alluere – bespülen:* Mirac. Firm. 1,1 p. 805,31 Devam villam, quam Mosa -it (*cf.* Richer. Rem. hist. 3,101 Mosa ... -ente *civitatem*). **D** *techn.:* **1** *(pulverem) liquore purgare – schlämmen:* Compos. Luc. N 6 mittis aquam *in pulverem* et effundis et iterum mittis sal et -es similiter (*sim.* Theoph. sched. 1,37 p. 81,15sq.). Heraclius I 7,4 -at illud *(i. e. solutionem auri in mero factam).* Theoph. sched. 1,34 *pulverem* -es ... in quarto vel quinto vasis diligenter de uno in alterum. **2** *exstinguere – löschen (v. et l. 49):* Brunus Long. chirurg. 2,19 p. 129^{G} calx ... -itur sic: et est, ut proiciatur aqua frigida *eqs.* **3** *alch. fere i. q. mundare – etwa 'reinigen':* Turba phil. 53 p. 157,1 nominaverunt ipsum *(opus)* salire, sublimare, -ere. Anon. tab. p. 195,24 *opus lunare* est -ere et dealbare in putrefactione. Rosin. interpr. 1 p. 291,21sqq. sciendum quatuor esse modos principales elementorum adinvicem convertendi, solvere, -ere, reducere et figere ...; -ere *est* obscurum in lucidum reducere ...; -ere est in humiditatem destillare, calcinare. Ps. Avic. tinct. 6 p. 631^{b},16 res putrefacta et sordida -atur et mundetur a corrumpente impuritate.

II *in imag. vel translate:* **A** *(lavando) tollere, delere – (durch Waschen) entfernen, austilgen:* Aldh. ad Acirc. 64,2 cum Deus ... -ret ... scelerum contagia limphis. Trad. Frising. 23 p. 51,37 pro peccatis meis -endis. Rhythm. 15,20,4 *Christus* mundi peccata -it. Ordo Rom. ant. p. 30^{b},26 ut ... peccatorum sordes ... ieiuniis et eleemosynis -amus. Thietm. chron. 4,48 *imperator* facinora ... lacrimarum ... rivis -ere non desistit. *saepe.* **B** *(lavando) mundare – (durch Waschen) läutern:* **1** *strictius:* Vita Pirmin. I 9 p. 29,29 a peccatis omnibus -ti. Hraban. hom. I 68 p. 130^{A} -unt spiritus defunctorum. epist. 40 convocatos ... baptismate Christi -ere. Carm. cod. Paris. (8812) 3,9,2 fluminis hic *(sc. Christus)* latices -ens se potius -it *(cf. Sedul. carm. pasch. 2,160 et op. pasch. 2,12).* Hildeg. scivias 3,11 p. 715^{C} in ultimo die turbatio orbis terrarum fiet, cum ego Deus quatuor elementa -am. *al.* **2** *latius de baptizando:* Rhythm. 61,1,5 *Placidas* proinde nondum -tus placuit Domino. Vita Corb. 1 mater ... genitoris sui nomine ex sacro eum fonte fecit -tum.

adi. **ablutus**, -a, -um. **1** *lavabilis – auswaschbar: v. p. 30,67.* **2** *exstinctus – gelöscht:* Gloss. Roger. I A 1,22 p. 555,15 aliud calcucecumenon -i et mundati. Brunus Long. chirurg. 2,19 p. 129^{G} unguentum de calce -a. Wilh. Salic. chirurg. 5,10 p. 361^{F} tucia frigida est et sicca illa, quae est -a. **3** *(baptismate) mundatus – (durch die Taufe) geläutert:* Libell. de conv. Baiuv. et Car. 7 non -is corporibus.

subst. **abluta**, -ae *f.* *(ital.* biuta; *cf. Meyer-Lübke REW³ nr. 32) gluten – Leim:* Mappae Clavic. 245 de -a tauratica unge. *v. et* *bluta.

abluta *v.* aluta.

ablutio, -onis *f.* obl- *(var. l.): p. 32,1.*

I *proprie:* **A** *actio eluendi – das (Ab-)Waschen, Auswaschen:* **1** *gener.:* Ioh. Mett. Ioh. 62 vestium. Wilh. Hirs. const. 1,98 p. 1032^{D} scutellarum et caldariorum. Vita Otton. Bamb. III 1,10 p. 15,5 pedum. Rituale Flor. p. 86,35 aqua -is. Albert. M. veget. 6,37 depuratur ... *balsamum* in -e aceti. 6,342 fit -o de ipso *(fenugraeco).* animal. 22,81 *equi.* Wilh. Salic. chirurg. 1,48 p. 318^{G} -o cum aqua frigida. *al.* **2** *spec.:* **a** *liturg. (cf. p. 30,68):* Wilh. Hirs. const. 1,86 p. 1019^{C} calicis. Hugo Flav. chron. 2 p. 403,61 reliquiarum. Conr. Brunw. Wolfh. 28 manuum. Epist. Mog. 63 p. 413,12 qua *(eucharistia)* consummata sacerdos ... fecit -em (*cf.* Caes. Heist. mirac. I 9,10). Arnold. Lub. chron. 5,14 p. 188,28 digitorum. *de baptismate:* Alcuin. epist. 110 p. 158,16 sacri -o (obl- *var. l.*) baptismi (Hraban. epist. 33 p. 466,27). Albert. M. sacram. 46 p. 34,33 licet -o exterior *baptismi* transeat. **b** *c. sensu colluendi:* Albert. M. veget. 6,474 oris. **c** *c. sensu removendi:* Albert. M. animal. 20,7 sorditiei. **B** *alch. fere i. q. actio mundandi vel lavandi – etwa 'Reinigung', 'Waschung':* Anon. tab. p. 172,19 -o cum aqua et igne. p. 189,4 -o corporis est inductio aquae super illud. Ps. Gerh. Crem. sal. I 19 p. 23,20 *mercurius* est [a] herba -is. Ps. Avic. anim. 6,10 p. 261 -o philosophica. p. 262 -o physica. tinct. 6 p. 631^{a},45 nigredo nil quam -o. p. 631^{b},15 quarta *operatio* est -o. p. 631^{b},19 -o et ceratio idem sunt. *al.* **C** *meton. i. q. aqua ablutiva – Abwaschwasser:* Herm. Torn. rest. 69 p. 307,27 -es coquine. Caes. Heist. mirac. I 4,6 p. 177,27 -em *panniculorum cauteriorum.* 9,24 -o *manuum, quibus tractasti sacrum Christi corpus. liturg. (cf. p. 30,68):* Wilh. Hirs. const. 2,62 p. 1133^{C} ebibit *aegrotus* ... -em calicis et secundo -em digitorum et adhuc tertio calicis. Epist. Mog. 63 p. 413,17 quidnam de contenta in bicario -e faciendum esset. Ps. Adalb. Bamb. Heinr. 1,34 p. 811,24 calicis. Caes. Heist. mirac. I 9,25 capit. ultima -o. II 2,15 capit. de corporali, cuius -o versa est in sanguinem.

II *translate:* **A** *deletio – Austilgung:* Chart. Basil. A I 148 p. 220,16 (a. 1105) pro ... -e ignorantiarum mearum. Absal. serm. 32 p. 189^{A} criminum. Albert. M. miss. 3,2,2 p. 78^{b},28 *sacerdos* oblaturus sacrificium ... indiget -e ... a venialibus et peccatorum reliquiis. **B** *mundatio – Läuterung:* Amalar. ord. antiph. 35,4 sequitur alter modus -is id est per cor paenitens.

***ablutivus**, -a, -um. **1** *proprie i. q. lavando removens – abwaschend, reinigend:* Albert. M. sens. 2,9 p. 63^{a},29 si autem *humida* non essent -a odorum ab ipsis primis odorantibus, tunc non deferrent odores. veget. 6,350 furfur ... ipsius *(frumenti)* est -us et abstersivus sordium. **2** *in imag. vel translate:* **a** *lavando tollens – durch Waschen tilgend:* Albert. M. sacram. 82 p. 58,86 in sanguine *Christi* vis -a est, non in corpore. euch. 3,2,5,6 p. 302^{b},35 virtutem -am ... esse in sanguine *Domini.* p. 302^{b},42 -us est sordium sanguis Christi. **b** *lavando mundans – durch Waschen läuternd:* Albert. M. sacram. 52 p. 37,47 in quo *(elemento baptismi)* est vis regenerativa et -a. euch. 6,2,1,15 p. 381^{b},6 aqua in baptismo assumitur propter vim -am.

ablutor, -oris *m.* *qui abolet – einer der austilgt:* Carm. ad Agob. 6,3 (MGPoet. II p. 119) adsis paratus et promptus -r, *Deus.* Anscar. pigm. 40 -r peccaminum Deus *(ex Alcuino PL 101,515^{B}).* *Baader*

***abmatrimonium**, -i *n.* *tributum pro licentia maritandi solvendum – Gebühr für die Heiratserlaubnis, Heiratssteuer (cf. Waitz, Verf.-Gesch. V. p. 260sq.):* Dipl. Heinr. I. 43 p. 78,15 (spur. post s. XII.$^{med.}$) *monasterium* mortimanus suas et -a ... possideat. *Heßler*

abmitto *v.* amitto.

***abmordeo**, -ere. *demordere – abbeißen:* Ekkeh. IV. bened. I 33,86 sorbens ore (gloss.: caput eius -ens) parem parit in latus anguis amorem. cas. 88$^{ex.}$ ei *(contracto)* corniculum -res.

***abmortuus**, -a, -um. *(de)mortuus – (weg)gestorben:* Lamb. Ard. hist. 72 Willelmum, strenuissimum ... militem, sed in flore iuventutis ... -um.

abnato, -avi, -are. **1** *denatare – fortschwimmen:* Nivard. Ysengr. 1,662 *(de piscibus)* -et oro nichil. **2** *undis auferri – abtreiben:* Mirac. Modo. 12 p. 314^{a},57 baculum ..., qui procul -verat.

***abneco**, -avi, -are. *enecare – töten:* Iulian. Tolet. insult. 1 filios -ando suprestitem matrem adsumebas, *Gallia.* 4 mulieres ... monstra ex se genita -asse. *Baader*

abnegatio (-cio), -onis *f.* *plur.: p. 33,6.* **1** *negatio – Verneinung, Negation:* Albert. M. phys. 4,4,4 p. 350^{b},28 unam *mensuram* esse per -em finis et principii sine successione et unam nec per -em finis nec principii cum successione. animal. 11,57 *syn.* privationem. pol. 4,7^{r} p. 366^{b},32sq. medium dicitur per compositionem extremorum et non per -em, sicut in grammaticis per -em neutrum genus dicitur. *al.* **2** *denegatio,*

[Heßler]

contemptio – (Ver-)Leugnung: Vita Leutfr. 2 (MGMer. VII p. 8,6) seculi. Gerh. August. Udalr. I 9 -em sui facere et Christi vestigia sequi. Ekkeh. IV. bened. I 20,91 gloss. Domini. Gerhoh. psalm. 37,8 p. 630,5 veritatis. *al.* **3** *recusatio – Verweigerung:* Chart. Stab. 252 p. 482,25 (a. 1160) inficias et -es census. Gesta Ern. duc. II 12 p. 206,23 propter ducatus promissi . . . duci Bavariae -em. *abdicatio – Aufkündigung, Absage:* Gebeh. Salisb. ad Herm. 31 obedientiam abnegate et -em illam iuramento . . . firmate. Bruno Magd. bell. 65 p. 57,10 -em Hildebrando cartis singulis inscribere. **4** *in iure i. q. cessio, resignatio – Verzicht, Auflassung:* Trad. Frising. 1416 (a. 1024/31) concambii -is uxoris filiorumque . . . testes. Dipl. Conr. II. 111 fecit -em . . . praedii . . . primo incurvatis digitis secundum morem Saxonicum . . . et deinde -em fecit cum manu et festuca more Francorum (Trad. Falk. p. 35,31 fecit -em de predio . . . erga comitem). Trad. Biburg. 13 publicam -em totius repetitionis. Chart. Heinr. Leon. 106 p. 163,11 in manum ducis. Chart. Tirol. 891 -em sive refutationem de curia. *al.*

abnegativus, -a, -um. *ad abnegationem pertinens – ablehnend, abweisend:* Widr. Gerh. 1,12 ab hac quoque prece -is repulsus verbis.

abnegator, -oris *m.* *negator – Verleugner:* Nicol. I. epist. 99 p. 578,15 Christi. Hugo Flav. chron. 2 p. 369,45 contemptores mundi, suimetipsius -es. Gerhoh. ad Innoc. p. 205,25 Petro proprietatis, immo suimet -i.

abnego, -avi, -atum, -are. *script.:* adn-: *l. 38.* ann-: *l. 39.* obn- *(var. l.): l. 41.*

1 *negare, denegare – verneinen, absagen, leugnen:* Beda hist. eccl. 2,9 p. 98,7 neque -vit se etiam eandem subiturum esse religionem. Transl. sang. Dom. in Aug. 7 iter, quod invicem condixerant. *refl. sensu eccl. de suimet denegatione:* Wett. Gall. 2 p. 258,19 nosmet ipsos -amus. Annal. Altah. a. 1065 p. 67,29 semet ipsos sibi -are. Berth. (?) annal. a. 1077 p. 303,16 semet ipsa verissime -ta. *al.* **2** *recusare, reddere nolle – verweigern, ablehnen, nicht gewähren:* Liber diurn. 77 p. 82,5 quae pro divini cultus prerogativa noscuntur, non sunt omnimodo adneganda (abn- *HGB, inde* Chart. Hersf. 56 ann-. 101 abn-). Willib. Bonif. 5 p. 19,10 proheredum substantiam -ando rennuit. Alcuin. epist. 145 p. 234,16 Flaccina rusticitas officia non -vit (obn- *TLR*). Chart. Sangall. A 495 res possideat sub censu . . . redemptione sibimet omnimodis -ta. Nadda Cyriac. I 3,2 cui me debitorem non -o. Berth. (?) annal. a. 1076 p. 282,26 Gregorio oboedientiam. Epist. Heinr. IV. 39 p. 57,11 diem et locum. Lamb. Wat. annal. a. 1157 p. 530,49 hominium. *al. v. et l. 56. abiudicare, adimere – aberkennen, entziehen:* Leg. Wisig. 3,5,3 p. 162,29 accusandi vel testificandi . . . licentiam. Dipl. Heinr. III. 302 bona . . . aecclesiae -vit. **3** *reicere, refutare, eiurare – verwerfen, verschmähen, sich lossagen:* Leg. Wisig. 12,3,14 p. 442,26 -ans in toto Iudaicam sectam. Conc. Karol. 5 p. 40,8 hereticus . . . canones . . . -at et refutat. Epist. pont. Rom. sel. I 2 p. 21,2 -are adorationis imaginis Domini. Amalar. epist. 6,8 quando -vit episcopum superbum, . . . non -vit flegmaticum. Annal. Fuld. II a. 777 christianitatem et regi . . . fidelitatem. Dipl. Heinr. IV. 411 p. 547,1 si . . . legem suam -ent *Iudaei.* Vita Altm. 25 marchio . . . dominium Heinrici tyranni iureiurando -at. *al. tollere – abschaffen:* Chart. Westph. I 165 p. 130,24 (a. 1090) -to pristinę constitutionis incommodo. *refl.:* Trad. Ebersb. 1,19 (AbhMünch. XIV 3 p. 139,15) de militia. **4** *in iure i. q. cedere, renuntiare, resignare – aufgeben, verzichten, auflassen (cf. W. Schmidt, Auflassung im Mittelalter. Diss. München. 1932. p. 38):* Annal. Lauresh. a. 794 potestatem. Chart. scrin. Col. A I p. 42,24 domum. p. 141,6 effestucaverunt et -verunt illas xxx marc(as). Chart. Mulh. Thur. 216 -vimus et renunciamus omni iuri. *al. c. inf.:* Trad. Ebersb. 3,25 (AbhMünch. XIV 3 p. 165,20) in perpetuum -vit . . . vendicare molam. Chart. Heinr. Leon. 106 p. 163,14 -vit in manum ducis . . . ultra questionem habere. *refl.:* Trad. Salisb. I 37 (a. 987/1025) proprietatem, cuius semet -vit. Trad. Ratisb. 378 -bat se, quicquid inde possit adquiri. Trad. Scheftl. 122 de . . . iugeribus campi. *al. seq.* ut: Epist. Teg. I 73 -vit se coram nobis . . ., ut deinceps eam *(decimationem)* sibi non usurparet. *Heßler*

abnepos, -otis *m.* **1** *pronepotis filius – Urenkel:* Vita Serv. 6 p. 23,3 Goliath et fratres eius . . . pugnaverunt post cum -bus . . . Ruth. Chart. Friburg. 42 de nepotibus et pronepotibus et -bus. Albert. M. animal. 18,96 fratres . . . et sorores et pronepotes et -es non colligantur ad unum genus. *dub.:* Pass. Trudp. 10; Rambertus nomine, -s Otperti. **2** *pronepos – Urenkel:* Bernh. Const. can. 25 p. 496,35 Lotharius, Ludewici regis ex filio nepos, Caroli Magni -s. **3** *fratris vel sororis nepos – Großneffe:* Chart. Solod. 2 p. 4,19 (a. 778) Scolasticę neptę meę vel Raderamno -i meo (*cf.* p. 6,4). Ademar. hist. 3,45 Raimundus Cabannensis, -s Turpionis episcopi.

abnormis, -e. **1** *a regula discrepans – von der Regel abweichend:* Vita Steph. reg. II (MGScript. XI p. 226,23) si quid -e, si minus disertum sermonem inveneritis. **2** *pravus – verkehrt, verdorben:* Ecbasis capt. 1188 excors, follus, ebes, -is, garrulus idem est. Arnulf. delic. 236 -em maculat contagio plebem. **3** *immodicus – unmäßig:* Gesta Camer. 3,1 p. 466,12 cum . . . *opes* -i effusione consumpserit.

abnoticus *v.* hypnoticus.

***abnoxiatio** *sim. v.* *obnoxiatio.

? ***abnoxitas,** -atis *f.* *obnoxietas – Abhängigkeit:* Chart. Osn. II 289 (a. 1232/8) liberum dimisi . . . ministerialem meum ab omni -e, qua michi tenebatur. *v. et* obnoxietas.

abnumero, -are. *deducere – abziehen:* Chart. Wirt. V 1337 p. 102,19 (a. 1255) nec . . . debet . . . pincerne in predicta pecunia quidquam -are. Chart. Austr. sup. III 534 servitium . . . in solutione debiti non -bo.

abnuo, -ui, -ere. **1** **a** *recusare – verweigern, sich weigern:* Dipl. Otton. II. 120 p. 134,44 pontificibus . . . nichil . . . -endum decernimus. Froum. epist. 74 quicquid vestra dignatur gratia, non -o, non rennuo. *al. c. inf.:* Otto Frising. gest. 1,29 p. 47,16 prebere aures -it. *al. absol.:* Lex Saxon. 43 si tutor -erit. Thangm. Bernw. 41 p. 776,27. *al.* **b** *reicere – ablehnen:* Udalsc. Egin. 23 p. 441,38 abbas interdictum *episcopum* -erat. Gerhoh. psalm. 37,11 p. 640, 18 tenebras -o. **c** *avertere – verhüten:* Chart. Mur. 1 (Quell-SchweizGesch. III 3 p. 108,3; spur. a. 1107/14) quod Deus -at. **2** *contrarium esse – abgeneigt sein:* Rimb. Anscar. 27 p. 58,6 deus voluntati et legationi tuae non -it. Salom. II. epist. 24 p. 409,31 eius *(iuvenis)* bono desiderio -ere. **3** *negare – verneinen, leugnen:* Rimb. Anscar. 7 p. 27,2 quod cum universi -rent (*cf.* 19 p. 43,13). Heiric. Germ. I 2,77 vina . . . obruta lymphis nativum -erant (schol.: denegaverunt) . . . saporem. *vetare – verbieten:* Aldh. ad Acirc. 133 p. 185,12 quod heroici hexametri regula -it. **4** *in iure i. q. renuntiare – verzichten, (sich) entäußern:* Chart. scrin. Col. A I p. 26,42 (c. 1142/56) qui *(leviri)* . . . domum -erunt . . . manu et calamo. p. 30,45. *refl.:* Chart. Austr. sup. II 51 p. 69,11 (c. 993) -it . . . se predictus hobarum contra comitem (*cf.* p. 69,19.23.31.34).

abocellis *v. p. 4,47.*

***aboculus,** -a, -um. (*ex* ab *et* oculus *formatum; francog.* aveugle, *cf. Wartburg, Frz. etym. Wb. I. p. 6sq.*) *caecus – blind:* Gozech. Alban. prol. p. 986,40 discat . . . -us lincis oculos non irridere. *v. et p. 4,47. Baader*

abolefacio, -ere. *abolere – beseitigen:* Rather. prael. 2,27 p. 209D -ere vult vetera, sed voluntatem non sequitur efficacia.

aboleo, -evi, -itum, -ere. *script.* abh-: *p. 35,15.45. form.* -ui, -etum *(v. et p. 35,14):* Godesc. Saxo gramm. 1 p. 409, 7sq. 'recenseo' habuit antiquitus duo praeterita: 'recensevi' et 'recensui' sicut scilicet '-o' '-evi' et '-ui'; a 'recensevi' remansit 'recensetus' ut ab '-evi' '-etus' *(v. Prisc. gramm. II 490,2sq.). ?depon.:* Rhythm. 149,152 pollicens -eri peccata. *metr.:* abōleri: *p. 35,33.* -lta: Tit. Rom. 13,9,7 (MGPoet. IV p. 1024).

delere, exstinguere, tollere – vernichten, tilgen, beseitigen: **1** *gener.:* **a** *obi. res: corpor.:* Beda hist. eccl. 3,9 p. 145,5

[Ziltener]

ut nomen et memoria apostatarum de catalogo regum Christianorum prorsus -eri deberet. Conc. Karol. 44B praef. p. 481,13 imagines sanctorum ... confringere et penitus -ere (44B,1 p. 484,27 ab aedibus ... a sacris vasis). Albert. Mett. div. temp. prol. ut tuo iudicio aut -atur aut legendus servetur *libellus*. Otto Frising. chron. 8,9 p. 404,3 erit ... non -ta substantia, sed mutata figura caelum novum et terra nova. *al. incorpor.:* Cod. Lauresh. 20 p. 301,5 cogitantes ... de -endis peccatis. Cand. Fuld. Eigil. I 23 p. 232,41 amarissimis lacrimis -vit *culpam*. Dipl. Karoli III. 49 p. 82,37 superstitiones et importunas violentias ... -endas et extirpandas. Carm. Augiens. 5,3,2 matris viduae tristia cuncta -e. Folcuin. Bert. 107 p. 628,24 dolens religionem monasticam ... tunc temporis -etam. Anon. mus. Sowa 1b p. 39,29 malus usus abholendus est. *al.* **b** *obi. anim.:* Metell. Quir. 8,17 sydereae patriae cives.

2 *spec.:* **a** *sanare – heilen:* Antidot. Glasg. p. 115,25 hoc *(antidotum)* -ere potest, qui precordia vexat (*i.* quae p. vexant*?*). Walahfr. hort. 384 unguentum, laesae quod vulnera carnis atque cicatricum deformia signa novarum posse -ere aiunt (Walth. Spir. Christoph. II 5,96). **b** *oblivioni tradere – in Vergessenheit bringen:* Walahfr. Gall. 1,27 ne vetus -retur miraculum. Walth. Spir. Christoph. I epist. p. 64,6 cum id benefactum ... animus ... non -verit. Thietm. chron. 8,20 sperans antiquiorem nostram confirmacionem diu esse -tam (oblitam Chron. Thietm. 8,20). *al.* **c** *revocare – widerrufen:* Dipl. Otton. III. 222 p. 635,31 ut ... hoc iniuste factum et rite -endum preceptum ... taceret silentio. **d** *excludere – ausschließen:* Dipl. Conr. II. 78 p. 102,34 omni hominum infestatione -ta et remota. **e** *vetare – verbieten:* Statut. ord. Teut. p. 81a,1 si ludos in consuetudine -tos exercuerit. **f** *dissolvere – auflösen, abschaffen:* Catal. Salisb. 94 (MGScript. XI p. 21) cepit -eri pars impia. Otto Frising. chron. 7,31 p. 360,12 prefecturae dignitatem -entes. **g** *absol. i. q. se purgare – sich rechtfertigen:* Annal. Adm. a. 1137 p. 579,22 arduum hoc -endi genus, forma purgationis inaudita. *v. et* oboleo.

adi. **abolitus**, -a, -um. **1** *sublatus, irritus – aufgehoben, abgeschafft, ungültig:* Helm. chron. 69 p. 130,30 iam pridem -os episcopatus Slaviae suscitare. Chart. Eichsf. 273 exactionem ... omnino -am et in perpetuum esse sopitam. *al. in formula (ex Cod. Iust. 6,33,3):* Chart. Turic. app. 764b (c. 1249) nos litteras ... non abobilitas *(sic)*, non cancellatas, nec maligna (*i.* in aliqua) sui parte viciatas ... perspexisse (Chart. ord. Teut. [Thur.] 146 non abholitas nec in aliqua parte sui viciatas). Chart. Eichsf. 563 instrumenta. *al.* **2** *oblivione obrutus – vergessen:* Amalar. off. 1 praef. 4 ardor mihi inest tritae viae et -tae propter antiquitatem. **3** *de carne superflua i. q. mortuus – abgestorben (von Wucherungen):* Wilh. Salic. chirurg. 1,16capit. de vermibus et carne -ta nata in aure.

abolim *v.* 2. a *p. 3,64sq.*

abolitio (-cio), -onis *f. script.* ob- *(var. l.): l. 55.57. destructio, exstinctio, sublatio – Vernichtung, Tilgung, Beseitigung:* **1** *gener.:* Willib. Bonif. 5 p. 21,5 -em (ob- *var. l.*) peccaminum postulantes. Walahfr. Gall. 1,8 propter idolorum suorum -em (ob- *3a*). Agob. epist. 5,2 -em (ob- *P*) neglegentiarum sacerdotibus ... commendare. Chart. Epternac. 149 p. 224,13 ob ... -em meorum facinorum dedi ... res proprietatis mee. Thietm. chron. 8,10 ut ... confitenti remissio fieret et diu optata -cio. Benzo ad Heinr. prol. p. 597,24 Cartaginis. *al. c. sensu amissionis:* Dipl. Otton. III. 269 p. 688,8 queque videntur esse perdita -e cartarum seu furto perditarum vel incendio crematarum. **2** *spec.:* **a** *oblitteratio – das Vergessenmachen:* Chart. Lux. I 432,1 p. 605,8 (a. 1147) -e temporis sunt sublata memorie *iura*. **b** *dissolutio – Auflösung, Wegfall:* Helm. chron. 18 p. 37,4 primitiva instituta et magnorum principum donationes venerant in -cionem. Chart. Port. 242 theloneum perpetua -cione delevimus. **c** *transformatio – Umwandlung, das Aufgehen:* Arno Reichersb. apol. p. 163,23 haec nomina *(caro et spiritus)* cum sint magis essentiarum quam personae significativa, dum una essentia alia diceretur, alterius in alteram conversio vel -o facta posset putari. **d** *violatio – Übertretung:* Leg. Burgund. const. I 49,2 p. 80,16 *(v. p. 68,50)*. **e** *mus. (interpr. dub.):* Noter. Balb. ad Lantb. r *littera* rectitudinem vel rasuram non -is, sed crispationis rogitat. *v. et* abolitio.

abolla, -ae *f. amictus, pallium – Umhang, Überwurf:* Waldo Anscar. 25,25 novam nacti pietatis -am. Hugo Trimb. laur. 82 ut purpurea celi Deus ornet -a *sontes*.

***abollo**, -are. (*abollagium, *abeilla *cft. Holder-Egger in ed., v. DuC. s. v.*) *alvearia concedere – Bienenstöcke abtreten:* Mirac. Trud. 7 ut ei aliqua *vascula* -ret. *Ziltener*

abominabilis (abh-), -e. **1** *detestabilis, nefandus – abscheulich, ruchlos:* Thietm. chron. 8,3 legalis ... senior abh-is repudiatur. Berth. (*?*) annal. a. 1077 p. 304,9 cum ... omnino abh-is nec non etiam gravis ad videndum fieret *imperatrix*. Anon. Has. 25 p. 260,49 concambium. Ortl. chron. praef. p. 4,19 ista ... nimis magna et abh-is monachorum ... est ignorantia. Albert. M. summ. theol. II 1,4,3 p. 110b,30 pessimus error est et -is catholicae fidei. *al. seq.* ut: Rimb. Anscar. 20 p. 44,17 -e sibi videri, ut *eqs*. **2** *insipidus, fastidiosus – unschmackhaft, widerwärtig:* Constant. Afric. theor. 9,27 p. 47br si cibus -is sit et amarus, acutus et pungitivus. Maurus urin. I p. 14,17 materia. Albert. M. veget. 1,178 venenosi vel -es *fructus*. 6,13 est *aloe* saporis amari et -is. animal. 22,40 caro eius *(castoris)* abh-is est. *subst. neutr.: p. 38,26.*

adv. **abominabiliter** (abh-). *detestabiliter – abscheulich:* Libri Karol. 2,23 p. 82,7 dum ... illi istos, qui eas *(imagines)* adoraturi erant, -r dampnasse credantur. Cod. Udalr. 201 p. 366,28 sacras ... scripturas ... in patrocinium illius abh-r contorquentes. 208 p. 380,21.

***abominalis** (abh-), -e. **1** *detestabilis – abscheulich:* Honor. August. spec. p. 994A abh-e manuscriptum. Gerhoh. novit. 38 p. 79,8 corrupti ... et abh-es (abominabiles *Vulg. psalm. 13,1*) facti in studiis suis. **2** *insipidus – unschmackhaft:* Tract. de aegr. cur. p. 241,16 melancolia ... aliquo abh-i laxativo *purgatur*.

abominatio (abh-), -onis *f. script.* habom-: Ortl. chron. 1,2 p. 16,22. **1** *flagitium, scelus,* βδέλυγμα *– Untat, Verbrechen, Greuel:* Hrotsv. Abr. 7,10 facinorum -o. Rather. epist. 32 p. 182,4 in omnibus abh-bus, quas contra deum faciunt. Annal. Quedl. a. 1008 Atalpero ... -es multas concitavit. Herm. Augiens. chron. a. 970 Otto imperator ... iniurias ... poenis et -bus vindicavit. *al. sensu bibl. (cf. ThLL. I 121,40sqq.):* Thietm. chron. 4,63 cum ... sit in hiis abh-o dei et dedecus seculi. 6,96 vidi -em Christi. *meton. de rebus vel personis abominandis:* Aethicus Ister 30 in diis gentium et -bus, idolis simulacrorum. Otto Frising. chron. 1,19 p. 12,22 de Danao, Perseo et diversis abh-bus gentium. **2** *fastidium, irritatio vomendi – Ekel, Brechreiz (def.:* Gloss. Salern. p. 13,40 abh-o est deffectio appetitus cum voluntate vomendi): Constant. Afric. grad. p. 359,2 *menta* -em et vomitum ex phlegmate aufert. Tract. de aegr. cur. p. 136,46 amaritudo oris, abh-o, nausea, sitis (Albert. M. animal. 9,39). Matth. Platear. gloss. p. 371F *fumum* nervi sentientes -e concutiuntur. Maurus urin. I p. 13,6 fastidium et abh-em.

***abominator**, -oris *m. contemptor – Verächter:* Libri Karol. 4,19 p. 209,4 sanctus Epiphanius imaginum destructor fuit et earum -r.

abominor (abh-), -atus sum, -ari *et* **abomino** (abh-), -avi, -atum, -are. *script.:* abhum-: Pirmin. scar. 22 p. 56,9 *cod. A*. abum-: Chron. Fred. 4,36 p. 135,22. *abhorrere, detestari – verabscheuen, verschmähen:* Beda hist. eccl. 2,10 p. 102,2 -tis idolis. Bonif. epist. 73 p. 153,6 Dei sacerdotes abh-ans. Hugeb. Wynneb. 12 p. 115,35 facinora ... abh-verat. Form. Sangall. II 43 p. 427,11 avaritiam. Einh. Karol. 24 ebrietatem. Regino chron. a. 866 p. 86,2 despicitur, -atur, reicitur *regina*. Albert. M. animal. 2,31 colores ... rubeum et varium ... abh-atur *bos. al. c. notione improbandi:* Leg. Wisig. 12,3,4 que christianitatis doctrina

[Schetter]

-atur. LIBER diurn. 73 p. 72,12 abh-amur atque damnamus. GODESC. SAXO theol. p. 298,16 funditus prorsus est -anda ... heresis Sabelliana. *al.* *c. notione repudiandi:* LEG. Wisig. 3,4,13 uxores viros suos -antes.

adi. **abominandus,** -a, -um. *detestabilis – verabscheuungswürdig:* ALDH. ad Acirc. 2 p. 68,5 -a facinorum flagitia. *al.*

abominosus, -a, -um. *funestus – Unheil ankündigend:* SERMO de sacril. 11 qui clericum vel monachum de mane ... videns ... -um sibi esse credet.

abonnis *v.* obbonis.

***aborbito,** -avi, -are. *de via declinare – vom Wege abweichen:* LIBELL. de Willig. 1 p. 744,7 ut sua sponte numquam -ret a tramite iustitiae (p. 744,11).

aborigines, -um *m.* 1 *indigenae – Ureinwohner:* VITA Altm. 28 expulsis -bus pro eis habitaverunt *Baiuvarii.* 2 *ignota origine nati – von unbekannter Herkunft:* VITA Mariani 1 ne videamur *(sc. Hiberni)* -es sicut vultur et ardea, quorum ortus et exitus soli Deo cognitus est. *Schetter*

aborior, -tus sum, -iri. *oboriri – entstehen, hervorbrechen:* TRANSL. Lando. 1,6 (MGScript. XV p. 609,11) lacrimis ... -tis (HEINR. WIRZ. cur. 709). SIMEON DUN. hist. a. 1128 (MGScript. XIII p. 160,18) ne quid adversi ex nepote sibi -retur. GESTA Ern. duc. I p. 28,10 sociorum eiulatus -tus est. *v. et* oborior.

adv. ***abstractive**. *separative, universaliter – absondernd, allgemein:* ALBERT. M. sent. 1,22,3 p. 572a,27 -e dicitur *nomen.* 1,26,12 p. 24b,9 licet notiones aliqui dicant non esse, hoc referunt ad hoc, secundum quod -e significantur. 1,33,1 p. 140a,13. cael. 1,3,7 p. 82a,48 quod dicimus de formis -e et concretive significatis. anim. 3,3,12 p. 389b,34 species intelligibiles sunt in sensibilibus quocumque modo, sive sint -e dicta sicut mathematica, sive habitus et formae *eqs.*

abstraho, -traxi, -tractum, -ere. *script. et form.:* abt-: CAPIT. reg. Franc. 18,3. ast-: ANTIDOT. Glasg. p. 120,33. adst-: TRAD. Frising. 185. -gere: *p. 62,29.* -a(ere): DIPL. Merov. I 57 p. 51,49. DIPL. Ludow. Germ. 131 p. 182,36. *al. v. et p. 62,4.42.* -ire: DIPL. Merov. I 67 p. 60,14. *depon.:* VITA Pard. 23 (MGMer. VII p. 39,15). *supin.* -tu: NIVARD. Ysengr. 1,353.

1 a *detrahere, avellere – wegziehen, wegreißen:* ARBEO Corb. 38 pallium sudarii. Emm. 18 genitalia. HROTSV. Dulc. 7,2 ut ... puellae ... -tis vestibus publice denudentur. FROUM. carm. 4,8 pellem vi. THIETM. chron. 1,27 dexteram ... rapido morsu ex inproviso -xit. TRACT. de chirurg. 471 cutis per longitudinem findatur et ... -atur. *al.* b *extrahere, evellere – herausziehen, (her)ausreißen:* LIBER hist. Franc. 32 p. 296,19 -tis scramsaxis utraque ei latera feriunt (*cf.* WIDUK. gest. 1,6 cultellis -tis). 45 p. 317,23 crines ... capitis. HROTSV. Pafn. 7,3 capellam semivivam dentibus luporum nuper -tam. ODO MAGD. herb. 48 stirpes infixas et spinas -et ipsum *(abrotanum)* appositum. HERACLIUS II 13 *stannum* -e de hoc colore. ALBERT. M. veget. 6,156 cuius *(terrae)* nutrimentum non sit -tum ab aliis plantis. c *exprimere – auspressen:* MATTH. PLATEAR. gloss. p. 387E succus -tus a pomis.

2 *removere – entfernen:* ARBEO Corb. 22 p. 214,2 miraculum ... ab lammine sepulchri illius ... -bamus. HRABAN. epist. 24 p. 430,33 ne forte, si quid indiscrete *(sc. e dictis patrum)* -rem, sensus eorum intelligentiam confunderem. ALBERT. M. animal. 3,45 vita in se -ta ab omnibus istis potestatibus vitae fluere a corde. *al.*

3 *abripere, abducere – fortschleppen, ent-, wegführen:* a *strictius:* LEX Alam. 3,1 nullus habeat potestatem vim -endi de ecclesia *fugitivum (item de asylo:* LEX Baiuv. 1,7. CAPIT. reg. Franc. 39,3). LEX Baiuv. 1,11 capit. (Mg.Mt) *sanctaemoniales* de monasterio. ALTFR. Liutg. 2,18 diabolus ... in partem occidentalem -tus est. BERTH. (?) annal. a. 1077 p. 304,44 papam ... in turrim. *al.* b *latius: c. notione liberandi:* POETA Saxo 5,32 ut nos demonicis cultibus -ret. *c. notione dimittendi:* VITAE patr. Iur. 3,17 quia ipsos ancipiti -xisset eventu. DIPL. Otton. II. 283 p. 330,20 *archimandritem* a nostro cubili et necessariis consciliis -aentes. *c. notione arcendi:* CHART. Lub. I 345 p. 322,14 (a. 1274) si vero sua persuatione patruus noster ... nos de premissis -ret.

4 *demere, abalienare, furari – wegnehmen, entziehen, stehlen:* LIBER diurn. 98 p. 130,12 ne ... quidam ... ex rebus semel deo dicatis ... -at aut defraudet. FORM. Senon. I 28 de rebus suis in nullo -ere nec dismanuare. CARM. Aldh. 2,57 -unt qui *(latrones)* exuvias. LEX Alam. 1,2 de ipsas res de illa ecclesia -ere (*cf.* LEX Baiuv. 1,2). TRAD. Frising. 23 hereditatem. 339 traditionem. ARBEO Corb. 16 p. 205,9 *cavallum* furto silenter -ere. CHART. Rhen. med. I 33 ut ... nec -endi nec minuandi in omnibus non habeam potestatem (*cf.* DIPL. Arnulfi 113 p. 167,19 auferre, -ere vel minorare). CAPIT. reg. Franc. 18,7 quicumque ... aliquid -xerit aut exfortiaverit. LEX Sal. Karol. 41,2 servum ... de servitio domini. DIPL. Karoli III. 48 p. 81,9 elemosinam ... deo famulantibus. THIETM. chron. 6,62 cum aliis rebus inde -tis. *saepe. c. notione legitime recipiendi:* COD. Lauresh. 27 p. 311,38 heredes mei illud inde -ere licentiam habeant. *c. notione abolitionis:* DIPL. Pipp. 6 p. 10,14 quod ... ille marcadus fuisset eminuatus vel -tus. p. 10,16 ille telloneus de ipsa casa dei erat minuatus vel -tus. CONC. Karol. 16B p. 104,24 ut ..., quae ... videbantur -enda, evelleret.

5 *refl. i. q. se subducere – sich entziehen:* FORM. Senon. I 20 de ipso colonatico sibi -bat. FORM. Marculfi 2,28 si ... me ... de servitio vestro -ere (-gere *A 2*) voluero. FORM. Sal. Merk. 16 p. 247,14 nullus se de morte -ere potest. ARBEO Corb. 12 qui se a divino tramite deviendo numquam -bat. 24 se -ens obtutibus. 26 ex ... curis. CHART. Sangall. A 148 p. 140,22 de ipso censu. CHART. march. Misn. III 216 p. 161,32 a venatione. CHART. civ. Misn. 401b p. 450,28 a debitis serviciis et consuetis. *al. adde* ARBEO Emm. 20 voluntatem ... indigentibus non -xit. *usu mediali ut vid.:* BERTH. (?) annal. a. 1060 p. 271,17 Heinricus ... cum ... in monasterium Epftirnacha se contulisset, inde -tus coniugem suam occidit.

6 *math. i. q. deducere – abziehen, subtrahieren:* ANON. geom. I 3,20 -e AD, remanet AE. CARM. de conc. mens. 23,2 omnes dies mensis sume, unum semper -aens. GERB. geom. 6,3 p. 84,16 ex quibus iterum cccc ... -o. Ps. ODO CLUN. abac. p. 298a si ... digitus de articulo -itur. *al.*

7 *philos.:* a *separare,* ἀφαιρεῖν *– absondern, abstrahieren (v. et p. 63,8):* ALBERT. M. summ. creat. II 1,58,1 p. 500a,17 omne autem commune -itur a particularibus, eo quod non habet esse nisi in illis. p. 502a,43 diffinitio ... datur per formas -tas a particulari, quae sunt genus et differentia. p. 502b,22 intelligentiae habent materiam, quae est particularis ..., et ab hac -itur intentio communis, quae est obiectum intellectus. sent. 1,26,5 p. 9b,32 non potest -i proprietas personalis a persona. cael. hier. 2,2 p. 27a,41 -it enim *abstractio* universalem lineam ab hac linea et angulum ab hoc angulo. anal. post. 1,1,3 p. 10a,8sq. quod ... -itur ab uno, est idem cum eo, quod -itur ab alio, unde eo ipso, quod est in intellectu, est universale. gener. 1,1,1 p. 346a,33 nulla scientia est, quin -at universale a particulari. phys. 1,1,6 p. 13b,14 intentio formae ..., quae de re per -entem intellectum habetur. intellect. 1,2,1 p. 490b,27 propria operatio intellectus agentis est -ere, non quidem a materia tantum, sed universaliter ab hoc particulari. summ. theol. I 9,39,1 p. 396b,36 -entium non est mendacium. *al.* b *amovere – entrücken:* ALBERT. M. bon. 482 p. 252,47 intellectus ... -it ab omni differentia temporis.

adi. **abstractus**, -a, -um. 1 *remotus – entfernt:* ALBERT. M. animal. 16,111 quaedam sunt aeterna -a a motu et materia. ALBERT. M. (?) animal. quaest. 1,1 p. 78,4 illud, quod est universalius, est a materia -ius. *c. sensu contemplationis:* OTTO FRISING. chron. 4,4 p. 190,4 sapientem ... contemplatione a se -um. 2 *incorporalis, spiritualis – unkörperlich, geistig:* ROD. GLAB. hist. 1,1 vim divinę et -ę

[Schetter]

quaternitatis. ALBERT. M. cael. hier. 2,2 p. 26^{b},15 quae ... -a sunt, secundum se possunt optime intelligi: angeli sunt tales. somn. 3,1,6 p. 185^{a},6 quidam sortiuntur animas altiores ..., altiores quidem, quanto fuerint -iores. animal. 1,515 visus, qui valde -us est. **3** *universalis – allgemein:* ALBERT. M. sent. 1,33,1 p. 139^{b},23 utrum liceat proprietates -o nomine significari. p. 139^{b},27 quod significatur in genere -o modo, etiam in specie sic potest significari. **4** *separatus – abstrahiert:* ALBERT. M. anal. post. 1,1,3 p. 10^{b},1 quod intellectus receptivus sit formae -ae.

subst. **abstractum**, -i *n. separatum, universale – das Abstrakte, Allgemeine:* ALBERT. M. sent. 1,26,5 p. 9^{b},42 -um simplicius est quam id, a quo fit abstractio. 1,33,1 p. 139^{b},32 cum proprietas sit nomen rem suam dicens in -o. bon. 18 p. 10,43 -um non dicit nisi essentiam unam; concretum autem supponit duas *eqs.*

adv. **1. *abstracte.** *universaliter – allgemein:* ALBERT. M. praedicam. 1,4 p. 159^{a},7 in substantialibus quaedam significantur concrete, quaedam autem -e, ut homo et humanitas.

2. *abstractim. *separatim, seorsum – abgesondert, für sich allein:* GERHOH. novit. 8 filius non est nomen proprietatis -im considerate, sed ipsius divinitatis cum quadam proprietate (*cf.* 20$^{in.}$). glor. 5,4 p. 1092^{A} formas rerum ... licet inabstractas, tamen -im speculandas. 20,3 p. 1149^{A} *habitus* seorsum, -im et mathematice intellectus. *Schetter*

? ***abstrid(e)o**, -ere. *sibilare – pfeifen:* CHRON. Salern. 117 p. 131,17 manus ad hos (*i.* os) ducens, [manus] cum dentibus -ens (*sic vel* abstrahens *cod.*), clangere iussit tubis.

1. abstringo, -strictum, -ere. **1** *removere, tollere – entfernen, beseitigen:* NARR. itin. nav. p. 187,8 Sarraceni adhuc desuper *(in turri)* stabant, nec ruina domus nec sagittis creberrimis -ti. CHART. Grimm. 261 *Maria* maculas peccatorum diluit et -it. **2** *med. i. q. alvum purgare – abführen:* ALBERT. M. veget. 6,250 fructus *vitis* similiter bonus est ano, eo quod provocat et -it.

2. abstringo *v.* astringo.

abstrudo, -trusi, -trusum, -ere. obs- *(var. l.): l. 41.43.*

1 *abscondere – verbergen:* EPIST. Wisig. 2 p. 662,24 qui pecuniam conservando -serat (obs- *E 1*). **2** *obstruere – verbauen:* HINCM. Remig. 8 p. 279,34 maceria, qua eadem porta -sa (obs- *3^{b}.4^{b}*) fuerat.

adi. **abstrusus**, -a, -um. **1** *abditus – versteckt:* VITA Galli II 511 *deo* nil esse potest -um nilque latere. CARM. Paul. Diac. app. II 54,4,1 ventris -o positus cubili. VITA Karoli M. 3 praef. p. 66,29 de -is favorum cellulis. *al.* **2** *secretus, implicatus – verborgen, verwickelt:* GODESC. SAXO theol. 6 p. 132,16 quaestiones tuas sat venustas et -as, valde pulchras et obscuras. CONR. HIRS. dial. 1516 fieri potest, ut -ior litera lectorem ducat ad aliud intelligendum.

subst. **abstrusum**, -i *n.* **1** *secretum – das Verborgene, Geheimnis:* ALDH. virg. I 27 p. 264,5 arcana mentis ipsorum recludentes et -a praecordiorum reserantes. 53 p. 311,8. *al.* **2** *aenigma – Rätsel:* PAUL. DIAC. carm. 20,14 pandenti -um cymbia munus erit.

***abstrunco**, -are. *detruncare – verstümmeln:* GLOSS. IV 128, 18 St.-S. -o bistumbilon.

abstulo, -ere. *(retrograde ab* abstuli) *auferre – wegnehmen:* IOH. CODAGN. annal. a. 1090 p. 2,1 -bant eis boves et totum, quod portabant. ANNAL. Ianuens. IV p. 106,14 regnum Sicilie ... a ... rege Karulo -endo. ALBERT. MIL. temp. 165 p. 440,2 -bat terras et villas. 260 p. 524,14 thesaurum et vasa sacra monasterii -endo. *v. et* abstollo *et* aufero.

***absturbo**, -are. *abigere – verscheuchen, wegjagen:* EKKEH. IV. cas. 37 cum ... sibilis eos interdum et strepitu -ret. *Ziltener*

absum, afui, afuturum, abesse. *script. et form.:* apsit: FORM. Flav. 42 p. 479,33. CHART. Sangall. A 152. absit: FORM. Marculfi 1,7 *cod. A 3.* abscit: DIPL. Heinr. III. 197. *v. et p. 64,56.* abfu(i): HROTSV. Pafn. 8,1. FROUM. carm. 13,3. 17,8. *v. et p. 64,8.31.* abfuturum: *p. 64,38.* abfore: CARM. de Cass. 499. aforet: HEIRIC. Germ. I 3,24. affuerim: WANDALB. Goar. 2,30 *cod. 2.* abessendi: *l. 10.*

procul esse, distare – abwesend, entfernt, fern sein: **1** *gener.:* **a** *corpor.: subi. homines:* RIMB. Anscar. 19 p. 41,43 rex ipsorum longius inde aberat. AGIUS vita Hath. 15 nec momento temporis ei abesse patiebantur *sorores.* WIDUK. gest. 3,44 ipse bello interim aberat. VITA Mathild. I 11 coenobio (monasterium VITA II 17) abfuit. BERTH. (*?*) annal. a. 1077 p. 305,43 qui ab urbe ... decem miliaria aberant. CHART. Traiect. 785 p. 217,30 licentiam abessendi per sex ebdomadas (CHART. Brem. 155 p. 179,3. *al.*). *saepe. subi. res:* BEDA temp. rat. 7,20 quae telluri procul absunt. *al.* **b** *spirit.: subi. homines:* AGIUS vita Hath. 21 discedebat, sed dolenti filiae abesse non poterat. WALTH. SPIR. Christoph. II 2,243 ne finitimis ultro rationibus absim. *subi. res:* WALAHFR. carm. 5,6,36 pax pacis abest orbe repulsa procul. GODESC. SAXO gramm. 2 p. 495,14 quod apostolo prorsus aberat procul. WALTHARIUS 1272 si vel dolor unus abesset. *al.* **c** *in locut.* quod absit *sim.:* BEDA hist. eccl. 1,32 p. 69,1 quod absit (COD. Lauresh. 429. GODESC. SAXO theol. 2 p. 92,13. *saepe. cf.* CHART. Carniol. I 67 p. 75,2 quod absimus). ALDH. virg. I 8 quod absit a catholica ... fide. CHART. Rhen. med. I 19 p. 24,38 quod absit, ne fiat. GODESC. SAXO fragm. p. 41,18 absit procul a me, ut *eqs.* (RUODLIEB V 405. EPIST. Meginh. 41 p. 245,20 absit absit, ut. *al.*). WALTHARIUS 551 absit, quod rogitas. *al.*

2 *cum colore quodam:* **a** *deesse – fehlen:* WALAHFR. Blaithm. 78 utque nihil meriti ... abesset. CAND. FULD. Eigil. I 5 p. 224,53 nec ... aberant ... coaetaneis consocii. POETA Saxo 5,256 tabulas ... numquam fecit abesse sibi. *seq.* quin: ANNAL. Einh. a. 769 paulumque abfuit (afuit *1.2*) q. *al.* **b** *vacare – frei sein:* RUOTG. Brun. 34 tantum autem aberat *Bruno* a sevitia, ut *eqs.* RAHEW. Theoph. 509 ut simili sis cautus abesse reatu. **c** *excludi – ausgeschlossen sein:* GODESC. SAXO fragm. p. 34,7 abest tamen deorum pluralitas, ubi est ... deitatis unitas. **d** *non assistere – Beistand versagen:* LAMB. HERSF. Lull. 5 p. 313,11 Deum vero pro se nitentibus nusquam abfuturum.

part. **absens**, -entis. *gen. plur.* -torum: *l. 63.*

1 *non praesens – abwesend:* **a** *corpor.:* PACTUS Alam. II 31 si femina aliam stria ... clamaverit, sine rixam, sine -e hoc dixit. TRAD. Frising. 390 notum est cunctis ... tam praesentibus quam etiam -bus (TRAD. Ratisb. 37 necnon et futuris. DIPL. Conr. II. 61. *saepe*). WALAHFR. carm. 5,67,1,2 est -s (HROTSV. Pafn. 12,1. THIETM. chron. 4,22 p. 158,13. *al.*). HRABAN. epist. 30 corpore -s ... spiritu ... praesens (RUOTG. Brun. 20 -s tibi c. *al.*). COD. Udalr. 183$^{tit.}$ amico suo H. E. suus praesens, suus -s. *saepe. in re iudiciaria:* CAPIT. reg. Franc. 197,4 -es morti adiudicari. GREG. VII. registr. 1,63 p. 92,18 eo -e, qui accusat. CHART. Bund. 357 abbatem ... tamquam per contumatiam -em fuisse. CHART. ord. Teut. (Hass.) 50 abbas noster apud vos absentia presens ..., nos presentia -es. *al. de exfestucatione:* CONST. I 444 p. 655,14 (a. 1102) me exinde foras expuli, guarpivi et -em me feci. **b** *spirit.:* EPITAPH. var. II 94,9 esuriens ... Deum presens fuit -s. CHRON. Salern. 83 p. 83,3 abscente *(i. 'haud animadvertente' Pertz)* Guido(ne). HEINR. AUGUST. planct. 1503 conversis presens, subterfugientibus -s *Deus.*

2 *absus:* **a** *de rebus i. q. incultus – unbebaut:* DIPL. Otton. I. 242 p. 344,23 *(ex dipl. Ludow. III.)* mansis ... vestitis et -bus (ACTA imp. Winkelm. II 17 p. 18,24. *al.*). **b** *de hominibus i. q. agris carens – landlos:* DIPL. Karoli M. 189 p. 254,14 fiscalium et -orum hominum. GREG. CAT. chron. I p. 296,28 duo foculares -es. *Prinz*

absumo, -sum(p)si, -sum(p)tum, -ere. *script.:* asu-: *l. 71.* ads- *(var. l.): p.65,2.* ass-: *p. 65,2sq.8.10.15.20. v. et* assumo.

1 *proprie:* **a** *auferre, tollere – hinwegnehmen, wegschaffen:* BEDA hist. eccl. 1,1 p. 13,5 rasa folia codicum ... totum inflati corporis -msisse ac sedasse tumorem. ARBEO Emm. 23 p. 59,2 secta ab se ... membra per cognitionem divinam ab eo loco asumpta. WALAHFR. hort. 374 *ambrosia* tantum quae sanguinis hausta -it, quantum potus ingesserit

[Ziltener]

almi. CAPIT. reg. Franc. 293,20 quod ... praereptione in beneficiario iure aut in alode -ptum (ass- *1*, ads- *7. 8*) habetur *(ibid. subst.:* veritas in -ptis [ass- *5. 6*] vel donationibus). *al. comput. i. q. detrahere – abrechnen:* BERNOLD. CONST. chron. p. 393,31 saltum lunae -pserunt. **b** *edendo, bibendo, utendo consumere – verzehren, verbrauchen:* WALAHFR. hort. 213 *foeniculi* semen foetae cum lacte capellae -ptum (ass- *L*). WALTHARIUS 191 cunctis ... pilis -ptis. LAMB. HERSF. annal. a. 1077 p. 296,1 qua *(parte dominici corporis)* liberrime -pta (ass- *B* 1 b). *in imag.:* EPIST. Aldh. 7 p. 496,2 exuberantis ingenii epulis ... avide -ptis. **c** *delere, interimere – vernichten, töten:* BEDA hist. eccl. 4,25 p. 262,26 monasterium ... flammis -mtum est. WALTHARIUS 1171 duobus *equis* per tela -ptis. ANNAL. Quedl. a. 865 subitaneum diluvium et vehemens grando fruges -psit (ass- ANNAL. Hild.). ANNAL. Sangall. IV a. 1022 pestilentia exercitum ... affecit et ... -psit. *al.*

2 *translate:* **a** *abolere, diluere – beseitigen, entkräften:* HEIRIC. Germ. I 5,354 sin violenta preces -unt seria nostras. RUOTG. Brun. 45 p. 48,29 illuc non -pta (ass- *G*) vita, sed mutata in melius pergo. GERHOH. ad Innoc. p. 229,8 de occultis inter monachos ... -endis criminibus. *pass.* -i *i. q. evanescere – verschwinden:* WALAHFR. Wett. 463 ratus inlecebras sub mole bonorum -i. **b** *theol. i. q. absorbere – in sich aufnehmen:* GODESC. SAXO theol. 22 p. 295,13 nec tamen *divinitas* assumptam postmodum humanitatem velut in divinitatem convertendo ... -ret. RUDIG. epist. (Scholastik 14 p. 43,8) hominem a Verbo assumptum non -ptum, sed perfectum et provectum (*sim.* p. 46,29). **c** *privare – berauben:* CARM. de bello Saxon. 3,95 Saxones ... -pti figmenta prius fraudesque dolosque.

absumptio, -onis *f.* *amotio – Entfernung, Beseitigung:* RICHER. REM. hist. 2,48 regiae lineae decus in -e patris et filiorum penitus abolere.

absundia *v.* axungia.

absurditas, -atis *f.* **1** *vox dissona, inconcinnitas – Mißton, Harmonielosigkeit:* AUREL. REOM. mus. 19 p. 59a nisi *syllaba* '*pa*' *in antiphona* '*Dixit pater familias*' inchoatur celsiori acuto, -em parit. GUIDO CIST. antiph. 1 cantum ... licet gravis et multiplex obfuscet -s. **2** *inconvenientia, ineptia, stultitia – Ungereimtheit, Unstimmigkeit, Unvernunft:* LIBRI Karol. 4,1 p. 173,1 inter ceteras suę professionis -es nec falli ... vitavit. RATHER. epist. 7 p. 36,16 intelligens, quanta -s hoc consequeretur, non consensi. NORB. IBURG. Benn. 19 p. 885,11 tanta ... festinatione opus ... aggreditur, ut quadam -e argui videretur. HONOR. III. registr. 188 p. 132,16 potestas ... *archiepiscopum* banno supponere inaudite temeritatis -e presumpsit. SUMMA dict. Saxon. 11,2 p. 270,24 hec -s, immo absurda iniquitas. ALBERT. M. veget. 1,15 sanos ... dicimus *sermones,* quos aliqua rationum medicina ab infirmitate -is liberavit. *al.*

absurdus, -a, -um. *script.:* ob- *(var. l.): l. 59.* -sor-: CHRON. Fred. 4 praef. p. 123,4.

1 *inconveniens, ineptus – unpassend, widersinnig, töricht:* **a** *gener.:* LEG. Wisig. suppl. 3A p. 476,14 quidquid in ... legibus -um, quidquid iustitiae videtur esse contrarium, ... corrigatur. GODESC. SAXO theol. 18 p. 249,19 ut ... convinceret -issimum sensum. ERMENR. ad Grim. 13 p. 548,15 quae pronuntiatio quam -a (ob- *C*) sit. ALBERT. M. animal. 8,233 de mala et etiam falsa aut etiam -a compositione vel divisione *formarum* non convenientes eliciuntur intentiones. *al.* **b** *impers.* -um est *sim.: c. (acc. c.) inf.:* WALAHFR. carm. 5, 19,23. CHART. archiep. Magd. 61 p. 85,25. *al. seq.* si: RUD. FULD. Leob. 1. GODESC. SAXO conf. p. 68,3. *al. seq.* ut: DIPL. Otton. I. 374a. TRAD. Frising. 1613 p. 457,6 nequaquam videri debet -um, immo rationabile atque consultum, uti *eqs.* **2** *alienus – fremd:* HRABAN. disc. 1 (PL 112,1198B) quod si nimis tardus est et ab omni tali suavitate -us et aversus, misericorditer sufferendus est. **3** *surdus – taub:* PASS. Praeiecti I 1 -e (-a, surda *var. l.*) aure transeundum non est, ut *eqs.*

adv. **absurde.** *inepte – unsinnig:* GODESC. SAXO theol. 21 p. 293,29 si quis ... per hoc -issime cogatur conicere et -ius dicere illas *(animas)* in propria corpora redire. AGIUS comput. 1,21 non nimis -e forsan fecisse videbor, si *eqs.* RATHER. epist. 7 p. 34,10 ut ita neque -e loquar. *al.* *Ziltener*

***absus** (-ps-), -a, -um. *(orig. inc., cf. Meyer-Lübke, REW³ nr. 51) script.:* ass-: *l. 20.* ?-bt-: *l. 11. signif.:* GLOSS. IV 28,12 St.-S. -a legerhuoba. III 223,54 -a hûba. CHART. Rhen. med. I 135,1 p. 144¹ (auctore Caes. Heist.) mansi -i sunt, qui non habent cultores, sed dominus eos habet in sua potestate, qui vulgariter appellantur wróynde. *interpr. dub.:* COMPOS. Luc. B 28 in umidis enim locis plus quam abtus metallus nascitur *(i. 'debilis' interpr. J. Svennung, Compos. Luc. 1941. p. 36).*

1 *colono a possessore ademptus vel non iam datus, cultore carens – einem Hintersassen vom Grundherrn entzogen oder nicht mehr verliehen, pfleglos, brach (cf. Schröder-Künßberg, Rechtsgesch. p. 456. Perrin, Seigneurie rurale. 1935. ind.):* NOTIT. Arnon. 1,2 tradidit ... mansos XXX inter vestitos et apsos (CAPIT. reg. Franc. 32,67. 128,9. CHART. Bund. app. p. 379,24. GESTA Font. 15 p. 45,13. DIPL. Otton. II. 218 p. 246,15 mansa II assa). 6,9 territorium ..., quod nunc iacet apsum. 7,6 ad sal coquendum fornaces VIIII, tres sunt vestitas et VI apsas. TRAD. Frising. 162 colonias. FORM. Pith. A p. 597,16 olca ..., quod -a esset et sema. EPIST. var. I 30 p. 544,25 colonicas. CHART. Rhen. med. I 135,49 iornales. *ibid.:* quartarii. 135,50 terra. DIPL. Arnulfi 145 hobas. DIPL. Otton. I. 339 p. 463,5 cortes. *saepe.* **2** *agro colendo non praeditus (de colonis) – landlos (von Hintersassen; cf. Lamprecht, Wirtschaftsleben. I. p. 1224²):* CHART. Rhen. med. I 135,45 p. 170,2 (a. 893 ?) -i homines ex nostra familia, qui infra potestatem nostram sunt sine mansis. p. 170,6 -e femine ex nostra familia. *Heßler*

abtingo *v.* attingo. **abtus** *v.* *absus, aptus.

***abvio,** -are. *deserere – aufgeben:* CONST. II 400,5 p. 510,34 faciens eosdem fidelitatem ... -are.

abultra (ab ultra) *praep. de ultra – von jenseits:* ANNAL. Emm. a. 804 (MGScript. I p. 93,9) Saxones ab ultra Albium expulsi. LEO MARS. chron. 2,84 p. 685,30 reversus itaque -a monte Romanus pontifex.

abunculus *v.* avunculus.

***abuncus,** -a, -um. *obuncus, aduncus – gekrümmt:* CARM. var. II 10,2,1 cornu ... -o.

abundantia (hab-, -cia), -ae *f.* *plur.: l. 55.*

affluentia, ubertas, copia – Überfluß, Reichtum, Menge: **I** *corpor.:* **A** *gener.:* **1** *c. gen.:* ARBEO Corb. 28 tanta aquarum h-a desudabat. ALCUIN. epist. 156 p. 254,8 pene nihil remansit vini frugumque -a vix ad medietatem alterius anni. VISIO Karoli M. 3 'raht', id est rerum omnium h-a. THEOPH. sched. 3,83in. *(de numero)* secundum -am fistularum. CHRON. Erf. mod. I a. 1166 p. 370,8 -cia magna frumenti et vini. *saepe.* **2** *absol.:* LEG. Wisig. 4,2,16 si equales h-e domini sunt. CONC. Karol. 19 p. 166,15 sive tempore -ae sive tempore caritatis. VITA Goar. 5 p. 415,23 invenerunt ad manducandum et ad bibendum usque ad h-am. AETHICUS ISTER 78 terra ... -a fertilis. WIPO prov. 58 per moderantiam pervenitur ad h-am. HEINR. LETT. chron. 18,2 divicias et h-cias ... minuere. *al.* **3** *meton. de persona:* RUD. TRUD. gest. 1,12med. episcopus ... murus et arma paxque ... et laeta -a nostri coenobii. **B** *spec.:* **1** *de corporis humani humoribus i. q. nimietas – Überschuß:* Ps. GALEN. febr. 113 h-a urine. TRACT. de aegr. cur. p. 108,19 *fit katarrhus* ex h-a humorum per incontinentiam effluentium. ALBERT. M. animal. 1,206 *color subalbus oculi* fit ... ex h-a ... spiritus visivi ... aut ex h-a cristallini humoris. *al.* **2** *metr. i. q. syllabae adiectio – Hyperkatalexe:* ALCUIN. epist. 133 p. 200,25 nec diminutione frangitur nec -a (hab- *var. l.*) supercrescit *senarius.*

II *spirit.:* **A** *c. gen.:* HRABAN. inst. cler. 1,6 p. 20,14 paternae plenitudinis -a (hab- *var. l.*) transfusa est in Eleazaro et Ithamaro. SALOM. II. epist. 26tlt. pontifici ... episcopus ... gratiae, misericordiae et pacis h-am (ANNAL. Scheftl. 1 a. 1157 -a p. fuit. *al.*). ALBERT. M. sent. 1,16,3 p. 447b,43 -a redundantiae *(sc. gratiae).* CHART. episc. Halb. 793 p. 91,40 paginam ... ad totius firmitatis h-am ... communiri. *al.*

[Payr]

B *absol.:* 1 *theol. i. q. gratiae copia – Gnadenfülle (cf. Vulg. Rom. 5,17):* CHRON. Reinh. a. 1214 p. 584,35 spiritum h-cie divine eatenus habundanter ministravit. 2 *gramm. i. q. superlatio, hyperbole – Übertreibung, Pleonasmus:* GODESC. SAXO gramm. 2 p. 433,5 frequenter enim fit -a huiusmodi ut: dulciora super mel.

abunde (hab-) *adv. satis superque, large – mehr als genug, reichlich:* GODESC. SAXO gramm. 2 p. 395,5 praemonstratum est . . . -e. CARM. libr. III 8,3 michi . . . h-e sat est. RUOTG. Brun. 20 p. 20,29 satis h-eque. EKKEH. IV. bened. I 13,42 large (gloss.: h-e) Christum cibat. WIPO tetral. 97 hostes ecclesiae quae sternis semper -e. CHART. Wirt. VII 2334 p. 237,23 ortum suum venditum reconpensavit conmunitati . . . sufficienter et h-e. *al. c. adi.:* WIPO gest. 4 p. 25,14 in rebus honestis et utilibus -e larga. *Payr*

abundio, -ivi, -ire. *(theod. vet.* bundi *'vincula, fascia'; cf. Geffcken, Lex Salica. 1898. p. 124) refl. i. q. se probare – sich ausweisen:* LEX Sal. Merov. 14,4 p. 162,16 si quis hominem, qui ⟨alicubi⟩ migrare voluerit et de rege habuerit praeceptum et ⟨sibi⟩ -vit (abb- *sim. var. l.; v. et* LEX Sal. Pipp. 16,4 p. 132,16) in mallum publico, et aliquis . . . ⟨ei⟩ testare praesumpserit, . . . culpabilis iudicetur. *Rudolph*

***abundique** *adv. ex omni parte – von allen Seiten:* GESTA Camer. cont. II D 68,3 cui -e accidunt . . . pericula. 116,3 insultant -e.

abundo (hab-), -avi, -are. *script.:* abh-: *l.* 65. amb-: COMPOS. Luc. N 8.

I *strictius:* A *supereminere – darüber herausragen:* VITA Hartm. (ed. Sparber, Schlernschriften XLVI p. 51,22) ut . . . foramen . . . impleret *lapis* et quod de ipso lapide nichil h-ret. B *exsuperare – übersteigen:* GERB. epist. math. I 1,2,5 si quid -verit *maximum divisorem reliquae parti comparatum.* C *augescere, supercrescere – zu-, überhandnehmen:* VITA Pirmin. I 5 p. 26,2 ubi -at terrena cura, refrigescit . . . caritas divina. HRABAN. carm. 39,35 crevit philargyria, h-bat luxuria.

II *latius:* A *redundare, affluere – im Überfluß, reichlich vorhanden sein:* 1 *gener.:* ERMOLD. Ludow. 3,36 ecclesiisque dei qualis -et honor. AGIUS vita Hath. 27 *pietas* in optimo quoque maxime semper solet -are. ANNAL. Sangall. II a. 882 vinum -a⟨t⟩. HROTSV. Cal. 9,25 gratiam in nobis gaudemus -are. *al.* 2 *spec.:* a *supernumerarium, supervacaneum esse – überzählig sein:* REMIG. ALTISS. mus. p. 77ᵃ diapente -at. LAMB. TUIT. Herib. 1,9 p. 748,17 *clericus mendicans* -bat in turba populosiore. b *argumentum uberrimum praebere – reichlich Stoff bieten:* EKKEH. IV. bened. prol. 2,79 Maria, . . . martyr, confessor h-ant. B *circumfluere, divitem esse – Überfluß haben, reich sein:* WALAHFR. carm. 5,8,33 hoc fruar, hoc utar, fovear, delecter, -em. AGIUS vita Hath. 9 egebat ipsa, ut alii -rent. POETA Saxo 1,332 *locus* -at fontibus. GERH. AUGUST. Udalr. I 9 p. 397,42 *virgines* fructus retributione h-ant. THANGM. Bernw. 1 p. 759,2 cum prole . . . felicissime h-ret. GESTA Trev. cont. I 21 in vitae necessariis h-are. *al. satis superque habere – genug haben:* CHART. Rhen. med. I 326 p. 381,11 (a. 1016/47) *vigil* uno cottidie staupo h-bit.

adi. **abundans** (hab-), -antis. 1 *affluens, copiosus, magnus – reichlich (vorhanden), (zahl-, umfang-)reich:* WALAHFR. Mamm. 5,6 -es lactis de munere fructus. Wett. 125 carmen . . . -s. HRABAN. epist. 47 p. 502,24 dapes -issimas. POETA Saxo 5,234 in sermone satis dulcis, facundus, -s. WIPO gest. 2 p. 19,1 -i corde. 5 p. 27,8 -ius erat in rege studium miserationis. DIPL. Loth. III. 120 p. 198,5 in Petra -i. CHART. Port. 119 p. 143,40 ad -em . . . cautelam . . . sigilla . . . sunt appensa (CHART. Rhen. med. III 349 p. 281,19 ad abh-em c. *al.*). FRID. II. IMP. art. ven. 5 p. 129,28 tunc enim transitus eorum *(aironum)* est -ior. ANNAL. Otak. a. 1260 p. 182,28 rex Stephanus, progenitorum suorum tyrannidis . . . h-ior aemulator. *al.* 2 *perdives, uber – reich (ausgestattet):* CHRON. Fred. 4,80 opes h-s. ARBEO Emm. 6 humum fertilem et segetum h-em. *ibid.:* puteis h-s *urbs.* WALAHFR. carm. 5,42,11 nitidi sermonis -s. WALTHARIUS 112 moribus eximiis operumque industria h-s. *al.*

subst. **abundans**, -antis. 1 *masc. i. q. locuples – der Reiche:* WALAHFR. Wett. 511 grandis -es subito comprendet egestas. 2 *neutr.* ex -i: a *insuper – obendrein:* PAUL. BERNR. Greg. 105 p. 537,4 ex -i ponimus *edictum.* b *supervacue – überflüssig:* GERHOH. tract. p. 199,1 ex -i est astruere.

adv. **abundanter.** 1 *affluenter, copiose, affatim – in großer Menge, reichlich, vollauf:* ARBEO Emm. 2 h-r tribuere. HRABAN. epist. 2ᵃ p. 383,36 quae poetis -issime a grammaticis concessa sunt. CHART. Fuld. A 529 p. 235,19 de ipsa area est h-r via publica sumpta et ipsa area h-r intrat in aquam. GODESC. SAXO gramm. 1 p. 392,14 id quoque frequenter reperitur in poetis -r. VITA Rimb. 16 discrimina ipse frequentius et h-ius sustinens. GERH. AUGUST. Udalr. I 4 p. 392,48 omnibus h-r refectis. DIPL. Heinr. V. (ed. Schoepflin, Alsat. dipl. I p. 187) terram -r ad tria aratra . . . in proprietatem concessimus. *al.* 2 *eximie, satis superque, magnopere – in hohem Maße, mehr als genug, sehr:* HROTSV. Cal. 9,28 tantam h-r virtutum gratiam sentiscere. WIPO gest. epist. p. 4,10 ut . . . floreat -ius. CHART. Mar. Magd. 108 -r eam *(venditionem)* presenti pagine fecimus annotari. CONST. III 61 h-r et affluenter erga te . . . promereri. *al.*

abundus (hab-), -a, -um. *copiosus, plenus – reich, voll:* CARM. de Tim. 130 unda salubres haustus poscenti praebet h-a. EKKEH. IV. bened. I 11,15 septima *(columba ecclesiae)* tot munda sacris fore fecit h-a. pict. Mog. 53 in mundum gustatę mortis h-um . . . pelluntur. cas. 136ᵐᵉᵈ. annorum suorum ubertate quidem oppido h-us. HIST. Lunaelac. 25 locum . . ., silvis quem ditat -is.

adv. **abunde** *v. p. 67,7sqq.*

abvolo *v.* avolo. **aburo** *v.* oburo.

abusia *v.* aposia.

abusio, -onis *f. script.* -tio: *l.* 51.

1 *strictius (sc. sensu utendi vigente):* a *usus pravus – Mißbrauch:* COD. Udalr. 61ᵉˣ. obstupenda -e novitatis suae et inauditi decreti. GEBEH. SALISB. ad Herm. 9 pastoralis officii. GESTA Rom. eccl. II 2 p. 376,4 ligandi et solvendi -em *Hildebrandi.* GESTA Trud. I 8,5 ᵐᵉᵈ. propter vitiosam -em et corruptionem cantus. GERHOH. novit. 40 (19 p. 300,25) quoadusque ab ecclesiis alienate *decimae* in laicas -es transeant. glor. 11,3 p. 1110ᶜ quod enim de asino et equa nascitur mulus . . ., -o est naturae. CONST. II 73 p. 89,9 quedam consuetudines et ut verius dicamus -es. *al. meton. de persona:* METELL. Quir. 74,4 perfide sanctis, legis -o. b *consumptio – Verbrauch:* NIVARD. Ysengr. 4,377 res minuit sparsas communis -o. c *desuetudo – Nichtanwendung:* CHART. Gosl. I 401 p. 408,39 (a. 1219) iura . . . immutata et in -em fuerunt deducta.

2 *latius:* a *neglegentia, contemptus – Nachlässigkeit, Verachtung:* LEG. Burgund. const. I 49,2 si . . . id . . . facere inconsulta -e (abolitione *var. l.*) tardaverit. CONC. Merov. p. 73,12 si . . . adesse sua abutione despexerint. BURCH. URSB. chron. p. 120,28 in superbia et -e elatus *(cf. Vulg. psalm. 30,19). al.* b *pravitas – Verfehlung:* BENZO ad Heinr. 7,4 p. 675,29 Senaar -o. c *error – Irrtum:* ALBERT. M. cael. 4,2,9 p. 318ᵃ,41 positio . . . est falsa et insufficiens, ex quo tales sequuntur -es. animal. 16,4 -es sunt Empedoclis. *al.* d *status illegitimus – Gesetzlosigkeit:* EPIST. Wibald. 341 p. 473,17 patria nostra . . . de celsitudine sua venit in abiectionem, de regula in -em.

abusivus, -a, -um. 1 *adi.:* a *vitiosus – unrichtig, falsch: gener.:* SCHOL. enchir. 1 p. 177ᵃ -o spatio, id est iusto longiore. GUIDO CIST. mus. p. 172ᵃ cantibus. ALBERT. M. caus. element. 1,1,1 p. 586ᵇ,15 comparatio. veget. 1,51 haec autem omnia -a sunt (*cf.* euch. 3,3,1,9 p. 313ᵇ,11). *al. spec. i. q. inconveniens, improprius – unzutreffend, ungenau:* EPIST. Wisig. 13 p. 680,8 sanctitati vestrae de nomine calamo praenotante -bo. DIPL. Otton. I. 8 *gurgitem* circummanentes -o nomine lacum appellant. b *illegitimus – unrechtmäßig:* LIUTPR. antap. 5,21 p. 142,24 imperator. OTLOH. Wolfk. 15ᵐᵉᵈ. potestas. BONIZO ad amic. 5 p. 585,7 Gregorius *papa.* CHART. civ. Erf. 50 insolentias. *al.* c *inusitatus – ungebräuchlich:* HUGO FLAV. chron. 1 p. 329,54

[Payr]

-um nomen nec scripturarum paginis haerens *(sc. Agericus)*. 2 *subst. neutr.: mos pravus – Unsitte, Verkehrtheit:* HEITO Wett. 22[capit.] quae sunt -a in congregationibus feminarum. FLOD. hist. 3,18 p. 508,39 scribit ... de XII -is *(cf.* CATAL. biblioth. Ruf 63 p. 187,1 XII -a claustralium. *v. et ThLL. I 238,82sqq.)*.

adv. **abusive.** 1 *perperam, falso – unrichtig, fälschlich:* **a** *gener.:* SCHOL. enchir. 1 p. 177[b] -e tritus *sonus* a trito ... longiori quam oportuit spatio metiatur. CONR. BRUNW. Wolfh. 5 quod ne -e videatur prolatum. ALBERT. M. animal. 1,102 -e dicetur ambulans id, quod repit super ventrem. *al.* **b** *gramm. i. q. improprie, inconvenienter – uneigentlich (katachrestisch), ungenau:* EINH. cruc. p. 148,28 ut -e, non proprie pro oratione adoratio poneretur. OTLOH. quaest. prol. p. 61B nomina et verba quaedam nunc quidem -e, nunc vero proprie ponuntur. HERM. TORN. rest. 72 domos sive mansiones, quas -e curtes vocamus. *al.* 2 *iniuste, illegitime – zu Unrecht, widerrechtlich:* DIPL. Heinr. II. 126 p. 153,4 si ... persona se inde -e intromittere voluerit. UDALSC. Egin. 12 p. 437,19 *episcopus Aquileiensis* -e patriarcha vocatur. CHART. Bern. II 294 p. 321,18 hactenus in manu laicali -e tenebantur *decimae. al.*

abusor, -oris *m. qui male, illicite utitur – einer der mißbraucht, unerlaubt verwendet:* GREG. IX. registr. 375 p. 292,12 patientie nostre -r improvidus (562 p. 456,27. ALBERT. STAD. annal. a. 1234 p. 362,9). CONST. II 370 falsarios et -es *monetarum* ... amovere.

abusque *praep. c. abl. inde ab – von ... weg, von ... ab, von ... an:* 1 *de loco:* WALAHFR. hort. 103 ruris -e sinu. ERMOLD. Ludow. 4,584 aeternis traxit -e focis. ODO Ern. duc. 6 p. 358D -e humeris dependens instita. 2 *de tempore:* EPIST. Teg. I 106 -e principio (I 120[tit.]). WOLFHER. Godeh. I 21 p. 183,7 -e infantia. VITA Serv. 7 p. 26,10 gloria ... -e prophetis initiata.

abusus, -us *m.* 1 *strictius:* **a** *usus pravus – Mißbrauch:* MANEG. ad Gebeh. 24 p. 356,12 propriae -u libidinis. DIPL. Heinr. IV. 396 -um illum non concedimus. CONST. II 118 p. 157,26 pervertentes ... beneficium in -um dominandi. CHART. Heinr. Leon. 112 p. 170,3 (spur.) potestatis. ALBERT. M. summ. theol. II 18,122,1,4 p. 400[a],42 fornicatio est, quando solutus cognoscit solutam -u naturali. *al.* **b** *usus nimius, effusio – Verschwendung:* NIVARD. Ysengr. 6,347 legem pone gulę, ne fias pauper -u. 2 *latius:* **a** *delictum – Vergehen:* RATHER. prael. 2,4 -u perversissimo ... copulam dilectionis scindunt. **b** *error – Fehler:* ALBERT. M. summ. theol. I 2,11 p. 46[a],4 si non referantur *omnia ad gloriam Dei,* -us est. **c** *status pravus – Mißstand:* RANGER. carm. 873 cesset -us. CONST. II 8,3 -us ... in ecclesiis habuerunt. 108 p. 140,15 *statuta* in -um et pravam consuetudinem inolerunt.

***abutaminium.** (*ex* uva Taminia *corruptum*) *herba q. d. bryonia – Zaunrübe (Bryonia dioica Jacq., cf. André, Lex. bot. p. 338):* DYNAM. Hippocr. 2,124 bryonia ... dicitur ... a Romanis -um *(ex Ps.Apul. herb. 67)*.

abutor, -sus sum, -i. *struct.: fere c. abl.; c. acc.: p. 70,13. c. gen.: p. 70,7.15.* ad: DIPL. Heinr. II. 504.

I *uti – gebrauchen:* DECRET. Burch. 1,111 ut ... aequo iudicio -antur. EKKEH. IV. cas. 3[ex.] laicos recipimus, quibus tamen in laico habitu nequaquam ... in claustro -imur. ADAM gest. 1,6 legibus ... optimis -bantur (utebantur RUD. FULD. Alex. 2). ANNAL. Petr. Erf. III a. 1177 p. 61,17 imperator cum papa pacificatus ... inlicito prius coniugio licenter -itur. *al. cum sensu iniuriae vel vituperationis:* LEG. Burgund. const. I 76,1 quod ... praesumptionibus -antur. WILLIB. Bonif. 6 p. 26,22 *idolorum censura* male -si sunt. HRABAN. epist. 15,10[tit.] quod falsa iustificatio ... obsit -entibus ea. BERTH. (?) annal. a. 1077 p. 293,16 -untur usurpativa et inordinata aspersione. CHRON. Pol. 1,5 septem uxoribus -batur. *al.*

II *male, illicite uti – mißbrauchen:* **A** *obi. res:* 1 *gener.:* HRABAN. epist. 36 p. 471,32 *saecularibus negotiis* -untur. NITH. hist. 1,3 p. 3,23 dum inconsulte re publica -retur. GODESC. SAXO theol. 7 p. 190,24 salute sic -untur temporali. WIPO gest. 2 p. 17,10 aliena potestate pro sua nimium -i. EPIST. Hann. 16 p. 37,29 sumptus omnes ... non utendo, sed -endo ... rapuit. SIGEB. GEMBL. chron. a. 798 Hyrene imperatrix ... foemineo dolore -sa. OTTO FRISING. gest. 1,37 p. 58,3 Bernhardus ... concessa sibi auctoritate non -sus. GESTA Lob. 26 p. 331,43 simplicitatis. *al. c. sensu humiliationis:* EPIST. Hann. 12 p. 30,10 *Hezilo* -ens nomine episcopi. 2 *spec. i. q. vastare – verwüsten:* HELM. chron. 2 p. 207,26 -sus est Langobardia. ARNOLD. LUB. chron. 2,2 p. 128,31 ad voluntatem -sus est terra illa incendiis. *al.* **B** *obi. homines:* 1 *de fornicatione sim.:* LIBER hist. Franc. 7 p. 249,8 sine legem -batur filias nostras. HROTSV. Cal. 7,1 -ere *(sc. corpore Drusianae)*, ut libet. CHRON. Noval. 5,10 ut -atur pedisseque. WIDO FERR. schism. 2 p. 558,3 pueris -i solere in ore. *al.* 2 *de mala tractatione:* HELM. chron. 1 p. 7,19 ut ... amicissimis sepe -antur ut hostibus. p. 161,29 principes nostri hactenus -si sunt gente vestra. *al.*

III *non uti, repudiare – nicht nützen, ablehnen:* HELM. chron. 25 p. 52,9 condicionem quidem, quae nobis ab hostibus offertur, ambiguam plenamque formidinis esse fatemur; nec tamen -endum est.

***abyssinus,** -a, -um. *infernus – höllisch:* EKKEH. IV. bened. I 37,8 hostis -i sternunt genus omne polini.

abyssus, -i *f., rarius m. (v. l. 55.67sq. p. 71,2) script.:* hab-: *l. 65. adde* WALTH. SPIR. Christoph. II 3,154. -iss-: *l. 46. 53.58. al. accent.:* GODESC. SAXO gramm. 1 p. 376,16 'abyssus', 'baptisma', quorum paenultima positione cognoscitur esse longa, sed acuitur antepaenultima, quia propter ... 'y' aufertur accentus de paenultima (*cf.* ERMENR. ad Grim. 10 p. 544,36).

profunditas – Tiefe, Abgrund (alleg.: ALCUIN. epist. 136 p. 206,15sqq. -us in scripturis sanctis multifarias habet allegorias ...: -us: inmensitas aquarum; -us: profunditas scripturarum; -us: ineffabilia iudicia Dei; -us: sapientia; -us: corda hominum significat. HRABAN. univ. 11,6 p. 315A -us superstitiosis atque persecutoribus ecclesiae comparatur. p. 315B -us damnatio peccatorum sempiterna *eqs. al.):*

I *corpor.:* **A** *de mari:* 1 *strictius i. q. mare imum – Tiefe des Meeres, Meeresgrund:* AETHICUS ISTER 36 p. 23,30 ut sciret oceani profundum et differentiam maris et -i sciret. EKKEH. IV. bened. I 23,24 per mare discissum cruce virga reclusit -um. HEINR. AUGUST. planct. 849 *amnes* de fonte secantur -i. LAMB. LEOD. Math. I 71 ceca iacentis abissi stagna. EMO chron. p. 509,27 impleta sunt prata aquis abissi superioris; nam inferior abissus est oceanus, abissus nempe profunditas dicitur aquarum. *al. in imag.:* HROTSV. Abr. 7,9 emerge de -o desperationis. 2 *latius:* **a** *mare – Meer:* CARM. Cent. 3,4 conceptu domini caeli, telluris, -i. AGIUS epic. Hath. 487 te iam portus habet, nos adhuc iactat -us. *in imag.:* HEINR. WIRZ. cur. 21 metri dum me lassaret -us. **b** *aqua(e) – Wasser:* AUDRAD. carm. 3,4,374 partemque urbis subvertit abissus. SIGEBOTO Paulin. 9 p. 914,40 intrante per scissurae huius hiatum -o. **B** *de terra, inferno:* WALAHFR. Wett. 437 ad superos imo devexit -o. imag. Tetr. 37 ignibus aeternis magnaeque addicit -o. EPIST. var. III 26,1,1 ne ... temet -us involvat. DIPL. Otton. III. 263 perpetuo anathemate in ignea abisso ligetur. CHART. Heinr. Leon. 52 p. 76,16 apud inferos in profundum -i dimersuros. *al.* **C** *de quolibet spatio vel profundo infinito:* PAUL. ALBAR. carm. 8,8 quemque poli laudant, famulant cui omnes abissi. ANNAL. Fuld. Ratisb. a. 886 usque in -um *(i. fundotenus)* deletae *villae.* CHART. Tirol. 828 p. 246,20 (a. 1224) terram ... a celo usque ad -um ... habere et tenere (CHART. Tirol. notar. I 610 de celo usque ad h-um). *al. spec. de vacuo mundi:* SALOM. III. carm. 1,2,324 *omnipotens* vasto terram sustentat -o. ALBERT. M. cael. 2,4,4 p. 216[b],10 infinitum est sub centro *terrae* undique, quod vocabant -um infinitum. *al.* **D** *de daemone:* EUGEN. VULG. syll. 31B,27 intrat -us, sordida purgans, pocula praestans (*cf.* ALEX. MIN. apoc. 9 p. 144,20 angelus -i, id est nuntius diaboli dominantis in -o).

II *spirit.:* ALDH. virg. II 1625 legis patefecit -um. HRABAN. carm. 39,55 altum -um patefecerat dogmatum. ERMENR. ad Grim. 8 p. 542,20 quae -us ... artium in se continet. ANNALISTA Saxo a. 815 p. 571,29 divine dispositionis abissus multa *(cf. Vulg. psalm. 35,7. 77,15)*. GERHOH. psalm. 32,7 p. 130,4 in Christo et suis electis absorpta et absumpta est -us mortis et mortalitatis. *al.* *Payr*

ac *particula. script.:* hac: CHART. Sangall. A 18. DIPL. Ludow. Germ. 57 p. 78,21. THEGAN. Ludow. 6. CHART. Bund. 391 (a. 1176). *al. v. et l. 43.* ha: CHART. Sangall. A 19. ach: CHART. Sangall. A 397. a: CHART. Bund. 140. 148 p. 123,22 (= DIPL. Otton. III. 48 p. 450,18). *usurpatur in schedulis nostris usque ad s. X. plerumque ante consonantes (etiam palatales) et semivocales, postea crebrescit ante vocales et* h, *imprimis apud* THIETM. chron. *metr.* āc *in hexam.:* ALDH. virg. II 93. HROTSV. Mar. 97. gest. 1492. GISLEB. ELN. inc. 2,81. VITA Afrae 348 *(cf. comm.). al. v. et l. 60.*

I *vi copulativa:* **A** *et – und:* **1** *conectuntur bina membra (sive vocabula sive enuntiata):* WILLIB. Bonif. praef. p. 2,27 relegiosis ac catholicis viris. EIGIL Sturm. 4 caelum ac terram. WETT. Gall. 3 venit ac ... postulavit. THIETM. chron. 4,41 ut ... ac ut. *persaepe. eadem vocabula:* ARBEO Corb. 27 magis ac magis. HRABAN. epist. 36 p. 472,14 melius ac melius. VITA Annon. I 3,16 p. 506[a],42 familia ac familia. *al.* *numer.:* WANDALB. hor. 21 ternis ac denis. *seq. negat.:* ANNAL. Xant. a. 873 p. 32,19 ac non post multum temporis. RUOTG. Brun. 19 p. 18,23 ac ne quid *(cf.* WIDUK. gest. 1,31 ac ne quis). THIETM. chron. 6,56 ac nil. 8,31 ac numquam. *al.* *abundat* ac: HRABAN. carm. 12,2 te mea mens ambit animaeque ac vivida virtus *(cf.* CHART. Carniol. I 66 p. 72,24 et ac). VITA Liutb. 35 p. 43,14 decerpens ac ... effecerat *(item iuxta partic.:* FROUM. carm. 11,5. VITA Bonif. II 11 p. 103,18). **2** *conectuntur plura membra pluribus particulis:* MAGING. epist. 2 p. 273,15 et ... vel ... ac. WILLIB. Bonif. 3 p. 12,19 ac ... -que ac. LIUTG. Greg. 13 p. 78,20 et ... ac. EIGIL Sturm. 4 ac ... et. DIPL. Ludow. Germ. 20 p. 25,7 -que ac ... vel ... seu. POETA Saxo 5,172 et ... nec non ... ac. THIETM. chron. 4,20 ac ... ac ... ac. *saepe.* **3** *annectitur ultimum membrum per* ac: WILLIB. Bonif. 2 p. 8,2 subditus, declaratus ac decoratus. EINH. Karol. 19 p. 24,8 Adalhaidem, Atulam, Gundradam, Berthaidem ac Theodaradam. *al.* **B** *nec – noch:* FORM. Sal. Lind. 20 nec ... nec ... hac. RIMB. Anscar. 3 p. 23,16 nec ... ac. **C** *vel – oder:* EINH. Karol. 6 p. 8,12 similis ac potius eadem causa.

II *vi comparativa i. q. quam, ut – als, wie:* WALAHFR. Mamm. 5,12 non secus ac. EINH. Karol. 25 p. 30,5 aeque ... ac. WIDUK. gest. 3,44 p. 125,8 aliter ... ac (quam *A*). *al.* *post compar.:* HROTSV. gest. 426 magis ac iuste. RUODLIEB I 87. *al.* GISLEB. ELN. inc. 2,81. ADAM gest. 3,5 p. 147,12 altius ac (quam *BC, Sallust.*). *? ita – ? so:* VITA Dagob. 3 p. 513,39 ut pater noster perdidit lucem presentis vitae, ac *(om. 2)* traditus probatur caelesti gloriae. *v. et* acsi.

III *vi auctiva in responsis i. q. quin etiam – ja sogar:* HROTSV. Abr. 9,1 num mihi aliquid affers gaudii? :: ac magni. Gall. 1,8. 8,1. Pafn. 1,3.15. GOZECH. epist. 33. *etiam – auch:* CHART. Turgow. II 23 (a. 1138/46) sed ac.

IV *?in apodosi i. q. tum – dann:* CHRON. rhythm. Col. 4,18 dum tibi tutor abest sapiens ..., ac oppressor adest *(vide an spectet ad l. 29sqq.).* *Prinz*

aca *v.* 1. acta.

1. acacia, -ae *f.* (ἀκακία) *script.:* ag-: *l. 72. p. 72, 13sq. et al. in codd. s. VIII./IX.* ach-: *p. 72,17.* -tia: *l. 72. p. 72,4.7.15.* -thia: *l.* 70. -zia: *p. 72,13.* -chia: *p. 72,9.*

1 *acantha – (echte) Akazie, Stechdorn (Acacia Senegal Willd. et sim., cf. Fischer, Pflanzenkunde. p. 257):* PAUL. AEGIN. cur. 4 -e fructus. **2** *fructus:* **a** *acanthae – Frucht der (echten) Akazie:* PAUL. AEGIN. cur. 10 -e sucus. *al. (v. ind.).* DYASC. p. 4[b] -thia fructus est arboris spinose, que maxime in Egipto nascitur *eqs.* **b** *spinae nigrae – Schlehe:* GLOSS. IV 357,4 St.-S. agatia i. slehe. *al.* ALBERT. M. veget. 6,131 virtutem -ae, quae est pomum spinae nigrae. *al.* animal. 23,85 tres guttas suci -arum. **3** *sucus:* **a** *fructūs acanthae – Saft der Frucht der (echten) Akazie:* PAUL. AEGIN. cur. 123 instilla ... -tiam. **b** *fructūs spinae nigrae – Schlehensaft:* GLOSS. III 534,29 St.-S. -a sucus prunellarum agrestium immaturarum slensaph ph⟨l⟩umensaf. *al.* IOH. PLATEAR. simpl. med. p. 4a[r] est ... -tia succus prunellorum immaturorum. **c** *fructūs (fabae) siliquae – Johannisbrotsaft:* GLOSS. med. p. 5,9 -chia Greci vocant sucum, qui exprimitur a pomo arboris sililicon. **4** *resina acanthae – Gummi arabicum (cf. Tschirch, Hb. d. Pharmakogn. III. p. 454):* ANTIDOT. Augiens. p. 58,32 -a cirras unc. III *(cf.* ALPHITA I p. 272,7). TRACT. de caus. mul. 19 agazia. MAPPAE CLAVIC. 95 accipias ... agaciam. MATTH. PLATEAR. gloss. p. 378[H] -tia frigida est et sicca ...; eligenda est subnigra, quae cum frangitur, interius lucida est. THADD. FLORENT. cons. 40,72 achacie. *al.*

2. *acacia *v.* *agaza.

academia (ach-, -ched-), -ae *f. schola, disciplina – Schule, Lehre:* **1** *Platonis:* EPIST. var. III 14 p. 159,35 Dionisius ... Ariopagita ... ach-ae studiis eruditus. EPIST. Ratisb. 5 p. 283,20 in achedemiam Platonis ... descendere. 7 p. 295,15. 12 p. 331,4. **2** *medii aevi:* GOZECH. epist. 29 theologi de Turonensi ... -a. 40 p. 906[D] de -a nostra ascenderunt.

academicus (ach-), -a, -um. **I** *adi.:* **A** *ad academiam Platonis pertinens – platonisch, akademisch:* ALDH. virg. I 27 p. 262,9 -ae disputationis sofisma. ALCUIN. epist. 170 p. 279,23 ach-ae exercitationis ... sapientiam. 307 p. 470,19 Atheniensis sophista ex -a (ach- *var. l.*) scola. EPIST. var. III 6[a] p. 142,42 ach-um rhetorem *(sc. Ciceronem).* AMARC. serm. 2,590 stoica ... plebs atque -a secta. **B** *philosophicus – philosophisch:* AETHICUS ISTER 105 p. 79,14 cum ... viris ach-is. SERMO de Const. 2,1 (MGScript. XXX p. 1019,27) Constantius, dum ... tam salutiferis quam [m]ach-is esset prefartus charecteribus. BERNOLD. WAT. chron. 4 -o sopore.

II *subst. masc.:* **A** *philosophus scholae Platonicae – Philosoph aus der platonischen Schule:* LIUTPR. antap. 1,1 p. 4,18 mens ach-orum, peripatheticorum stoicorumque doctrinarum. NADDA Cyriac. I prol. 8 cum ach-is omnia dubia essent, ach-us Cicero minime dubitabat. ANSELM. HAV. dial. 2,21 p. 1195[D] in scholis -orum. CONR. EBERB. exord. 5,12 p. 1154[A] qui ... -orum more de omnibus dubitandum putaret. **B** *philosophus vel sapiens – Philosoph oder Gelehrter:* **1** *paganus:* AETHICUS ISTER praef. p. 521,4 ach-us (*i.* -os) tanto studio indagare. 44 p. 31,12 ludicros ach-os. 98 p. 73,35 magni ... ach-i *(sc. Pythagorae)* amici. RATHER. prael. 6,7 p. 323[B] *(de Seneca).* **2** *medii aevi:* ALCUIN. epist. 308 p. 471,20 evangelicas quaestiones ach-is vestris a nobis enucleandas inquiritis *(sc. Karolus M.).*

acalanthis, -idis *f.* (ἀκαλανθίς) *form.: nom. sg.* -ida: *l. 54.* -tus: *l. 52. acc. sg.* -ida: *l. 55.* **1** *carduelis – Distelfink, Stieglitz:* GLOSS. III 311,53 St.-S. achalantus carduelis vel cardellus distivinco. IV 196,42. **2** *luscinia – Nachtigall:* ALDH. ad Acirc. 33[tit.] -tida (gloss.: nachtegala). 79,8 luscinia ..., quam ... dicunt -tida Graeci.

acalephe (-liphe *sim.*), -es (-is) *f.* (ἀκαλήφη) **1** *herba q. d. urtica – Brennessel (Urtica L., cf. Hegi, Flora. III. p. 137sqq.):* DYASC. p. 37[a] acalifex sive ... ignida Latine dicitur urtica; eius altera est maior, altera minor, que usualis est ..., altera agrestis *(cf. Diosc. lat. 4 p. 49,9sqq.). species:* **a** *u. maior – große Br. (Urtica dioica L. et sim., cf. Fischer-Benzon, Gartenflora. p. 88):* GLOSS. III 51,13 St.-S. -liphe urtica maior nessela. *al.* GLOSS. med. cod. Trev. p. 173,1 acalissa (-isfa *cod., cf. Schlutter, ZDtWortforsch. 13 p. 324*) urtica maior. PAUL. AEGIN. cur. 209 p. 145,15 provocare ventrem ex -liffa (*3,46,6* διὰ τῆς ἀκαλήφης). ODO MAGD. herb. 115 dicimus urticam, quam Graecus -lyphe dicit. ALPHITA I p. 272,8 acalafe (ach- *var. l.*), acantia, urtica pungens. II p. 4,21 alphe. ALBERT. M. animal. 22,32 fac unguentum de ... semine -lipis trito. **b** *u. minor – kleine Br. (Urtica urens L., cf. Fischer-Benzon, op. cit. p. 88):* GLOSS. III 533,26 St.-S. -life urtica Greca heiznezele aiter-

[Baader]

nezzel. *al.* **2** *ostreum q. d. urtica marina – Seeanemone (Anemonia sulcata Penn. et sim., cf. W. Kükenthal, Hb. d. Zoologie. I. 1923/5. p. 527. 816sq.):* ALBERT. M. animal. 4,58 genus animalis, quod vocatur maris urtica, et hoc Avicenna vocat mastuc, Aristoteles autem vocat akelaky. 7,17 famulaki . . . kalyca. 13,121 halkylidez. 24,37 kyloz est de genere ostreorum.

***açano**, -are. *(ital.* acciannarsi *cft. ed.; v. et Meyer-Lübke, REW³ nr. 280) ? difficilem reddere – ? mühsam machen:* REGISTR. Trident. IV p. 280,27 (a. 1244/47) viam . . . non impedient vel -ent.

***acanonistus**, -a, -um. (ἀκανόνιστος) *canones negligens – kirchliche Rechtssätze verletzend:* COD. Karol. 94 p. 634,16 tales -os viros.

acantha, -es (-is) *f.* (ἄκανθα) *nom. sg.* -is: *l.* 22. **1** *arbor q. d. acacia – (echte) Akazie (v. p. 71,66):* PAUL. AEGIN. cur. 69 p. 46,28 Egiptiace -is *semen. pro resina sim.:* PAUL. AEGIN. cur. 176 p. 101,24 trociscus . . . dia Egiptias -is. ANTIDOT. Augiens. p. 53,9 agantes Egyptia. p. 54,35. p. 59,46. **2** *herba q. d. spina alba – Distelart (Cnicus ferox et sim., cf. Fischer, Pflanzenkunde. p. 265):* PAUL. AEGIN. cur. 69 p. 46,27 -is albe semen. DYASC. p. 16ª -is letice (*Diosc. lat. 3 p. 382,8* acanta alba, *gr. 3,12* ἄκανθα λευκή) sive ut Latini spina alba nascitur in montibus. *v. et* *acantia, *acantum.

***acanthias** *(m.)* (ἀκανθίας) *cetus – Haifischart:* ARNOLD. SAXO fin. 2,7 p. 63,42 piscis achandes. ALBERT. M. animal. 6,62 *animal marinum* dicitur hacanydez. 6,65 acaratoz. 8,122 adcanya.

B *latius i. q. administrator, agens, procurator (administrativus sive forensis) – Verwalter, (Verwaltungs- oder Rechts-)Beauftragter, Vogt:* **1** *eccl.:* **a** *procurator monasteriorum, episcopatuum, ecclesiarum sim. praelatorumque eorum vi officii sui agentium – Kloster-, Bistums-, Stifts-, Kirchenvogt (cf. A. Waas, Vogtei u. Bede. I. 1919. II. 1923. Th. Mayer, Fürsten u. Staat. 1950. ind. s.v. 'Vogt'. saepe subest sensus protectionis et patrocinii, e. g. p. 274,15.19. 21.26.38.42):* **α** *gener.:* FORM. Marculfi 1,36 pontifex aut abba vel abbatissa seo -us eius. CONC. Merov. p. 218,2 nullus episcopus causas perferat nisi per -um. DIPL. Merov. II 12 p. 100,39 signum ... comitis, qui -us fuit episcopi. DIPL. Pipp. 12 venientes ... missi et -i sancti Dionisii ... ad ... placitum. CAPIT. reg. Franc. 91,6 ubicumque pontifex substantiam habuerit, -um abeat in ipsu comitatu *eqs.* TRAD. Frising. 193b quesivit ... episcopus et -us eius ... abbatem ... et -um eius. FORM. Augiens. B 13 accepi ... ab -is seu rectoribus ... monasterii. CAPIT. reg. Franc. 163,4 duos concedimus -os (*cf.* LEG. Lang. p. 543,12 [cod. 5.7–9] unum, qui causas procuret, alterum vero, qui sacramentum deducat). TRAD. Frising. 737 Rihinc istius commutationis -us episcopi fuit. DIPL. Karoli III. 25 p. 42,17 Rodericus scavinus et -us monasterii (DIPL. Heinr. I. 12 m. officialibus et -is. DIPL. Otton. I. 47 m. patronus et -us. DIPL. Heinr. II. 12 loci provisor et -us ... m.). DIPL. Otton. I. 14 ut familiae eorum coram ... -o eorum iustitiam saecularem cogantur agere. 342 p. 468,32 abas ... cum Atripertus iudex eius et ipsius abacie avocatus. CHART. Argent. I 41 p. 33,21 -us dimidium mansum ... habere debet, quatinus iustus sit rector et defensor (THEOD. AMORB. Bened. I 6. CHART. Friburg. 42. *sed cf.* CHART. Stir. II 484 p. 497,19 cum ... ordo Cisterciensis nullum -um, sed tantum d. debeat habere. III 59 p. 119,31). CHART. Lux. I 171 p. 227,6 astante ... domus -o. DIPL. Otton. II. 253 p. 288,3 homines ... per patronum seu -um suum ad placita ducantur (CONST. II 8,6. HERM. ALTAH. advoc. [MGScript. XVII p. 373,8] ut quelibet ecclesia -um haberet sive p. *eqs.*). LEG. Lang. p. 515,5 sit ipse -us liber homo, ... laicus aut clericus. DIPL. Conr. II. 278 sub banno et constrictione -i episcopalis. CHART. Lux. I 269 p. 389,9 *(abl. absol.)* eodem *(duce Gozilone)* super bono sancti Martini -o, super bono sancti Maximini comite Heinrico. EKKEH. IV. cas. 17 invadit loca lege Almannica cum -o episcopus. DIPL. Heinr. IV. 127 dedit ... episcopus et comes Sigebodo, frater et -us capitis eius, allodium. 280 p. 360,36 aptum et utilem -um ... eligat *abbas.* 394 Teodericum de Herlár de eadem ecclesia -um fecimus. SIMON SITH. gest. 1,13 -i interest officii res aecclesiasticas ... defensare. CHART. select. Altmann 83,4 p. 166,21 domi manere *debet* -us, ut reditus curtium episcopalium colligat. CHART. episc. Halb. 402 p. 360,9 cum ... veterum diligentia ecclesiarum bonis -os tutores instituit et actores. CHART. Epternac. 224 p. 394,10 die, quo -us suum legitimum ... vogitdinc habiturus est *eqs.* CHART. Rhen. med. III 11 p. 17,20sq. ut ecclesia Lacencis ... semper terreno careat -o preter tali -o, qui ... dicitur dinkvoide *eqs.* (CHART. Altenberg. 341). ACTA imp. Böhmer 274 p. 243,42 consensus ... episcopi tamquam patroni et domini fundi, ducis ... tanquam -i. CAES. HEIST. Engelb. 2,1 p. 250,20 -os sive scoltetos ecclesie. CHART. Tirol. 834 p. 251,1 seculari vel ecclesiastico. HEINR. LETT. chron. 17,4 -us ... Lettorum multa metebat, que non seminaverat, iudicans ... causas eorum. 28,5 p. 203,29 Fredehelmus, dux et -us peregrinorum (HONOR. III. registr. 326 p. 246,16). CHART. Basil. C I 265I p. 192,32 -orum temporalium. CHART. Merseb. 422 cambii. CHART. Tirol. 101 p. 51,40 solempnis ... -us, qui dicitur iuxta privilegia monasterii ... eligendus. *saepissime. v. et. p. 273,42. 276,24. spectat ad singulas causas (cf. A. Dopsch, Wirtschaftsentwicklung der Karolingerzeit. II. 1913. p. 108):* DIPL. Otton. III. 278 p. 700,35 volo scire, si dederis mihi *(sc. abbati)* -um Romanum aut Longobardum. CHART. Ital. Ficker 40 p. 60,28sqq. Adam, ... ipsius monasterio -us, qui pro hac causa ab ... abbatissa ... avocatus ipsius monasterio electus fuit. **β** *spec.:* **αα** *procurator legitimus, principalis sim. – rechtmäßiger Vogt, Haupt-, Ober-, Groß-, Erzvogt (cf. Waitz, Verf.-Gesch. VII. p. 333sq.; in civitatibus episcopalibus c. officio summi iudicis, e. g. p. 275,8.10.27.31; cf. S. Rietschel, Das Burggrafenamt und die hohe Gerichtsbarkeit in den deutschen Bischofsstädten. 1905):* TRAD. Frising. 1226b (a. 972/76) tradidit ... in manus ... principalis -i (CHART. Basil. C I 33 p. 26,10 p. et legitimo sit semper -o contenta *ecclesia.* CONST. I 157. CHART. march. Misn. II 263

[Schneider]

p. 181,5 p. sive senior de cognatione existens -us). DIPL. Otton. II. 89 liberos homines ... distringere ... iussu potentis -i ipsius aecclesiae (*inde* CHART. Merseb. 317). DIPL. Otton. III. 52 p. 455,45 potestativus -us ab archiepiscopo ... super idem monasterium constitutus. TRAD. Teg. 9 in manum sui *(sc. abbatis)* matricularis -i (44. *al.*). CHART. Lux. I 308 p. 460,19 maioris (RUD. TRUD. gest. 5,3. CHART. civ. Ratisb. 57 p. 25,38 m. -us, qui tumvogt ... appellatur et potestatem habet iudicandi. CHART. civ. Hild. 122 p. 63,22 deferat causam ad m. -um). CHART. Mog. A 443 p. 349,37 legalem. CHART. Friburg. 11 Argentinę urbis. CHRON. Andag. 22 altaris (CHART. episc. Wirz. I 75 p. 36,25). CHART. Rhen. med. I 430 comite ... summo -o ipsius lcci existente (CHART. Lamb. Leod. 139 in ... villis. CHART. civ. Hild. 122 p. 63,19). DIPL. Karoli M. 281 p. 419,34 (spur. s. XII.[1]) plus servitii ... dari ... capsensi -o ([*i.* '*Kastvogt*']. DIPL. Karoli III. 172 p. 279,15. *cf.* CHART. Wirt. III 576 p. 27,15 -us ... ecclesie Hirsaugiensis, qui ... chafsvogit dicitur. CHART. episc. Spir. 136 p. 152,4. CHART. Salisb. III 862 p. 404,24 ut -us granariorum ... ecclesie, qui chastenvogt ... nuncupatur, ... defensor ei [*monasterio*] existeret. *v. et p. 276,20. de re cf. H. Hirsch, ZHistVerSteierm. 26. 1931. p. 64sqq.*). CHART. Argent. I 105 p. 85,30 quod *(cambium)* factum est inter abbatiam ... et inter praeposituram ... per liberos -os (CHART. Lux. I 468 p. 642,17 l. et capitali -o. CHART. scrin. Col. A II 1 p. 296,22 beati Petri l. -us). CHART. scrin. Col. A II 1 p. 297,3 venientes in legitimum placitum coram urbis comite et -o et rectoribus. CHART. Babenb. 421 p. 273,3 que *(compositiones)* ... nobis ... tamquam veris -is fuerint adiudicate. CHART. Brem. 234 p. 269,30 quod universa facta ... in pretorio tantum coram -o vel iudice ... archiepiscopi ... terminentur. CHART. Basil. C I 213 -i, consulum et rectorum ... preces ... nos inducunt. *saepe. v. et l. 37.* **ββ** *procurator minor, ecundus sim., subadvocatus – nachgeordneter Vogt, Untervogt (cf. Waitz, Verf.-Gesch. VII. p. 330sqq.):* DIPL. Otton. II. 52 per manus ... monasterii-orum, Harperni videlicet edilis -i et Volperti pagensis. GERH. AUGUST. Udalr. I 5 p. 393,35 *monasteria* numquam in beneficium laicorum concessit, nisi de exterioribus locis ... concessisset, ut ibi -um monasterii habere potuisset. DIPL. Heinr. II. 136 -us eidem corti ab episcopo inpositus (CHART. Basil. C I 15 p. 14,31). DIPL. Otton. II. 290 (spur. s. XI.[ex]; *cf. H. Aubin, Die Entstehung der Landeshoheit. 1920. p. 305sq.*) per omnem abbatiam ... -os ... disponere. NORB. IBURG. Benn. 14 apud Disnam *(sc. curiam).* CHART. Wirt. I 256 p. 322,6 -us ... autem minor, qui ... subadvocatus dicitur, nullus ibi habeatur. CHRON. Andag. 21 orta contentione inter abbatem et -os. DIPL. Heinr. V. (ed. Calmet, Hist. de Lorraine. I. p. 534,42) ne in Vosago sit -us forestarius ... nisi de familia ecclesiae *(cf. Waitz, Verf.-Gesch. VIII. p. 265).* CHART. Mog. B 9 factum est ... Gisone secundo -o (CHRON. Gozec. 2,19. ACTA imp. Stumpf 122 p. 151,38sqq. ut idem -us a rege s. existens unum tantum sibi substituat ... -um). DIPL. Loth. III. 34 villę (GESTA Lob. 11 p. 315,20 habentur in villis ... multi -i, ... qui ... inibi singillatim placitant. CHART. Carinth. V 429 p. 275,37 super villa). 62 nec -um in eadem piscatione habeant. 86 secundarios etiam -os ... interdicimus (CHART. eccl. Werd. 14 p. 22,25). DIPL. Ludow. Germ. 177 p. 254,1 (spur. s. XII.) ut ..., si aliquem -um sive exactorem preter se ... constituat, ... advocatiam ... perdat. CHART. Tirol. 401 vineę. CHART. episc. Hild. II 112 p. 51,5 Theodericus posterior -us. CHART. Argent. I 285 que *(bona)* ... -us episcopalis ... possedit. CHART. Heist. 108 p. 196,1 curie. CHART. civ. Hild. 243 Lippoldus miles -us antiqui fori Hildensemensis. CHART. Hall. I 328 p. 301,29 -us in Tuch. 353 p. 326,4 precni civitatis, qui censetur ... urbaniori nomine -us, vidua, que nubit, solidum dabit. *al.* **γγ** -us fiscalis *i. q. procurator monasterii a rege constitutus – vom König eingesetzter Klostervogt (cf. Th. Mayer, Fürsten u. Staat. 1950. p. 47sq.):* TRAD. Teg. 1[a] (a. 1003/11) patrimonium fiscalis -us ... cum accepisset. 8 p. 9,13. TRAD. Frising. 1438[a] p. 292,38. TRAD. Ebersb. 60. 94. *al.* **b** *procurator sedis apostolicae – päpstlicher Sachwalter, Jurist:* ANAST. BIBL. epist. 5 p. 414,8 neque nos personas -orum vel assertorum eius *(sedis apostolicae)* assumimus. ANNAL. Fuld. Ratisb. a. 896 p. 129,24 qui *(apostolicus)* antecessorem ... per -um suae responsionis depositum foras ... sepeliri precepit. ANNAL. Ianuens. I p. 57,24 (epist. papae) fratribus nostris ... iudicibus, -is, scrinariis. CARM. Bur. B 41,9,3 Curie (CHART. Basil. C I 344[I] p. 253,30. 360 p. 267,40 magistro Roberto ... -o in Romana curia).

2 publ.: **a** *procurator territoriorum, civitatum, possessionum sim. imperatori vel regi subditarum, iussu imperatoris vel regis agens – kaiserlicher, königlicher (Reichs-, Land-, Stadt-) Vogt (cf. Schröder-Künßberg, Rechtsgesch. p. 549sq., H. Niese, Die Verwaltung des Reichsgutes im 13. Jh. 1905. p. 289sqq.; c. officio iudicis, e. g. l. 20.25):* LEG. Burgund. Rom. 6,5 -us fisci vel procuratores (DIPL. Otton. I. 317 publicus f. exactor vel -us. ACTA imp. Winkelm. I 920 p. 697,18). CAPIT. reg. Franc. 152 p. 310,7 ut ... conveniant ... missi ... cum ... -is nostris. CHART. Turic. 203 Turegiensis castri (*cf.* 366 p. 246,13 iudex ... et -us, qui ... kastfoget dicitur, id est in omne Turegum imperialem iuriditionem tenens). DIPL. Otton. I. 269 p. 384,16 iudex et avocato (*i.* -us) domni imperatori. LEG. Lang. p. 534,29 de parte publica. TRAD. Frising. 1422 p. 279,9 inter ... ęcclesię -um et Geroldum imperatoris ... -um lis ... ventilata est. CHART. Gosl. I 123 p. 181,12 -us Goslariensis in seculari precepit placito. ACTA imp. Winkelm. I 129 sculteto, -o, scabinis et universitati civium Aquensium ... gratiam (*cf.* II 1058 Brabantie dux, ... post imperii dominium superior -us [*sc. regalis sedis Aquensis*]). CHART. Advoc. 50 in Wida. 58 Fridericus ... Heinricis, seniori regni nostri -o ... et iuniori ... -o de Plawen. CHART. Ital. Ficker 341 p. 368,47 iudex Pellegrinus ..., mangne curie imperialis -us (342 p. 371,9). CHART. Wirt. VII 2449 terre. CONST. III 28 Rudolphus ... -is, officialibus ac procuratoribus ... omne bonum. CHART. Hohenloh. 386 -us provincialis ... regis. *saepe. dilatato usu:* NOTKER. BALB. gest. 2,9[ex]. *(de rege Persarum)* -us eius *(Karoli)* ero super eam (*terram promissam Abrahae; postea:* procuratorem ... provintie). **b** *procurator territoriorum, civitatum, possessionum sim. ducibus, comitibus sim. subditarum, iussu ducum, comitum sim. agens – herzoglicher, gräflicher etc. (Land-, Stadt-) Vogt (c. officio iudicis, e. g. l. 45.53sq.56.59):* **α** *gener.:* CAPIT. reg. Franc. 90,3 comis aut eius -us. DIPL. Arnulfi 32 p. 48,25 si tale ... est, quod ipse *(ministerialis)* ... vel -us eius corrigere nequiverit. DIPL. Conr. II. 92 p. 126,3 dux de Carinthia una cum comite Wecellino -o suo, qui et walpoto vocatur. p. 127,7 ducatūs. CONST. I 424,11 non violatur pax, si ... dux vel alii comites vel -i ... iudicia exercuerint. CHART. Heinr. Leon. 37 p. 52,30 curię nostre et redituum ac mancipiorum nostrorum. CHRON. Reinh. a. 1226 p. 608,30 suis *(sc. lantgravii)* -is. CHART. Merseb. 161 p. 134,32 eorum, que wikbilde contingunt, nullus iudicabit preter -um et schulthetum. CHART. Sil. C 13 -us, sive perpetuus sit vel temporalis, ... a ... duce potestatem gladii recipiet. 18 ut ... non iudicentur nisi a nobis vel -o de Olava (*cf. H. v. Loesch, ZRGGerm. 58. 1938. p. 315sqq.*). CHART. Merseb. 236 p. 189,29 in hominibus ... ecclesie nec ipsi marchiones nec -i nec bedelli aliquid iuris habebunt ... nisi ... fuerit causa sanguinis. CHART. civ. Vratisl. 19 p. 17,14 promittimus *(sc. dux)* etiam -is et civibus universis, quod nullum eis prefaciemus -um, nec specialem nec generalem. CHART. civ. Misn. 411 Heinricus ... -us in Oszetz ..., Rulico ... -us provinciae. CHART. Sil. A XI 2 de quibus *(marcis)* -us provincialis tollet duas partes, -us ... hereditarius ... terciam partem. *saepe.* **β** *spec. i. q. procurator minor, secundus – Untervogt:* CHART. Col. I 35 p. 495,3 (a. 1106) testes ... comes et ... secundus comes, ... -us et ... secundus -us (*cf. H. Planitz, Die deutsche Stadt im Mittelalter. 1954. p. 126*). CHART. Brem. 49 p. 54,19 testes ... -us civitatis ..., minor -us (*cf. S. Rietschel, Das Burggrafenamt und die hohe Gerichtsbarkeit in den deutschen Bischofs-*

[Schneider]

städten. 1905. p. 284). c *procurator societatis commarchionum – Markvogt (cf. Lamprecht, Wirtschaftsleben. I. p. 1076):* CHART. Rhen. med. I 501 p. 555,40 (a. 1138) *abbas* decimatiunculam ... villule ... contulit sub testimonio prefati loci -i. I 582 p. 641,42 testes ... -us ville, ... -us curię. II 190 nulli patrono, nulli -o decimas ... solvere. *ibid. al.* d *in communitatibus Italiae i. q. iudex, assessor – Richter, juristischer Beirat:* SALIMB. chron. a. 1229 p. 55,9 qui fuit ... iudex et assessor ... et qui semper ibat cum potestatibus, ut esset -us eorum. a. 1237 p. 95,11 communis Parme. a. 1239 p. 164,21 -i erant sive assessores ... potestatis Luce.

3 *nom. propr.:* COD. Lauresh. 3810 (s. XII.) Hereman cognomento -us (CHART. Eichsf. 373). CHART. episc. Hild. II 653 testibus ... Woltmaro Divite ..., Heinrico Ad-o. CHART. Friburg. 203 Wernherus de Riehein dictus Ad-us (CHART. Port. 227). *al.*

II *protector, patronus, tutor – Beschützer, Betreuer, (Schutz-, Schirm-)Herr (notione administrationis evanida):* A *proprie de patrocinio saeculari:* 1 *de imperatore, rege:* a *spectat ad Romam et imperium:* CARM. Cantabr. 17,7,2 -um *(sc. Heinricum II.)* Roma ploret. DIPL. Karoli M. 289 (spur. s. XII.$^{med.}$) Carolus ... imperator et -us Romanorum. ANNAL. Mell. Vind. I a. 1273 p. 704,44 imperium XXIII annis -o et cesare dinoscitur caruisse. *al.* b *spectat ad universam ecclesiam (cf. H. Planitz, Deutsche Rechtsgesch. 1950. p. 117):* CHART. Bund. 46 p. 40,7 (a. 823; epist. papae ad Ludow. Pium) ecclesie, cuius te tutorem ac defensorem ... scimus esse ..., -us esse et iudex. IOH. VIII. epist. A 36 p. 36,2 *imperatorem* non solum defensorem, sed et patronum et -um nostrum existere. CHRON. Thietm. 4,27 unctionem ... percepit et -us ecclesie sancti Petri efficitur. CONST. I 144,2 *rex* sicut devotus et specialis -us sanctae Romanae aecclesiae. SICARD. chron. a. 1138 imperator, ecclesie catholicus -us. *al.* c *spectat ad singulas ecclesias:* DIPL. Otton. I. 1 p. 90,16 nostrae ... cognationis qui potentissimus sit, -us habeatur et loci ... et ... catervae. 174 nulli seculari dominio sint subiecte excepto nostro, qui earum *(sanctimonialium)* -us ac defensor ... esse volumus. DIPL. Heinr. IV. 249 p. 316,35sqq. ut nullus ... -us in ... abbatiam ... venire presumat preter eum, qui in nostro sanguine senior nobis superstes extiterit, -um, quia ... alium preter nos non concedimus. ACTA imp. Stumpf 329 patres nostri, ⟨qui⟩ ... sedis fundatores, tutores et -i fuerunt. CHART. Salem. 3 (dipl. Conr. III.) alium -um post Deum preter nos non habent. HIST. de exp. Frid. imp. p. 87,26 imperator et -us specialis Ierosolimitanę terrę. *al.* 2 *de ducibus, comitibus sim.:* GALB. Karol. 53 ut susciperent eum *(comitem)* in consulem et terrae totius -um *(sc. Gandenses).* CHART. Gosl. I 234 p. 266,29 ego marchio ... Goslariensis ęcclęsię post regem -us. ANNAL. Disib. a. 1100 p. 17,26 (epist.) Godefridus dux, ... sancti sepulcri nunc -us. TRAD. Salisb. I 641 domnus ... tradidit ... parscalcam ... ea conditione, ut ... -us ei esset. CHART. Babenb. 182 p. 248,44 damnum ... per dominum ducem, -um et principem totius terrę, ... restituere compelletur. CHART. Argent. I 262 ego Eberhardus miles dictus de Grifenstein, dominus et -us eiusdem castri. CHART. Lamb. Leod. 633 magistri ... et tota communitas ... Leodiensis recognoverunt vobis *(duci Brabantie)* ... ius advoccatie civitatis ... et ... vos pro supremo -o suo habebunt et legitimo defensore. CHART. Carinth. V 380 esse -us ... mansi pro defensione sine omni utilitate. 3 *de episcopis, abbatibus sim.:* CHART. Basil. A I 163 p. 239,10 (a. 1122) si alii archiepiscopi vel episcopi regni, qui sunt -i in abbatiis aliorum episcopatuum, ... abbatibus concessionem per virgam fecerint. CHART. Lux. I 385 p. 551,21 illi de ante portam, ... qui nullum nisi abbatem -um habent. CHART. Worm. 67 Wormatiensis ęcclesię -us episcopus (CHART. Tirol. 230 p. 101,7 -us nominative de plebe loci Piani. 614 p. 88,11 defensor et -us illius ospitalis. TRAD. Frising. 1797^{e}). CHART. Lamb. Leod. 129 nec ullum avocatum habebunt nisi custodem beati Lamberti. CHART. Xant. 94 *cerocensuales* cum bonis eorum, que vulgo vaichtgut dicuntur, quorum -us est archiepiscopus. *al.* *sensu attenuato:* VITA Desid. Cad. 34 p. 591,20 liberos ... tibi, ... eclesia, tuoque -o *(sc. episcopo)* ... commendo.

B *translate:* 1 *de patrocinio spirituali (saepe de intercessione, e. g. l. 9.12.15):* a *de Deo, Christo, spiritu sancto:* ALDH. virg. I 30 *Benedictus* cum -o et redemptore nostro felix vocabuli privilegium participavit. VITA Wandr. 18 (MGMer. V p. 23,12) iam prope erat -us ille *(sc. Deus),* qui eum recepiebat. HRABAN. cruc. 1,1 p. 153^{B} Paracletus, id est -us, quia pro nobis intercedit apud Patrem. RUOTG. Brun. 44 p. 48,7 -um habemus apud Patrem, Iesum Christum, iustum. *al.* b *de sanctis, viris religiosis sim.:* VITA Desid. Cad. 55 talem ... procurasti *(sc. Christus)* -um, qui digne pro nostris peccatis possit intervenire. MILO Amand. 1 (MGMer. V p. 451,29) Martinus *(papa),* pietatis -us. DIPL. Heinr. I. 3 sanctis martiribus, nostris -is et intercessoribus. GESTA Magd. 22 p. 405,14 loci -us, princeps Mauricius. CHART. Rhen. med. III 224 p. 186,11 eosdem *(religiosos)* ... confovemus, quatenus apud regem regum nobis -os et patronos invenire ... possimus. ARNOLD. PRAED. correct. eccl. (ed. E. Winkelmann. 1865. p. 9,5) frater Arnoldus, ... -us pauperum. *al.* 2 *de pecunia:* BERTH. ZWIF. chron. 38 p. 260,13 nummus semper fuit praecipuus noster -us, ... rex ... et dominus.

III *vario usu:* A *conviva – Tischgenosse:* EPIST. Ratisb. 9 p. 317,15 *lex* Didia ... inter omnes -os ..., si maiori sumptu cęna pararetur, pęnam inposuit. B *?vicarius – ?Stellvertreter:* AMALAR. off. 1,34,8 orationem illam, quam episcopi sive -i solent facere super populum.

advoco, -avi, -atum, -are. *script.* avo-: *l. 34.66. adde* ANNAL. Ved. a. 892 p. 70,21 *(var. l.).*

I *(ad se) vocare, accire, arcessere, adhibere – (zu sich) rufen, herbeirufen, herbeiholen, hinzuziehen (obi. fere anim.; res: l. 39):* A *gener.:* 1 *strictius:* HRABAN. carm. 39,54 discipulos. ANNAL. Ved. a. 888 p. 64,19 convenerunt ..., qui Odonem -arunt (avo- *B*). HROTSV. Cal. 4 curro sanctumque Iohannem -o. RUOTG. Brun. 44 p. 47,2 semotim episcopos -vit. *saepe. de gruibus c. sensu alliciendi:* FRID. II. IMP. art. ven. 1 p. 37,26 ut alie alias -ent, audiuntur ... proferre voces. 2 *latius:* a *convocare – einberufen:* DIPL. Arnulfi 142 mercatum, ex quacumque parte voluerit, -are (*antea:* congregare). b *convertere – bekehren:* BEDA hist. eccl. 2,9 p. 98,23 gentem ... ad agnitionem veritatis. 3,7 p. 140,1 multis ... ad Dominum ... populis -tis. B *spec.:* 1 *iur. (testandi, iudicandi, assentiendi sim. causa):* FORM. Andec. 31 -are iudecis seu et vicinis ... et universa parocia. LEG. Wisig. 2,5,17 p. 117,7 testes (LEX Alam. 2,1 quod ... illos ad t. -asset [vo- *1. 10*]). 9,2,9 p. 376,14 ut illum ex episcopis inspectorem sue egritudinis -et. TRAD. Frising. 11 p. 38,23 -ta coniuge ... tradidi. CAPIT. reg. Franc. 224,1 ut in suo auxilio vicinum suum -et comitem. DIPL. Heinr. IV. 280 p. 360,45 quod nisi abbate ... -ante ... minime adeat *advocatus* (DIPL. Loth. III. 80 p. 125,40. DIPL. Karoli M. 261 [spur. s. XII.^{1}]). CHART. Stab. 142 p. 288,9 si apparens culpa ... evenerit, ... -bimus comitem. CHART. Babenb. 232 p. 43,12 tribus citacionibus per preconem ad iudicium -ari. *al.* *citare – aufrufen:* CHART. Turic. 209 (a. 964/68) certis nominibus in presentia illorum iussit eos *(mancipia)* -ari. *invitare – berufen:* CHART. Lux. II 420 p. 463,15 (a. 1243) ad advocatiam sui monasterii ... alium -are. 2 *eccl. (corrigendi, consiliandi, sacri cuiusdam ministerii agendi sim. causa):* TRAD. Frising. 13^{a} (a. 759) -vi ... episcopum ad consecrandum (94 -ante [*i.* -to] ... episcopo. *cf.* 591 -vit ... episcopum ipsam ecclesiam dedicandam). CONC. Karol. 39^{B},18 p. 450,28 si ... *sanctimonialis* incorrigibilis apparuerit ..., -etur ... episcopus. 49,4 *(c. sensu avocandi)* qui a suis eclesiis eos *(sacerdotes)* -ant. CHART. Basil. A I 191 p. 291,18 capellae monachum avocare atque ab eo benedici. STATUT. ord. Teut. p. 49,19 magister ordinis vel vices eius gerentes in tractatu de statutis ... ad ordinem omnes fratres ... -bunt. p. 87,22 ad penitenciam imponendam. *al.*

II *munere actoris, provisoris fungi – das Amt eines Bevollmächtigten, Vertreters ausüben:* A *strictius i. q. munere causidici fungi – das Amt eines Rechtsanwaltes, Advokaten*

[Schneider]

ausüben: CHART. episc. Hild. II 296 p. 136,18sq. (c. 1230) Heynricus de Thossem nomine capituli -ante pro eo comite Hermanno ... et Everhardo ... -ante pro Heynrico de Gustede probavit *eqs.* MENKO chron. p. 528,2 omnibus licet iudicare, -are, testari, qui a iure non prohibentur. CHART. Fris. or. 30 p. 26,35 clerici ... nec iurisditionem secularem exerceant nec -ent in foro contencioso. SALIMB. chron. a. 1285 p. 595,25 veniens ad curiam pape optime -bat et factus est ... dives. **B** *latius i. q. munere procuratoris vel advocati fungi (in monasteriis, ecclesiis) – das Amt eines Verwalters, Vogtes ausüben:* DIPL. Otton. III. 318 p. 745,10 -ante Arbone ac placitante usque in finem vitę. CHART. Anhalt. I 148 ut ... advocatus existam ... prepositure filiusque meus ... non separetur ab eodem -andi iure. CHART. Stir. II 149 nec -andi *('bevogten' ind.)* nec aliquam aliam violentiam inferendi nullam habeam potestatem. CHART. march. Misn. III 401 petendo, -ando vel quocumque modo disponendo in predictis villis quidquam ... presumere. *al.*

III *nominare – nennen:* BENED. ANDR. chron. p. 89,9 hic *(filius)* primus Karolus est -tus.

IV *vindicare – beanspruchen: v. p. 271,21.*

adi. **advocatus,** -a, -um. *citatus – vorgeladen:* LEG. Wisig. 2,5,3 testis. LEX Alam. 52 cum XII sacramentalis iuret, cum quinque nominatos et sex -os *(cf. p. 273,60).*

subst. **1. advocatus,** -i *m.: v. p. 272,51.*

2. advocata, -ae *f.: v. p. 266,5.*

***advoeria** (avocr-, avoir-), -ae *f.* (*cf.* *advocaria) *munus, summa iurum, potestas advocati – Amt, Recht, (Verfügungs-)Gewalt eines Vogtes:* CHART. Basil. A I 337 p. 506,24 (a. 1226) dedit ... avocriam de Liure cum appendiciis suis. p. 507,7 pro acquirenda avocria. p. 507,12 avocriam de Daile. CHART. Lamb. Leod. 366 episcopo ... quitavi -am ... apud Metin, de eadem -a ... me devestiens. CHART. Bern. II 282 avoiriam domus et ecclesie ... et apendiciarum eius *(ibid.:* in quibus habeo avoiriam cum apendiciis omnibus). *v. et* *advocadria, *advocaria. *Schneider*

advolito, -are. **1** *proprie i. q. advolare – herbeifliegen:* RUODLIEB XVII 113 quod ... columba sibi ferat -ando coronam. **2** *translate i. q. velociter accedere, accurrere – eilig herankommen, herbei-, hinzueilen:* **a** *de hominibus:* WALTHARIUS 651 -ans missus vocem repetiverat istam. 1045 cursu -ans. EKKEH. IV. carm. Gall. 4,4 Arbonam per lacum -ant (inv- *C*) Potamicum *Columbanus et socii. al.* **b** *de rebus:* AEDILV. carm. 6,49 ira, saepius quae -at. GERHOH. Antichr. 1,56 p. 365,41 alii ac novi rumores per certos internuncios -ant.

advolo, -avi, -are. **1** *proprie i. q. volando accedere – hin(zu)fliegen:* EGBERT. fec. rat. 1,177 ad pugnos vacuos crebro non -at auceps. FRID. II. IMP. art. ven. 2 p. 137,19 si aliquando -verint *pulli falconum.* 3 p. 42,3 facere ipsum *(girofalcum)* -are ad grues. **2** *translate i. q. velociter accedere, accurrere – eilig herankommen, herbei-, hinzueilen:* **a** *de hominibus:* WALTHARIUS 694 -at infelix Scaramundus. OTTO FRISING. gest. 1,20 p. 34,9 aggregatim in adiutorium eius -ant. 1,33 p. 52,21. *al.* **b** *de rebus:* GERH. AUGUST. (?) Udalr. II 30 *beneficiorum* auditus bono rumore ... longe sitas regiones -vit. *profluere – hervorströmen:* CARM. de Lamb. 1,483 humor ab internis ... tractus -at.

advolvo, -volvi, -volutum, -ere. **1** *strictius i. q. volvendo admoliri, adiungere – hinwälzen, anfügen:* HILDEG. scivias 3,10 p. 701C qui *(gradus)* ad lapidem illum magnum ... in modum testudinis decenter -ti videntur. *medial. vel refl. de supplice i. q. procumbere – sich niederwerfen:* WILLIB. Bonif. 6 p. 28,26 pedibus apostolici pontificis -tus est. HROTSV. Theoph. 339 sacris -or sedula plantis. ANNAL. Hild. a. 1106 p. 56,12 eorum pedibus se -vit. *al. nota acc.:* VITA Eucher. 4 (MGMer. VII p. 48,15) pedes ipsius -ti *legati.* **2** *latius i. q. afferre – herbeiführen:* VITA Serv. 30 p. 100,15 temporum rota festivitatis eiusdem sancti annuam -ente noctem.

advos *m.* (*cf.* adversus ?) *hospes – Fremdling:* ALBERT. STAD. Troil. 1,572 Pollux et Castor hi sunt ..., advos pauca loqui quibus hic vult. *cf. ThLL. s. v.* advo⟨r⟩sis.

***adurentia,** -ae *f. cremabilitas – Brennbarkeit:* GEBER. summa 1,14 -am in sulphure dimiserunt et fugam.

adurgeo (-gue-), -ere. **1** *premere – bedrängen:* RICHER. REM. hist. 1,19 oppidum ... multa obsidione ... vehementer -et. **2** *urgere, impellere, cogere – drängen, treiben:* ERMOLD. Ludow. 2,61 non favor aut levitas humanae mentis -uet, quae tibi ... loquor. WALTHARIUS 484 iussio regis -et. RICHER. REM. hist. 1,43 si pugnae necessitas eos -at. EPIST. Hann. 87 p. 149,7 sicut ... scriptis -bas. *al. pendet* ut: RICHER. REM. hist. 1,39. EPIST. Hann. 102 p. 170,29.

1. *aduro, -atum, -are. (*fort. ab* ad *et* ora, *cf. DuC. s. v.; aliter ed.*) *fere i. q. applicare – etwa 'landen':* ANNAL. Ianuens. II p. 118,24 unam de galeis, que in terra -ta fuerat, retinuerunt. III p. 174,11 reduxit galeas in portum Saone -tas in terram. IV p. 22,25 *(cf. notam ed.).*

2. aduro, -ussi, -ustum, -ere. *script.* adh-: MAURUS urin. II p. 6,37.

I *proprie:* **A** *strictius i. q. amburere, inurere, ustulare – anbrennen, (ver)brennen, (ver)sengen:* **1** *de igni, calore sim.:* DIPL. Karoli III. 139 p. 225,15 *chartae* ab incendio Normannorum vel quolibet modo -tae sunt. WALTH. SPIR. Christoph. II 1,71 mundum flamma Phoetontis -tum. ANNAL. Ottenb. a. 1016 (MGScript. V p. 5,30) multi fulmine -ti (perusti *2*) perierunt. METELL. Quir. 14,36 ut -tus timet incendia cattus. ANNAL. Herb. a. 1147 p. 5,37 alii plantas pedum -ti. CONST. II 338 p. 447,25 possessiones sue -te *sunt.* ALBERT. M. veget. 4,69 si aqua bulliens super gramina effundatur, herba -itur. animal. 1,622 -itur pellis et convertitur in ruborem. 6,9 lento calore fovente et non -ente extrahuntur pulli. *al. de morbo:* CONST. METT. Adalb. 14 p. 662,52 hic medio -tus, aliquis ... -i incipiens. *medial.:* GEBER. summa 1,13 viderunt illud *(sulphur)* -i et evanescere. *in imag.:* WALAHFR. imag. Tetr. 66 pauperies alios devastat -ens. PURCH. Witig. 77 quantus erit, quem sic tuus ignis *(sc. 'amor')* -it. **2** *de frigore:* ANSELM. LEOD. gest. 33 p. 208,8 pedes eius frigore et glaciali viarum asperitate -tos. HERBORD. Ott. 3,39 p. 767,30 penetrabile gelu pedes ... -sserat. **3** *de acido:* ALBERT. M. animal. 4,58 *mastuc* aput nos urtica vocatur, quia quasi -endo capit. **B** *latius i. q. extorrere, exsiccare – ausdörren, aus-, vertrocknen:* FRID. II. IMP. art. ven. 2 p. 159,15 egestio detenta siccaretur in ventre et -retur (*cf.* 2 p. 224,3). ALBERT. M. veget. 6,256 si corilus plantetur iuxta vitem, -itur et exsiccatur radix vitis. 6,420 *papaver* -it eam *(avenam)* et exsiccat trahendo nutrimentum eius a radice ipsius.

II *translate:* **A** *vexare – quälen:* MILO carm. 1,6,3,245 mentem laetam cunctatio -it. **B** *medial. i. q. eniti – sich mühen:* THEODULF. carm. 28,235 alter ut adquirat, ne perdat -itur alter.

adi. **adurens,** -entis. **1** *urens, torridus – brennend, sengend (heiß):* ALBERT. M. veget. 4,60 *calor* est -s. 4,69 quamvis sint ultra temperamentum calida -ia. 4,70. *de veneno:* ALBERT. M. animal. 7,133 serpentes, qui dicuntur flatu -es. **2** *cremabilis – brennbar:* GEBER. summa 1,15 per sublimationem mundaverunt -em sulphureitatem. 1,39 hos mundare ab unctuositate ... -e.

adi. **adustus,** -a, -um. **1** *techn. i. q. ambustus, cinereus – verbrannt, aschenartig:* MAURUS urin. II p. 40,6 colera naturalis existens in fine sue temperantie sive prassina sive -a. ALBERT. M. veget. 6,76 *cassia fistula* educit choleram -am et phlegma. animal. 3,115 remanet grossum -um sicut cinis et haec *cholera* vocatur -a. 25,6 quale venenum dicitur esse plumbum -um ('*Bleioxyd*'). *al.* **2** *aridus, siccus – trocken, dürr:* ALBERT. M. veget. 4,76 *pori viarum* obstruuntur in terrestri -o.

subst. **adustum,** -i *n. quod crematum est – etwas Verbranntes:* ALBERT. M. eth. 7,1,8 p. 483a,38 qui est de cholera adusta, carbones desiderat et alia -a amara.

***adusitatus,** -a, -um. *consuetus – gewöhnlich:* BRUNO QUERF. fratr. 15 si forte parum -um videtur, quod de ardente candela factum est.

adusque (ad usque) *praep. c. acc. postponitur: p. 281,2. 5.8. tenus – bis zu (nach, an, auf):* **1** *de loco:* **a** *de motu,*

directione: WALAHFR. hort. 268 *carbunculus* ructus . . . convolvit . . . oris -e fores. MEGINH. FULD. Alex. 5 Italiae fines -e pervenit. WALTHARIUS 625 crus cum poplite ad usque femur decerpserat. HROTSV. Mar. 229 stratus -e solum. Bas. 257 plebs . . . sparsit -e polum voces. EPIST. Teg. I 102 vos -e . . . me promitto venturum. BERTH. (?) annal. a. 1077 p. 295,16 ad usque Ulmam et Danubium . . . pertingebant. EPIST. Ratisb. 8 p. 310,13 litus -e . . . defertur *navis. al.* **b** *de situ, positione:* WALAHFR. carm. 5,56,26 tu speciosus enim totus ad usque pedes. DIPL. Otton. I. 62 -e adiacentes ceteras regiones . . . ius servetur forestense. *al.* **2** *de tempore:* WALAHFR. carm. 5,25,4 ad usque obitum. BERTH. (?) annal. a. 1075 p. 278,8 ad usque mane. a. 1080 p. 326,14 -e quadragesimam. *al. ante–vor:* FROUM. carm. 13,19 tercia namque dies Octobris ad usque kalendas abstulit *Iliam.* **3** *de effectu:* BERTH. (?) annal. a. 1078 p. 313,27 mulieres item ad usque mortem constuprando . . . oppresserant. **4** *de enumeratione, ordine:* BERTH. (?) annal. a. 1077 p. 294,24 a minimo ad usque maximum (a. 1078 p. 306,34).

***adustibilis,** -e. *cremabilis – brennbar:* ANON. tab. p. 158,17 ex vegetabilibus et lapidibus, inanimatis -bus, corruptibilibus. GEBER. summa 1,53 p. 608 ex terreae et -is substantiae . . . commixtione. RICHARD. ANGL. correct. 13 p. 397,18 sulphur foetidum et -e.

***adustibilitas,** -atis *f. cremabilitas – Brennbarkeit:* ALBERT. M. miner. 3,2,5 p. 80ª,21 est . . . de numero eorum, quae metallis accidunt et multum iudicant substantias eorum, cremabilitas sive -s.

adustio, -onis *f. de pronuntiatione:* ERMENR. ad Grim. 13 p. 547,44 sine sibilatione dicuntur ut '-o, exustio'.

I *gener. i. q. actio adurendi, exustio, incendium – das Brennen, Versengen, Verbrennung, Brand:* **A** *de igni, calore sim.:* **1** *proprie:* ANSCAR. mirac. Willeh. 5 (4) dum fortuitu ignis -e pede cremaretur. CHRON. Mich. 26 ad -e carbonum manus impias retrahentes. Ps. ADALB. BAMB. Heinr. 1,21 p. 805,34 vomeres candentes . . . calcavit et sine -is molestia . . . pertransiit. OTTO FRISING. gest. 2,36 p. 144,25 ex -e cadaverum. CHART. Worm. 106 p. 84,29 molendinum . . . trina -e . . . incineratum. ACTA imp. Winkelm. I 653 p. 523,28 *inimicorum* terras . . . supponentes -bus et ruine. ANNAL. Marb. a. 1215 p. 174,10 per -em manuum dampnati. *natur.:* ALBERT. M. veget. 4,29 terra . . . a calore -em non passa dulcis vocatur *eqs.* 6,339 frixae . . . fabae parum inflant propter -em venti. animal. 3,120 *innaturalis melancolia* a colera rubea per -em separatur. *al.* **2** *in imag. vel translate:* INVENT. Gisl. 9 (MGScript. XV p. 578,42) peccatorum triste cyrographum, cuius adeo interius fomentum malae -is exarsit *eqs.* HILDEG. scivias 2,5 p. 490ᴬ exterior videns oculus interiorem calorem in -em excitat. **B** *de frigore:* CHART.Turg. II 104 p. 357,8 (a. 1220) vinea . . . per . . . frigoris immoderatam -em . . . desolata.

II *spec.:* **A** *medic.:* **1** *actio cauteriandi – das Brennen mit dem Brenneisen:* Ps. HELIOD. chirurg. 7 circa -es III: diacausis, epicausis, epifleusis. OTLOH. admon. 9 (PL 146,259ᴮ) -em medicus addit. **2** *ustulatio – Verbrennung:* TROTULA 57 p. 27,14 unguentum valens ad solis -em et quamlibet fissuram. ALBERT. M. veget. 6,255 -i . . . ignis confert *acetum.* 6,465 medicina -is ignis. **3** *inflammatio – Entzündung:* MAURUS phleb. p. 24ª si stridens sit sanguis, significat -em et ad lepram futuram (p. 26ª). urin. I p. 25,29 talis urina significat -em vel mortificationem. **4** *eschara (sive ignis sive cauterii vi effecta) – Schorf (infolge von Verbrennung oder Ausbrennen):* GLOSS. med. p. 74,13 scharas: -es. **5** *residuum ustionis cinereum – aschenartiger Verbrennungsrückstand:* TRACT. de aegr. cur. p. 92,29 urina erit rubea et tenuis in superficie cum aliquo nigrore et -e apparens. ALBERT. M. animal. 1,608 splen . . . est evacuatorium sanguinis et -is eius cinereae. 3,119 licet . . . colera, quam . . . vocavimus adustam, etiam sit -o cinerea *eqs.* **B** *alch. i. q. cremabilitas – Brennbarkeit:* GEBER. summa 1,16 mundaverunt illud *(arsenicum)* et fugam et -em abstulerunt. 1,39 quod vero per sublimationem -o removeatur, patet experimento *eqs.* Ps. AVIC. epist. 3 p. 869,31. *al.*

***adustivus,** -a, -um. **1** *adurens, exsiccans – (ver)brennend, trocknend:* ALBERT. M. veget. 5,114 *operationes plantarum* -ae, sicut adurere videtur euforbium et incinerare humores. 6,216 radix eius *(rosae foetidae)* est sicut piretrum -a. 6,284 est *allium* -um cutis et ulcerativum. 6,398 propter -am suam virtutem (6,411). miner. 3,1,2 p. 61ª,34 unctuosum in oleo . . . esse de facili inflammabile et -um eorum, quibus cognatum est. **2** *cremabilis – brennbar:* GEBER. summa 1,39 unctuositas -a sulphuris, de cuius proprietate est de facili inflammari. 1,51 p. 592 sulphureitas -a. 2,14 p. 655 substantia fugitiva et -a corrumpens. Ps. CALID. verb. 1 p. 353 humiditas aquosa et -a corrumpit corpus.

***adwarpio** *v.* *awarpio.

adytum (-it-), -i *n. (m.: l.23.25.27.29) abl.*-u: *l.23.27.39.*

I *de loco sacro:* **A** *strictius i. q. penetrale, martyrum memoria, presbyterium – Allerheiligstes, Märtyrergrab, Presbyterium:* PRUD. TREC. annal. a. 841 p. 26,32 cuncta . . . adeo iniuriat, ut ne ab ipsis aditis temperaret. NICOL. I. epist. 53 p. 346,10 ut . . . adita sancti Petri violaverint et in ecclesia ipsius sanguinem fuderint. PASS. Ger. Col. 21 ex illo venerabili sanctorum corporum aditu. EKKEH. IV. bened. I 12,26 tunc reserabuntur, aditis que clausa teguntur. *in imag.:* CARM. biblioth. 6,3,10 Hieronimus sacros adytus et eburnea templa discipulis reserat. THANGM. Bernw. 1 p. 758,39 ex intimo aditu phylosophiae prolatis quaestionibus *(cf. Boeth. cons. 2,1,5).* *de crypta:* LEO MARS. chron. 3,26 p. 717,35 aditus ipse in eminentia permansit. p. 717,37 *fornix* eidem adito imminet. *al.* **B** *latius:* **1** *interiora ecclesiae – Kircheninneres:* VULF. Marc. 97 plebs adytis cum rite sacris intrare frequentat. LAMB. TUIT. Herib. 2,90 p. 1255,25 exclusus ab aditis ecclesiae pernoctavit pro foribus. **2** *(paganorum) fanum – (heidnisches) Heiligtum:* GUMP. Wenc. 7 p. 215,40 per nefandas aditorum atque ararum furialium aedes. HEINR. AUGUST. planct. 1113 gentiles aditis ab Appolline vates . . . respondent multa coacti.

II *de loco abdito:* **A** *profundum, abyssus – Tiefe, Abgrund:* RHYTHM. 135,7 hominem qui valuit . . . ex aditu liberare. LAMB. TUIT. Herib. 2,26 a mortis aditis resurgit ad vitalia. **B** *gazophylacium – Schatzkammer:* RANGER. Anselm. 6664 qui divicias habet . . ., profert ex aditis mixta vetusta novis. *v. et* addo (additum), aditus. *Payr*

ae *v.* aio.

Aeacus (Ea-), -i *m.* (Αἰακός) *iudex inferorum – Totenrichter:* CARM. Bur. B 52,1,5 lugeat reus apud Eacum.

aedes (ed-), -is *f. (m.: l. 60.62. adde* TRAD. Frising. 391*). form.: nom. sg.* -is: WALAHFR. carm. 5,9,3,4. *acc. sg.* edum: TRAD. Frising. 365. *v. et l. 62. abl. pl.* edis: *p. 283,8.* (a)editibus: *p. 283,14.19.*

I *domus sacrata – heiliges Haus (praevalere videtur sing.; plur. sensu sing.: l. 68sq. p. 283,4):* **A** *delubrum paganorum – heidnischer Tempel:* WALAHFR. exord. 2 p. 476,20 *daemonibus* solvebantur . . . -ium constructiones. WALTH. SPIR. Christoph. II 2,180 Iovianam tendit ad -em. EGBERT. fec. rat. 1, 1411 iurat per Castoris -em. **B** *sacrarium christianorum – christliches Gotteshaus, Kirche:* **1** *proprie i. q. basilica, sanctuarium – Kirchengebäude, Heiligtum:* CARM. Aldh. 2,79 edem almam. MIRAC. Gertr. II 4 p. 1474,11 in ipso -e sancto (ipsa -e sancta *var. l.*). TRAD. Frising. 363 obsidere vestituram ad praefatum edum. CONC. Karol. 44ᴮ,1 imagines . . . ab -bus . . . abolere. CAND. FULD. Eigil. II 25,19 in hac -e locum . . . celsum promeruit *(item de monasterio:* VITA Maxim. Trev. II 1 regalem dicat hanc Agricius -em). ANNAL. Fuld. II a. 855 p. 45,11 -es plurimae crematae sunt. POETA Saxo 3,219 in Albani speciosa martyris -e. VITA Libor. 12 sacris -bus (CONST. II 262,8ᵇ censum . . . apud edes [sedes *B 1*] s. mandavimus deponi). VITA Annon. III 3,5,2 collegiales . . . construxit -es hasce duas. *saepe. de structura ecclesiae:* GERH. AUGUST. Udalr. I 13 p. 403,26 interius -em aecclesiae laquearii vestivit. **2** *in imag. vel*

[Pape]

translate (de regno caelorum, christianitate): ALDH. virg. II 530 Petrus, apostolicae qui culmen praesidet -is. CAND. FULD. Eigil. II 21,32 in hac -e Dei (HRABAN. carm. 13,78). WALTH. SPIR. Christoph. II 4,31 Christi penetrabimus -es. *al.*

II *domus profana – Profanbau (sing. et plur. promiscue adhiberi videntur)*: **A** *proprie*: **1** *domicilium, sedes – Wohnhaus, Wohnung*: **a** *gener.*: TRAD. Frising. 460 (a. 822) cum edis, edificiis, curtis. CAND. FULD. Eigil. II 2,15 abbatis. HROTSV. Agn. 259 *(de lupanari)* detestabilem. GERH. AUGUST. Udalr. I 4 p. 393,23 episcopus ... ad suam -em ... revertebatur. DIPL. Heinr. IV. 466 p. 631,38 edes vel curtem ..., in quibus habitat. TRAD. Ratisb. 813 -es suas cum ipsa area ... delegavit. NIVARD. Ysengr. 4,282 -is herus. *al.* **b** *spec. de palatio*: VITA Desid. Cad. 13 ut ... eum ab editibus (edibus DIPL. Merov. I 13 p. 15,26) nostris auferamus. TIT. metr. II 2,3,6 regis in -e fuit. CONC. Karol. 56A,63 palatinas. POETA Saxo 2,497 regales. WIPO gest. 7 p. 30,18 -es publicae fuerant, non privatae. *al.* **2** *aedificium – Gebäude, Bau*: VITA Desid. Cad. 20 monasterium ... in cunctis aeditibus eximium. TRAD. Ratisb. 79 in areis namque ac domibus cum universis simul -bus. PURCH. Witig. 218 -bus aecclesiam ... neglectam. OTTO FRISING. chron. 5,24 p. 252,1 silva ... edibus ac igni ... utilis. HIST. Welf. cont. p. 471,27 artifices tam murorum quam aliarum edium. *al.* **3** *cubiculum, camera – Gemach, Raum*: WALAHFR. Wett. 204 stramenta aliam ... feruntur in -em (he- *R*, cellulam HEITO Wett. 2). 830. HROTSV. Dulc. 2,3 in interiorem officinae -em. Mar. 518 secreta residebat in -e. *al.* **B** *in imag. vel translate*: HRABAN. hom. I 5 p. 16B tibi extruso e paradisi -bus. WALTH. SPIR. Christoph. II 1,218 *(de stellis)* signifer inde suas aperit pecuaribus -es. 6,88 fidem tibi pectoris -e notarem. *de utero*: NIVARD. Ysengr. 4,366 bene formatus matris in -e suę est. *de vagina ensis i. q. receptaculum – Gehäuse*: WALTHARIUS 1036 viridem vacuaverat -em.

aedico *sim. v.* edico.

aedicula (ed-), -ae *f. script.*: -dec-: *l. 47.55. al.* -ola: *l. 49.61. al. form. acc. sg.* -um: *p. 284,5.*

I *domus parva sacrata – kleines Gotteshaus*: **A** *strictius i. q. ecclesiola, oratorium – kleine Kirche, Kapelle*: GERH. AUGUST. Udalr. I 8 de lapidibus et cemento et lignis -am construxerunt. TIT. metr. IV 26,1 consecrat -am mandrita. *al. oratorium privatum – Privatkapelle*: CONC. Karol. 50D, 47 p. 641,26 in ... -is, quas iuxta domos suas construunt. 50D,73 posthabitis -is, quas usus inolitus capellas appellat. **B** *latius*: **1** *sepulchrum (sancti) – (Heiligen-)Grab (cf.* GLOSS. II 588,43 St.-S. sarc): UFFING. Ida 2,1 sacrati pulveris -am. DESID. CAS. dial. 2,3 aedeculam (e- *c*) et altare conspexi *(in ecclesia)*. *monumentum – Grabmal*: VITA Filib. 8 (MGMer. V p. 589,13) Dionisi martyris ... -ola. VITA Ermin. 26 super illud *(sepulchrum)* edificare proposuit e-am cancellatam. **2** *crypta – Gruft*: MILO Amand. 7 (MGMer. V p. 477,7) ut *fluvius* ... omne illud -ae ipsius spatium ... aquis impleret. GERH. AUGUST. Udalr. I 14 formosam -am sub terra muratam. **3** *accessio – Anbau*: PETR. CAS. (?) chron. 3,34 p. 728,4 aedeculas ..., quas instar turrium in atrii diximus angulis constitutas, ... dedicari. *atrium – Vorhalle*: VITA Theog. 1,26 p. 461,41 -a, quae instar paradisi ecclesiae foribus praeminebat.

II *domus parva profana – kleiner Profanbau*: **A** *habitatiuncula – kleines Wohnhaus*: VITA Filib. 19 (MGMer. V p. 594,12) virum Dei in propria recepit -ola. MIRAC. Adalb. Wirz. 2 p. 139b,11 -ae pauperum. *sensu deminutivo evanido*: WALTH. SPIR. Christoph. II 3,150 maior enim -a cedit maiore ruina. *in imag. de corpore*: ENGELH. LANGH. Mathild. 12 p. 440a,46 etsi -a caritatis, caro tua, in morte deciderit. **B** *aedificiolum – kleines Gebäude*: LAMB. LEOD. Matth. I 545 e-am ... molendini. **C** *reconditorium – Aufbewahrungsraum*: WILH. HIRS. const. 2,65 p. 1136D *defunctus* effertur in -am inter capellam ... et infirmariam. LEO MARS. chron. 3,10 parvulam ..., in qua libri reconderentur, aedeculam fabricavit (*cf.* CASUS Petrish. 6,13). **D** *tugurium, taberna – Bude, Laden*: WALAHFR. exord. 6 p. 480,2 cauponum. WILH. APUL. gest. 5,94 *(de castris hiemalibus)* sub aedicolis ... remorantur. **E** *puteus – Brunnen(haus)*: METELL. Quir. 17,18 fons ... conditus -a. **F** *cubiculum, camera – Gemach, Raum*: VITA Liutb. 26 p. 31,4 cum letaniis ... circuiens -am. VITA Rigob. 22 (MGMer. VII p. 75,4) *lux* e-am (-um *2a*) penitravit moenibus ... inherentem. WILH. HIRS. const. 2,5 p. 1043D *syn.* mansiuncula.

***aedificabilis**, -e. **1** *subst. masc.*: *qui aedificare potest – ein Baufähiger*: ALBERT. M. metaph. 9,3,2 p. 533a,39 sicut se habet aedificans secundum actum ad -em, qui potens est aedificare et nondum aedificat. **2** *subst. neutr.*: **a** *quod aedificari potest – was gebaut werden kann*: ALBERT. M. phys. 2,2,8 p. 135b,24 omnibus ex lignis -bus. eth. 10,1,6 p. 611b,30 aedificativa, prout est motus in -bus existens, perfecta est, cum perfecit, quod appetiit. metaph. 6,2,1 p. 389a,22 horum accidentium nulli penitus est aedificativa sive -is ipsa practica sive ars operativa. **b** *materia – Baumaterial*: ALBERT. M. pol. 7,4d p. 657a,33 materia ... lignorum, ad cremabilia scilicet et -ia.

***aedificale** (ed-), -is *n. materia – Baumaterial*: BENED. ANDR. chron. p. 75,12 cuncta e-ia, que ad opus monasterio conspexit.

***aedificamen**, -inis *n. confortatio (fidei) – (Glaubens-)Stärkung*: OTLOH. vis. 13 *visio* utilis ... ad -n illis, qui poenam dubitant restare futuram.

***aedificarius** (ed-), -i *m. magister fabricae (monasterii) – Leiter des (Kloster-)Bauwesens*: CHART. Westph. VII 1372 (a. 1270) prebendarium, vespertinum ac e-um monasterii conventus eligat.

aedificatio (ed-, -cio), -onis *f. script.*: he-: *p. 285,7.* -deve-: *l. 33.* -diff-: VITA Rimb. 15.22 *cod. 1.*

I *proprie*: **A** *actio aedificandi, exstructio – Bautätigkeit, Aufbau, Erbauung*: CHRON. Fred. 2,10capit. de aedevecationem Cartagenis. TRAD. Frising. 34 monasterii. DIPL. Karlom. (II.) 14 novam nostrae e-is basilicam. DIPL. Heinr. III. 137 si aecclesiasticis -bus ... subvenimus. CHART. ord. Teut. 21 p. 19,25 in ... castrorum he-e. CHART. civ. Hild. 209,5 si quis conqueritur de iniusta e-e sibi facta. *saepe. de servitio aedificandi*: EPIST. Wibald. 449med. homines, qui ... ad e-em domus vestrae pertinebant. *c. sensu muniendi*: *v. p. 288,62.* **B** *aedes, aedificium – Bau, Gebäude*: CHART. Sangall. A 325 (a. 829) totum conquestum ... tam -bus quam terris. CAND. FULD. Eigil. I 19 claustri. GESTA Halb. p. 96,34 veterem e-em ... renovavit. *al. de horreis, stabulis sim.*: TRAD. Scheftl. 13 (a. 800/20) cum domo simulque alias omnes e-es. TRAD. Patav. 59. *c. sensu fundationis*: CHART. Bund. 461 p. 353,35 (a. 1193) sue volens e-is utilitati ... ut pote bonus fundator prospicere. *sing. sensu collectivo i. q. summa aedificiorum – Gebäudebestand*: TRAD. Scheftl. 10 p. 15,15 (c. 782) cum -e, tota structura atque cum omni familia. TRAD. Weiss. 22 hoba ... cum casa et scuria, cum omni e-cione. TRAD. Patav. 60 mancipias, terram, e-em. DIPL. Otton. III. 229 p. 724,15 porciones terrarum cum ... -cione inibi constructa. **C** *structura – Bauanlage*: CHRON. Bened. II 14 habitationis e-o. **D** *materia – Bauholz, Baumaterial*: CHART. Sangall. A 426 p. 45,23 (a. 854) omnem utilitatem *saltus* ... in pascuis, in -bus, in lignis caedendis. ALBERT. M. animal. 11,17 lapides et ligna et ceteras ... -es. **E** *?ornamentum – ?Verzierung*: COZROH. praef. p. 1,19 *ecclesiam* pretiosarum metallorum et artificiorum -um decoratibus ... adornavit.

II *translate*: **A** *vigente imagine*: **1** *exstructio spiritualis – geistiges Aufbauen*: LIUTG. Greg. 12 p. 76,39 de viciorum omnium destructione virtutumque -e *(cf. Vulg. Ier. 1,10)*. THIETM. chron. 6,20 usque ad -em ... perfectam complentes *sanctam institutionem*. LAMB. HERSF. annal. a. 1073 p. 152,14 si ad -em, non ad destructionem aecclesiae Dei rex esse vellet (ALBERT. M. sacram. 209 p. 136,38). *al. de incarnatione*: GODESC. SAXO theol. 22 p. 295,3 *Christus* aedificavit sibi domum, id est humanitatem ..., eamque sibi in unitatem personae non post -em, sed inter aedificandum ... copulavit. **2** *aedificium spiri-*

tuale vel mysticum – geistiger, mystischer Bau (cf. Vulg. Eph. 2,21. 4,12): **a** *eccl.:* CAND. FULD. Eigil. I 17 *(de Christo)* in quo *(fundamento)* omnis -o constructa crescit in templum sanctum. GERH. AUGUST. Udalr. I 9 p. 398,30 omnis christianitas -o eiusdem templi manere debet. **b** *vario usu:* FORM. Augiens. C 4 *(de eruditione pueri)* cum eo, qui incrementum dat, mansura he-cio *(*hedificia *cod. p. corr.)* credimus operari. HUCBALD. Leb. 15 p. 891B -em ex Deo *(sc. beatitudinem)* domum non manufactam. EPIST. Teg. I 5 quantum nostri cordis domicilium letificat decora -cio. HILDEG. epist. I 80 p. 302B *(de corpore)* mens tua non aedificata est in hac -e, in qua es.

B *attenuata vel evanida imagine:* **1** *confortatio fidei, instructio spiritualis, promotio – Glaubensstärkung, geistige Erbauung, Förderung (cf. Vulg. I Cor. 14. Eph. 4, 29):* LIBER diurn. 85 p. 106,14 ad vestre salutis -em ... profiteri. ARBEO Emm. 23 viventium. WETT. Gall. 29 p. 273,40 eloquia -um eructuans. MIRAC. Genes. Hier. 1 (prol.) ad magnam -em ecclesiae ... adcurrere. WALAHFR. Gall. 1,25 p. 303,16 -is instrumenta. ERMENR. Sval. 2 magistro adherendo omnis -is documentum percepit. DIPL. Otton. I. 110 p. 193,23 animarum. CAES. HEIST. mirac. II 1 p. 16,26 ad credentium e-em et infidelium confusionem. *saepe. exemplum aedificativum – erbauliches Beispiel:* DIPL. Heinr. IV. 283 p. 367,10 cuius *(Karoli Magni)* ... virtutis commemoratio ... successorum est e-o. CAES. HEIST. mirac. II 2,9 monachus ... de e-bus (edificatoriis *1 c*) ... retulit. **2** *institutio – Einrichtung, Gründung:* CHART. archiep. Magd. 130 p. 185,23 (a. 1004/12) episcopus ... parrochiam ... ad e-em Magadaburgensis archiepiscopatus tradidit. ALBERT. M. summ. theol. I 20,80a p. 865b,16 ad domus *(i. familiae)* -em et ad prolis educationem (*cf.* p. 865b,37). **3** *auctio – Vermehrung:* EPIST. Mog. 11 p. 332,30 magnam vitiis ... -em conferre. **4** **a** *forma (scribendi) – (schriftliche) Fassung:* WALTH. SPIR. Christoph. I prol. p. 66,8 hęc politi operis ... -o. **b** *mus. i. q. dispositio – Gefüge:* ANON. mus. Sowa 1b p. 53,14 secundum quod cantans in e-e armonica sue voci melius viderit expedire. p. 53,16. **5** *utilitas – Nutzen:* LAND. MEDIOL. hist. I 2,26 p. 65,17 ut ..., quae -es suorum et Italiae totius forent, ... tractarent.

***aedificativus**, -a, -um. **1** *adi.:* **a** *proprie i. q. ad aedificandum spectans – Bau-:* ALBERT. M. metaph. 5,2,13 p. 316b,11 ars -a (*Arist. p. 196b,26* τὸ οἰκοδομικόν) principium est in aedificante *eqs.* **b** *translate i. q. aedificans – erbaulich:* CONR. SAXO spec. 18 p. 263 verba et documenta -a. **2** *subst. fem.: fabrica – Bauhandwerk:* ALBERT. M. bon. 576 finis -ae domus (*Arist. p. 1219a,14* οἰκοδομικῆς). eth. 6,2,16 p. 428a,42 ad lignariam -am. pol. 1,2f p. 20b,35 'necessarium est existere ... organa', ... in -a autem securim, asciam et serram. *ibid. al. v. et p. 284,14.16.*

aedificator (ed-), -oris *m. script.* h(a)e-: *l. 54.71.*

LAC. annal. a. 1184 p. 698,42 post vesperas hiemales et collationem e-em. *al.* *astron.:* RICHER. REM. hist. 3,51 fistulam ... adiecit, quae -em circulationem indicaret. ADAM gest. 4,38 solsticium (ALBERT. M. meteor. 1,4,9 p. 515^{b},32. *cf.* cael. 2,3,3 p. 172^{b},45 punctum -e solstitii). **B** *c. colore quodam:* **1** *aestati accommodatus, aestate utendus – für den Sommer eingerichtet, im Sommer gebräuchlich:* **a** *de aedificiis* (*cf.* GLOSS. IV 197,12 St.-S. zeta -is loiua): ANNAL. Egm. a. 1159 p. 166,35 utramque domum episcopi, hiemalem scilicet et e-em. WALTH. MARCHT. hist. 20 refectorium ... e-e ligneum (CHART. Brixin. 152). *al.* **b** *de vestitu:* COSMAS chron. 2,42 p. 148,10 pelliciam episcopalem ..., unam hiemalem ..., alteram e-em. CHART. Wirt. VI app. 8 p. 435, 16 de e-bus pannis, quę dicuntur hustuoch. CHART. Hall. I 224,26 stivales e-es (*opp.* hyemales). **c** *de libris:* HERM. TORN. rest. 77 in quibus *(libris)* continentur lecciones ..., quorum unus e-is, alter vocatur hyemalis. CHRON. Andag. 3 p. 9,14 *omeliarius.* CATAL. biblioth. Lehm. I 76 p. 415,11 duo volumina, e-e et hiemale. **2** *aestate (ineunte) satus – im (Früh-)Sommer gesät:* TRAD. Udalr. August. app. p. 139, 8 (s. XII.) frumentum. CHART. Gosl. I 301 p. 325,33 mansus dabit ... terciam partem omnium seminum suorum, tam hyemalis quam e-is. **3** *aestate messus, collectus – im Sommer geerntet:* IOH. S. PAUL. diaet. 223 *caulis* (*opp.* hiemalis). CHART. Naumb. 426 p. 382,10 v carratas e-is feni et v autumnalis. **4** *aestate demessus – im Sommer abgeerntet:* CHART. Worm. 389 p. 250,35 (a. 1279) arborum. **5** *semina aestiva ferens – Sommerfrucht tragend:* CHART. Sangall. A 140 (a. 795) duas anzingas, unum autumnalem et alium e-em, ... segare. CHART. civ. Erf. 157 p. 90,24 (a. 1255) *mansum* per fundum yemalem decem agros habentem, per e-em decem, per fundum quiescentem decem. **6** *aestate superveniens – im Sommer erscheinend:* CHART. Hans. I 663 p. 229,39 (a. 1268) hospites e-es cum venerint in terram. ALBERT. M. animal. 8,223 aves vocatae conykôs sunt ex avibus -bus. *v. et* *stivalis.

II *subst. neutr. plur.:* *frumentum aestivum – Sommergetreide:* ANNAL. Prag. I a. 1252 p. 174,17 hyemalia mediocriter ... provenerunt, -a ... defecerunt.

aestivo(r) (est-), -are (-ari). *aestatem degere – den Sommer verbringen:* CARM. Bur. B 74,3,1 e-antur Dryades colle sub umbroso. ANNAL. Marb. a. 1190 peregrini in Grecia hyemantes et partim e-antes. ALBERT. M. animal. 7,78 *(de piscibus)* intrant in locum ... in vere et ibi -ant.

aestivus (est-), -a, -um. *script.* ext-: *l.* 49. *acc. pl.* -us: *l.* 72.

I *adi.:* *ad aestatem pertinens – sommerlich, Sommer-:* **A** *gener.:* WILLIB. Bonif. 5 p. 21,24 tempus (TRAD. Frising. 546. ACTA imp. Winkelm. I 340 ad extremitatem extivi t. *saepe*). WALAHFR. hort. 158 solibus. WANDALB. mens. 185 calores. CARM. Cantabr. 23,5,3 aves ... celebrant e-um undique carmen. LIBER ordin. Patav. 2,12 p. 963,28 ieiunium vernum in quadragesima, -um in pentecoste. *al.* *astron.:* WALAHFR. carm. 89,1,4 solstitium (*cf.* ALBERT. M. veget. 6,489 ad solstitialem -um). GERB. (?) astrolab. 2,2 circulus Cancri tropicus -us dicitur. 2,9 p. 121,26 per -a ... signa. *al.* **B** *cum colore quodam:* **1** *aestati accommodatus – für den Sommer eingerichtet:* ALCUIN. epist. 143 p. 225,13 vermes fenestris involant -is. ARNULF. MEDIOL. gest. 4,8 *ecclesiam* -am (*opp.* hyemalis basilica). **2** *aestate (ineunte) satus – im (Früh-)Sommer gesät:* TRANSL. Modo. 34 p. 305,18 ad -a semina. **3** *aestate collectus – im Sommer geerntet:* DYASC. p. 126^{b} māla. **4** *aestate natus – im Sommer ausgeschlüpft:* ALBERT. M. animal. 5,42 vernales autem et autumnales pulli earum *(columbarum)* meliores quam -i et hyemales. **5** *aestate reddendus – im Sommer zu liefern:* CHART. Epternac. 201 p. 332, 9 (a. 1100/10) addidit ad ... servicium hyemale ... porcellum I, ad e-um ovem I.

II *subst. masc. vel neutr.:* *aestas – Sommer:* RHYTHM. 146,38,6 *(de glacie)* hieme conceptos pendens meos servo parentes et -o rursus ignibus trado coquendos. 149,337 *(de s. Eligio)* non patitur iam -us (-os *B* 3) hiemisve inmoderatos.

III *subst. neutr.:* *saeptum aestate utendum – Sommergehege, Koppel:* GLOSS. IV 58,33 St.-S. e-um farrich.

adv. **aestive.** *in modum aestatis – wie ein Sommer:* NIVARD. Ysengr. 7,623 -e transivit hyemps, hyemaliter ęstas.

***aestualis** (est-), -e. *aestūs tempore eveniens, aestivus – in der heißen Zeit vorkommend, sommerlich:* HUGEB. Willib. 4 p. 96,12 e-e tempore. LAND. MEDIOL. hist. I 3,10 p. 80,47 -ia fulmina. HERM. COL. conv. 8 (PL 170,819^{A}) dies.

aestuarius (est-), -a, -um. **I** *adi.:* *camino exornatus – mit Heizung versehen, heizbar:* CHART. Steph. Wirz. 213 p. 223,9 (a. 1198/1202) caminatis e-is domum *(infirmorum)* ... amplificavit.

II *subst. neutr.:* **A** *cubiculum camino exornatum – heizbarer Raum:* **1** *balneum, sudatorium – Baderaum, -haus, Dampfbad (pars exemplorum etiam ad 2 spectare potest et invicem):* CASUS Petrish. 3,18 p. 652,14 qui differt ingressum e-i intus adhuc cessante densitate fumi. VITA Hartm. (ed. Sparber, Schlernschriften XLVI p. 60,28) e-um, in quo positum fuerat vas cum aqua. WOLFGER. itin. comput. 3 p. 23,5 minutori in e-o XII den. REGISTR. Ringrav. 10,2 p. 30,1 e-um Gebenonis II uncias. CHART. Worm. 291 p. 195, 11 e-um situm aput portam Iudeorum. *al.* **2** *caminata, stuba – geheizter Aufenthaltsraum, Stube:* HELM. chron. 34 p. 67,1 cum e-um, in quo bibebant, incurvus exiret. CARM. Bur. A 180,1,4 hiemali tempore ... concurrunt in -o, qui regnant cum Decio. CHART. Altenburg. 53 p. 42,12 edificia quedam, caminatam, lobium, e-um ... donavimus. CHART. Tirol. 829 dedit quoddam allodium ... in stupa vel e-o sancti Pauli (CHART. Turic. 1030 actum ... in st. seu e-o infirmorum). CONST. II 458 p. 630,32 facta ... in e-o contra hospitium domini regis. *al.* **B** *lacuna arte constructa – künstlich angelegte Lagune:* SIGEB. GEMBL. gest. 33 factis -is vivaria ad recipiendos pisces construxit.

aestuatio (est-), -onis *f.* exst-: *l.* 40. **1** *gener. i. q. fervor, calefactio – Hitze, Hitzeeinwirkung:* COMPOS. Luc. B 19 propter e-em solis (C 6. ALBERT. AQUENS. hist. 3,2). VITA Eptad. 17 (MGMer. III p. 192,1) ardentissima ... febrium e-e. **2** *medic.:* **a** *febris – Fieber:* Ps. GALEN. febr. 151 si e-o fuerit cum fastidio. *v. et* aestigatio. **b** *inflammatio – Entzündung:* DYASC. p. 191^{b} tumorem stomachi et exstuationem (p. 173^{a} e-es).

aestuo (est-), -atum, -are. *script.:* ext-: *l.* 45.53.60. esto-: *l.* 47. stu-: *l.* 46.60. *depon. vel medial.: l.* 51.53.*p.* 335,5.

I *intrans.:* **A** *proprie:* **1** *ardere, fervere, incalescere – brennen, heiß sein, heiß werden:* FORM. Wisig. 39 extuantibus flammis. PIRMIN. scar. 20 ut vinum (a vino *A*, vino *C*) stuetis (estoedis *A*; *ex Vulg. Is.* 5,11). HUGEB. Willib. 3 p. 92,9 febricitando ... calore estuans. NOTKER. BALB. gest. 1,24 gehennae ignibus. TRANSL. Marci in Aug. 18 coepit -are atque ... visus est sudor emanare. WIDUK. gest. 3,47 animi fervore solisque ardore ... accensus -at. 3,75 p. 152,25 -ari (estuare *C* 2) atque fatigari iam coepit. CHRON. Salern. 92 p. 93,13 dum diu ... extuaretur febribus. *al.* *febricitare – fiebern:* RUD. FULD. mirac. 12 p. 338,9 per continuos tres dies ... -ans. AGIUS vita Hath. 21 -antem in morte filiam. **2** *strepere – brausen:* WALTH. SPIR. Christoph. I 20 -antibus undique procellis. **B** *translate et in imag.:* **1** *flagrare, commoveri – glühen, bewegt werden:* VITA Eptad. 17 (MG Mer. III p. 192,3) estuans ... misericordia. HROTSV. Cal. 9,3 desiderio. ARCHIPOETA 10,1,1 -ans (ext- *F*, stu- *D*) intrinsecus ira vehementi. *al.* **2** *saevire – wüten:* AETHICUS ISTER 81 p. 62,25 lanista, quid -aris ergana ? VITA Liutb. 31 -antibus mulieris doloribus. RUOTG. Brun. 10 *nequitiae suae virus* in occidentis partibus e-bat. WALTH. SPIR. Christoph. II 3,36 commotio regis ... -at incassum. *al.* **3** *agitari – hin- und hergetrieben werden:* HRABAN. univ. 11,7 p. 315^{C} iuxta allegoriam -at mundus undis persecutionum. WALTHARIUS 1138 -at immensis curarum fluctibus. **4** *sollicitum esse – besorgt sein:* WALAHFR. Wett. 943 -at agnoscens, velox quod transitus instet. RUOTG. Brun. 22 Domino serviens -bat. CHART. Merseb. 423 p. 347,25 circa pauperum curam. *al.* *pendet interr. indir. i. q. dubitare – zweifeln:* UFFING. Ida 1,11

[Pape]

quo se verteret, -at anceps. **5** *niti – trachten:* HROTSV. Gong. 358 in facinus. 448 in mortem iusti.

II *trans.:* **A** *proprie:* **1** *calefacere – erwärmen, erhitzen:* VITA Pard. 7 (MGMer. VII p. 28, 13) -bat se ex calidis lapidibus, et cum introibat, ubi -retur *eqs.* **2** *concremare – verbrennen:* GESTA Halb. p. 113,38 *(in imag.)* in medio duorum ignium constitutus non est ... e-tus *(cf. Vulg. Sirach 61, 6).* **B** *translate:* **1** *sollicitare – beunruhigen:* TRANSL. Viti 3 p. 33,12 cum gravi e-retur angustia. **2** *appetere – anstreben:* CHRON. Reinh. a. 1213 p. 583,17 animosus tyro insoliti agonis e-at laborem. *c. (acc. c.) inf.:* LIBRI Karol. 3,26 p. 158,21 in eadem vanitatis lectione, quam illi septimę synodi nuncupatione censeri -ant. UFFING. Ida 1,12 breviare calles. **3** *effundere – ausströmen:* EPIST. Hann. 105 p. 173,15 litteras ... opulentiam sinceri cordis -antes.

adi. **aestuans,** -antis. **1** *proprie i. q. ardens – brennend:* HELM. chron. 92 p. 179,20 *(in imag.)* qui *(Polabi et Obotriti)* erant in medio camini e-is. **2** *translate:* **a** *anceps – unschlüssig:* THIETM. chron. 7,40 post longam e-is animi deliberationem. **b** *flagrans – glühend:* GERH. AUGUST. Udalr. I 18 visitare ... Romam cum -i animo desideraret (HELM. chron. 80 p. 151,14 vir e-is a.).

subst. **aestuans,** -antis *f. quae febri calet – eine Fieberkranke:* AGIUS vita Hath. 20 -em flabello refrigerare.

adv. ***aestuanter.** *instanter – inständig:* UFFING. Ida 1,14 ut ... subvenirent, -r precatur.

***aestuositas** (est-), -atis *f. medic. i. q. inaequalitas – Ungleichmäßigkeit (cf. Galen. ed. Kühn IX p. 505,7* σφυγμὸς ὁ κυματώδης*):* CONSTANT. AFRIC. theor. 7,10 p. 33a^{v} in periplemonia pulsus erit sicut in lethargia: in magnitudine, mollicie et e-e; ... in periplemonia maior diversitas et e-s.

aestuosus (est-), -a, -um. **1** *medic. i. q. inaequalis – unregelmäßig:* CONSTANT. AFRIC. theor. 7,3 p. 31a^{v} e-i sunt *pulsus,* cum organi pars auriculari digito superposito superius et ante movetur. 9,22 p. 45b^{r}. **2** *turbulentus – stürmisch:* RUOTG. Brun. 30 -um mundi huius naufragium.

aestus (est-), -us *m. (? n.: l. 44) form.: gen. sg.* -i: *l. 52. abl. sg.* -o: *l. 51.*

I *proprie:* **A** *ardor, fervor, calor – Hitze, Glut:* **1** *gener.:* WALAHFR. Mamm. 17,14 flammae medios intrare per -us. hort. 322 solis. MIRAC. Genes. Hier. 20 ob fervorem -us tunica se exui. WALTH. SPIR. Christoph. II 5,194 rogi. DIPL. Heinr. II. 320 p. 401,19 sustinuit famem, ... sitim, estus et frigus. CARM. de Iuda 3,63 (ed. P. Lehmann, Erforsch. d. Mittelalt. II. p. 280) funestum ... e-um *Averni.* ALBERT. M. caus. element. 1,2,5 illud *(sc. vapor inclusus calidus)* vocatur a nautis -us maris. meteor. 3,1,3 p. 589^{b},5 si autem consideretur subtile siccum, quod est in vapore illo sive fumo, tunc dicitur -us. *al.* **2** *meton.:* **a** *aestas – Sommer:* RHYTHM. 146,39,5 bruma color unus vernoque simul et -o (esto, -u *var. l.*). VITA Germ. 3 (MGMer. VII p. 420,12) non hiemis ... frigore nec -i vapore timebat. MARC. VALER. buc. 1,79 ver fugit ante rosas estusque (aestas *ci. P. Lehmann*) refugit aristas. **b** *febris – Fieber:* TRANSL. Alex. Frising. 2 (MGScript. XV p. 287,51) -us frigore nimio generatus effeta membra depaverat. **c** *aer supremus fervidus – die heiße oberste Luftschicht (cf. Th. Schmitt, Die Meteorologie ... des Albertus Magnus. Diss. München. 1909. p. 38):* ALBERT. M. cael. 2,3,2 p. 169^{b},16 caliditas ..., quae est in regione illa aeris, quae dicitur -us. **B** *fluctus, undatio – Wellen(gang), Strömung, Brandung:* BEDA hist. eccl. 4,16 p. 238,17 in ... pelago bini -us oceani ... sibimet ... conpugnantes occurrunt. AETHICUS ISTER 91 p. 69,35 *Cretam* vallatam a septentrione Ionio et -bus Graeciae. WANDALB. mens. 55 oceani. HILDEG. scivias 3,12 p. 726^{A} quod ... nec aqua -um nec terra fragilitatem ... haberent. *al. accessus recessusque maris – Gezeiten:* WILLIB. Bonif. 9 p. 56,22 propter inmensas ledonis ac malinae inruptiones, quae ... maris -um oceanique cursum ... commovent. VITA Find. p. 504,14 -us maris increscens. p. 504,20.

II *translate vel in imag.:* **A** *flagrantia, affectus – Leidenschaft, Erregung:* WALAHFR. carm. 66,2,3 libidinis. WALTH. SPIR. Christoph. II 5,22 pocula ..., quę tamen inmensum cumularent caumatis -um. GERH. AUGUST. Udalr. I 3 p. 390,37 -u ... Dei amoris succensus. TRANSL. Patrocli p. 280^{b} avaritiae -bus anhelant. *al.* **B** *inquietudo, perturbatio, tribulatio – Unruhe, Verwirrung, Bedrängnis:* AMALAR. cod. expos. 2,1 in ... temptationibus -us huius mundi. RIMB. Anscar. 42 p. 78,22 animi -bus excoctus. SALOM. III. carm. 1,20 p. 298 pars -us, quę cor obnubilat intus. EPIST. Teg. I 52 ex estu talis periculositatis ... emergere. CHART. march. Misn. III 46 p. 41,28 ob evitandum estum adversitatis. *al.*

aesus *v.* esus.

***aesymnetes,** -ae *m.* (αἰσυμνήτης) *rector electus – gewählter Herrscher:* ALBERT. M. pol. 3,9^{f} p. 288^{b},5 monarchia, 'quae quidem erat in antiquis Graecis, quos vocant -as' (*p. 1285^{a},31* αἰσυμνήτας). 3,10^{g} p. 304^{a},15 praefecerunt civitati -am vel tyrannum. 4,8^{c} p. 370,13. *ibid. al.*

***aesymnetica,** -ae *f. monarchia electione acquisita – Wahlmonarchie:* ALBERT. M. pol. 3,9^{l} p. 290^{b},5 quam -am appellant, haec autem est electa tyrannis (*p. 1285^{b},25* αἰσυμνητείαν).

***aesymnetus,** -a, -um. *electione acquisitus – durch Wahl erlangt, Wahl-:* ALBERT. M. pol. 3,9 p. 286^{a},25 regnum despoticum ... regnum -um (3,9^{f} p. 288^{b},2 determinat de r. -o).

aetas (et-), -atis *f. ?abl. pl.* -is: *p. 337,60.*

I *spectat ad animantium vitam (ad plantas: l. 43. p. 337,27):* **A** *tempus vitae – (Lebens-)Alter:* **1** *gener.:* LEX Sal. Pipp. 33,1 si quis femina post media etate, hoc est, quando iam infantes habere non potest *eqs.* HUGEB. Wynneb. 9 p. 114,20 erat ille sexaginta annorum -e. LIUTG. Greg. 10 ab ineunte -e. CAPIT. Saxon. 11 quantum etatem auxerit *bos,* tantu in pretio crescat. CAND. FULD. Eigil. I 10 p. 227,43 vir ... maturae -is. II 14,17 provectus ... temporis -e. DIPL. Ludow. Germ. 35 p. 45,33 mancipiis utriusque sexus et -is (DIPL. Karoli III. 21 p. 35,29). HRABAN. epist. 50 p. 505,2 grandevam. WIDUK. gest. 1,11 p. 19,23 omnes perfectae -is (*opp.* inpuberes). THANGM. Bernw. 1 p. 758,34 ultra id -is. 22 p. 769,26 iuvenis -e, sed senior morum probitate. CHART. Fuld. B 271 p. 391,43 ferunt priscę -is homines. LAMB. LEOD. Matth. I 1453 (gloss.) plena etas est in etate quinquagenaria. ALBERT. M. animal. 2,35 -s animalis cognoscitur in cornu. 5,44 tempus -is, in quo pubescunt ... animalia. 12,217 in -e intellectus, quae est XXX annorum. *saepe. bot.:* ALBERT. M. veget. 1,57 in -e, quae est post statum. 1,202 *arbores* in iuventute steriliores sunt quam in provecta -e. **2** *meton. de hominibus ipsis:* THANGM. Bernw. 1 p. 758,20 tenera -s ... interiora divini sophismatis ... rimabatur. CARM. de Iuda 1,67 (ed. P. Lehmann, Erforsch. d. Mittelalt. II. p. 261) debilis etas non alitur pueri. **3** *spec. in iure:* **a** *de minoribus natu:* LEG. Wisig. 4,3,3 p. 190,21 si patre mortuo in minori etate filii relinquantur (CHART. Tirol. 608 p. 82,23). CHART. Lux. IV 126,8 racione iunioris etatis premissa. *al. vindiciae hominis minoris aetatis – Rechtsanspruch eines Minderjährigen:* CHART. Tirol. 1198^{b} p. 244,33 (a. 1246) numquam implorabit restitucionem ... renuncians minori etati. **b** *de adultis, hominibus sui iuris:* CONC. Karol. 21,9 ante annos pubertatis, id est infra -em. THEGAN. Ludow. 4 postquam ad -em pervenit, desponsavit. CHART. Sangall. A 359 intellegibilem. 571 integram. FORM. Sangall. II 8 nubilem. TRAD. Ratisb. 222 perfectam. 339 possibilem. THIETM. (?) chron. 5,25 cum ... iure consanguinitatis et etatis ... in regem eligeretur. CHART. Wirt. V app. 9 p. 377,12 censualem. TRAD. Ratisb. 777 cum *puella* ad -em suam pervenerit. CHART. Mont. (MGScript. XXI p. 621,35) ad legem etas hominis est XV annorum, femine vero XII. CHART. Tirol. 947 in etate iurandi fidelitatem. CHART. Advoc. 68 ad legitimam viginti quinque annorum etatem. *al.* **B** *gradus vitae – Alter(sstufe):* **1** *gener.:* RIMB. Anscar. 2 p. 20,11 per singula -um momenta. HONOR. AUGUST. imag. 2,75 sunt ... sex -es hominis. URSO med. 297 variatur ... curationis modus ... ab etatibus. HILDEG. Disib. prol. 3$^{med.}$ in tertia ... -e dentibus comedit *homo.* TRACT. de chirurg. 804 ⟨e⟩tates sunt VII, noviter ge-

[Pape]

nita *eqs.* ALBERT. M. animal. 12,67 -es ... sunt quatuor in genere *eqs.* ALBERT. M. (?) animal. quaest. 7,29 p. 184,22sq. -s consequitur complexionem, quia in prima -e complexio est calida et humida *eqs. al. v. et l. 27.* *spirit.:* ROD. CAMER. Lietb. 25 p. 852,12 novus homo ... habens ... non annis, sed profectibus distinctas quasdam spirituales -es suas. **2** *meton. de hominibus ipsis:* BONIF. epist. 78 p. 169,12 predicantes ... omnibus gradibus vel etatibus. ARBEO Corb. 8 unicuique se congruens sexui vel -i (TRAD. Teg. 291 omnis s. et etas ... percipiat). RUOTG. Brun. 42 splendore omnis generis hominum, -um, ordinum floruisse. WIPO gest. 37 p. 57,26 neque -bus neque personis pepercit. CHRON. Erf. mod. II a. 1255 p. 247,38 XII ex omni etate, seniorum ..., mediocrum et iuvenum. *al.* **C** *cursus vitae, vita – Lebenszeit, Leben:* LEG. Wisig. 1,2,3 lex regit ... omnem hominis etatem. WILLIB. Bonif. 7 p. 36,12 per cunctos -is suae gradus. LIUTG. Greg. 2 p. 67,33 decimum quintum -is suae agens annum (*sim.* WETT. Gall. 29 p. 273,41. OTTO FRISING. chron. 3,27 p. 167,36. *saepe*). WALAHFR. carm. 88,16 luctu, senio, leto quoque volvitur -s. WIDUK. gest. 1,11 p. 18,25 ad ... senectutem -s me perduxit. EPIST. Ratisb. 18 p. 337,19 humanę -is natura est, ut simul cum tempore labatur. NORB. IBURG. Benn. 27 p. 890,40 -em in palatio educatam ... hic trivit. ALBERT. M. aet. 1,1 p. 306^{a},23 commune ..., in quo sunt omnes conditiones virtutum animalium, ... vocatur -s sive periodus vitae. 1,2 p. 306^{b},26 -s autem in omnibus -e participantibus in quatuor -es dividitur *eqs. al. bot.:* ALBERT. M. veget. 4,129 donec vita eius et -s compleatur et intereat.

II *spectat ad quodlibet tempus:* **A** *spatium temporis, mora – Zeit, Zeitraum, Dauer:* **1** *gener.:* ALDH. ad Acirc. 5 per succiduas saeculorum -es. WALAHFR. carm. 89,3,15 *annus* non est -e profusus. DIPL. Ludow. Germ. 72 si XXX annorum etate subiectę essent vineę. FROUM. carm. 21,22 nutriat vos temporis etas saecula producens. CHART. Tirol. 1013 labitur occulte ... volatilis etas. *al.* *annus – Jahr:* ALDH. virg. II 332 bis novem ... -um lustra. **2** *comput. de diebus mensis lunaris i. q. lunatio – (Mond-) Alter:* COLUMB. epist. 1 p. 156,34 de hac lunae -e (BEDA temp. rat. 11,9. BERNOLD. CONST. chron. p. 393,28 Romani ... eiusdem anni kalendarias l. -es pro regularibus ... tenere decreverunt. *al.*). ALCUIN. epist. 145 p. 232,12 computare ... -es lunares. *ambitus – Periode:* BEDA temp. rat. 18,49 luna, ubi suam perfecerit -em. **B** *saeculum, aera – Zeitalter, Epoche:* **1** *gener.:* WALAHFR. Wett. 882 praesens. EINH. Karol. prol. p. 1,25 regis ... omnium sua -e maximi. WIDUK.: gest. 2,41 filium ... virtute ... ea -e nulli ... secundum. EPIST. Ratisb. 10 p. 328,1 inter nostrę -is politiores munditias. *al.* **2** *meton. i. q. genus hominum, generatio – Menschengeschlecht, Generation:* BEDA hist. eccl. 1,22 p. 41,29 cum successisset -s tempestatis illius nescia. WANDALB. mens. 104 Mercurii matrem ..., priorum -s quam coluit. POETA Saxo 5,436 -s cui *(Karolo)* vidit nostra parem minime. WIPO tetral. 4 huius res laetas millesima proferat -s. *al.* *in initio chartarum:* DIPL. Otton. III. 311 universę -i ... presentis sęcli ac futuri aevi (*cf.* TRAD. Frising. 1513^{b}). DIPL. Heinr. II. 144 omnium nostri fidelium tam presens etas quam et successura posteritas (*cf.* TRAD. Scheftl. 249). *al.* **C** *pars universi temporis (mundi), aeon – Teil der Gesamtzeit (der Welt), Weltalter:* RHYTHM. 40,2,3 versiculos de sex -is (-es *L*) et mundi principio. BEDA temp. rat. 2,4 quod ... annis saeculisque et -bus ... vitae curricula temperentur. SYLL. Bern. 5,171 futuram ... gloriam -is almam post quietem septimę. DIPL. Otton. I. 273 p. 388,19 nos vero in ultima huius aevi etate constituti. OTTO FRISING. chron. 8,14 p. 411,25 per VI mundi -es. ALBERT. M. summ. creat. I 2,6,4 p. 394^{b},31 vocant saeculum ibi, quod nos dicimus -es mundi. *al.*

aetatula (et-), -ae *f.* **1** *aetas tenera, iuvenilis – zartes, jugendliches Alter:* **a** *gener.:* ALDH. virg. I 32 p. 273,1 tenerrima -a infantis. AETHICUS ISTER 82$^{med.}$ rudis. FUND. Brunw. 15 p. 134,26 in adolescentiae perveniens -am. LAMB. ARD. hist. 89 tenere indulgent e-e. *al.* **b** *meton. de hominibus tenerae aetatis:* VITA Liutb. 3 talis -ae facundae rationis sermonem. THEOD. TREV. Liutr. 7,3 cana mens in tenella eluxit e-a. MIRAC. Adalb. Wirz. 2 quia tenera pueri -a in doloribus ... dies suos consumptura foret. *al.* **2** *cursus vitae – Lebenszeit:* HERM. AUGIENS. vit. 574 laboriose ac perperam ducemus omnem -am. **3** *aetas mundi – Weltalter:* HROTSV. Mar. 46 felix -a sexta. *Pape*

***aetatulum,** -i *n.* *aetas tenera – zartes Alter:* STEPH. EDD. Wilfr. 47 p. 241,11 a primaevo vagientis -i incunabulo.

(*aeterminum, -i *n.* *interminatum – Unbegrenztes: v. p. 339,26.*)

aeternalis (et-), -e. *aeternus, sempiternus – ewig, immerwährend:* HRABAN. carm. 39,86,6 agni Dei sub pedibus laudatur tribus vicibus trinitas, -bus bis binis coram stantibus unitis animalibus. VITA Landel. 416 accipiunt ... -es ... coronas.

adv. **aeternaliter.** *aeterne, in aeternum, semper, in perpetuum – ewig, für die Ewigkeit, (für) immer:* **1** *theol.:* **a** *latius:* ALCUIN. Willibr. 1,32 (MGMer. VII p. 141,11) gloria, quam -r possidet *Willibrordus.* TRAD. Ratisb. 6 vivunt -r, qui ... aeterna adquirunt sibi gaudia. GODESC. SAXO theol. 22,8 unus est Deus ... per essentiam, ubi est essentialiter et -r et aequaliter caritas individua. RATHER. epist. 25 p. 127,16 qui nos ... -r coronabit. THIETM. chron. 4,69 mutans temporalia in -r manentia. CHART. Mog. A 371 p. 271,12 -r ... incendiis pęnalibus tradendus. ALEX. MIN. apoc. 21 p. 471,18 in caelo -r ... exaltabuntur. *saepe.* **b** *strictius i. q. in (ex) aeternitate – in (von) der Ewigkeit (her):* LIBER diurn. 84 p. 96,12 dum de patre filius -r nascitur. GODESC. SAXO theol. 6,4 p. 143,12 *opp.* ex tempore. 22,21 p. 322,1 Deus -r antiquus. 24,1 p. 340,18 *Deus* fecit -r omnia futura. AMALAR. ord. antiph. 13,20 ipse *(Deus)* rex David non temporaliter, sed -r. *al.* **2** *usu communi:* **a** *latius:* BONIF. epist. 46 commonionem dilectionis vestrae ... creator ... -r custodiat. TRAD. Frising. 491 hoc ... -r ... stabilivit. MILO carm. 1,4 p. 566,25 valere vos optamus ... -r. DIPL. Karoli III. 152 p. 246,10 -r confirmamus. DIPL. Arnulfi 157 p. 238,36 tradidimus ... -r in proprium. DIPL. Otton. I. 389 p. 531,5 ut ... preceptum ... inpermutabile -r in posterum fiat. CHART. ord. Teut. (Hass.) 226 p. 175,15 reditus ... cedent e-r et totaliter hospitali. *al.* **b** *strictius i. q. per vitam – lebenslänglich:* TRAD. Brixin. 33 (c. 995/1005) tradidit unam ancillam -r ... possidendam (*cf.* 15).

aeternitas (et-), -atis *f.* *sempiternitas, tempus infinitum – Ewigkeit, unbegrenzte Zeit:* **1** *theol. et philos.:* **a** *latius:* GODESC. SAXO theol. 24,1 p. 339,4 ex -e dispositionis consiliique sui *(sc. Dei).* VITA Liutg. II 2,38 iubilatio nunc et perpetim per infinitas omnium saeculorum -es. OTTO FRISING. gest. 1,5 p. 16,30 quale *(carens principio)* aput nos unum tantum invenitur, e-s videlicet, soli divinitati accommoda. HILDEG. epist. I 14 p. 168^{C} -s manet in similitudine rotae. ALBERT. M. summ. creat. I 2,3,2 p. 330^{a},4 -s dupliciter consideratur, scilicet in se et secundum quod participari potest a creatura. p. 343^{b},3 -s prout comparatur ad vitam, ... aut ... dicitur ipsa vita durans ... aut ... duratio ipsius vitae. p. 344^{a},43 -s quando comparatur ad esse, ... sumitur esse increatum *eqs.* phys. 4,4,1 p. 344^{a},22 -s autem ponitur mensura esse interminati. summ. theol. II 1,4,2,5,1 p. 95^{b},23 -s enim est mora indeficientis et immutabilis, aevum eius, quod extensam habet potentiam. ALBERT. M. (?) animal. quaest. 16,13 p. 284,48 'nunc' -is correspondet toti successioni temporis. *saepe.* *pertinet ad naturam Dei sim.:* BEDA hist. eccl. 2,10 p. 100,29 divinitatis potentia ..., quae ... invisibili atque investigabili -e consistit. HRABAN. carm. 39,12,4 una trium essentia, ... una -s. GODESC. SAXO theol. 22,8 *Deus* ingenitus vera -s. HROTSV. Gall. II 9,2 gratias regi -is. STATUT. ord. Teut. p. 130,39 incorruptum e-is Deum. *al.* **b** *strictius i. q. vita aeterna, immortalitas – ewiges Leben, Unsterblichkeit:* ALDH. virg. I 5 hereditariam legitimae -is sobolem. WILLIB. Bonif. 3 p. 11,23 ut *Bonifatius* ... exemplar nobis -is ... fiat. DIPL. Karoli III. 121 lucra quae-

[Schmidt]

dam -is in caelestibus. DIPL. Arnulfi 21 pro e-is gaudiis acquirendis. HROTSV. Sap. 5,13 tendo ad bravium -is. DIPL. Heinr. II. 52 ad praesentis vitae statum et -is beatę prȩmia capessenda. THIETM. chron. 6,78 felicitatis -e. *al.* **2** *iur. i. q. auctoritas perpetua – beständige Gültigkeit:* LEG. Wisig. 5,1,1 ut in earum iure . . . legum e-e firmentur. 10,2,4 valitura sanctionis huius e-e decernitur.

aeterno (et-), -avi, -are. *script.* ett-: *l. 19. sempiternum facere, perpetuare, immortalitati tradere – verewigen, ununterbrochen fortdauern lassen, unsterblich machen (cf. E. R. Curtius, Europ. Lit. u. lat. Mittelalt. 1954. p. 470):* **1** *gener.:* WALDO Anscar. praef. 179 quod *(foedus)* Deus -et nobis. VITA Karoli M. 1,7 p. 28,29 antiquissimas . . . hystorias novit et notas scripto e-vit. **2** *spec. in ærengis chartarum:* CHART. Heinr. Leon. 53 factum nostrum presenti scripto e-are. TRAD. Patav. 941 literarum indiciis solent e-ari *negotia.* CHART. Sangall. B 348 p. 266,2 litteris. DIPL. Heinr. VII. (MIÖG 45 p. 200, 31) ea . . . literarum testimonio duximus ett-anda. GREG. CAT. chron. app. 3 p. 319,12 *(in marg.)* per licteras. *al.*

aeternus (et-), -a, -um. *gen. sg.* -is: *l. 48. def.:* ALCUIN. epist. 163 p. 263,15 quid sit inter -um et sempiternum et perpetuum . . . et tempus *eqs.* GODESC. SAXO gramm. 1 p. 420,11 '-us' est, qui nec initium habet nec finem *eqs.* ALBERT. M. caus. univ. 2,1,8 p. 446^{b},13 -um . . . idem est, quod aeterminum . . ., quod terminos esse non habet. mot. proc. 2,1 p. 58,20 -um autem dico, quod incommutabiliter bonum est (*cf.* 2,2 p. 60,15).

I *adi.:* *sempiternus, perpetuus, immortalis, ad aeternitatem spectans – ewig, immerwährend, unsterblich, auf die Ewigkeit bezogen:* **A** *theol.:* **1** *de Deo, Christo, Maria:* ALDH. virg. II 1119 sator. CHART. Sangall. A 190 p. 180,17 ante conspectum e-i iudicis (NOTKER. BALB. gest. 2,11 p. 70,2 de-o internoque i.). EINH. Karol. 31 sanctae et -ae virginis. GODESC. SAXO theol. 22 p. 305,3 dominus et magister -us *(sc. Christus).* DIPL. Karoli III. 33 p. 56,23sq. quatenus . . . ab e-o remuneratore . . . retributionem e-ae remunerationis percipiat. WALTH. SPIR. Christoph. II 3,254 Christus. ALBERT. M. Is. 40,28 Deus sempiternus dominus, hoc est in omne -us praeteritum et in omne praesens et in omne futurum. *saepe.* *c. notione exsistentis ex aeternitate:* CAND. FULD. Eigil. II 17,71 genitoris es -us sine tempore natus. **2** *de caelo, inferno:* HRABAN. carm. 34,34 -a . . . quaerere regna sacra. WALAHFR. Wett. 623 igni. WALTH. SPIR. Christoph. II 4,235 chaos. THIETM. chron. 4,63 mansionis. *saepe.* **3** *de variis rebus divinis:* ALDH. virg. II 2876 arbiter -um . . . miserescat in aevum. WILLIB. Bonif. 5 p. 23,24 -ae praedicationis. MIRAC. Gertr. II 3 -is (-ae *var. l.*) in arce lucis. WALAHFR. Mamm. 26,57 -a . . . pietate vocatus. carm. 72,5,2 -is inhians lucellis. GODESC. SAXO theol. 24 p. 341,12 praeordinatio. CONC. Karol. app. 10 p. 857,8 -o anathemate feriatur. CAND. FULD. Eigil. II 2,17 lex -a Dei. HRABAN. epist. 29 p. 447,17 mortis. WANDALB. creat. mund. 162 mens, quae -a maneret. HROTSV. Agn. 426 -i bravio decoris. BERTH. (?) annal. praef. p. 268,32 -a illa et inmortalis vita. OTTO FRISING. chron. 8,26 p. 435,36 interno et e-o gaudio. TRAD. Scheftl. 317 cum Iuda et Nerone e-am habeat portionem. ALEX. MIN. apoc. prol. p. 9,11 iudicium. *saepissime.* **B** *usu communi:* **1** *latius:* WIDUK. gest. 1,9 p. 15,5 terram eis *(Saxonibus)* in possessionem -am traderet. 3,75 p. 152,15 -am reliquit memoriam. OTTO FRISING. chron. 5 prol. p. 226,30 Romanum imperium, quod . . . a paganis -um . . . putabatur. ARCHIPOETA 6,3 laudibus e-um nullus negat esse Salernum. *al.* *in oraculo:* OTTO FRISING. gest. 1 prol. p. 10,22sq. cum perveneris ad costam tetragoni sedentis -i et ad costam tetragonorum stantium -orum. **2** *strictius i. q. per vitam durans – lebenslänglich:* LEG. Wisig. 12,2,2 exilio. BEDA hist. eccl. 1,15 p. 32,32 servitium. CHART. Sangall. A 672 recipiens . . . ancillam . . . in proprietatem -am. ALBERT. M. animal. 12,114 natura eius *(cerebri)* est natura -a quaedam, dum durat animal. *al.*

II *subst. masc.:* *Deus – Gott:* ALDH. ad Acirc. 10 p. 84,29 Christus, filius -i.

III *subst. neutr.:* *quod numquam interit, res perpetua – das Ewige, das Unvergängliche (fere plur.; sing.: l. 9):* WILLIB. Bonif. 1 p. 4,30 -a magis quam praesentia cogitare. ALCUIN. epist. 35 *opp.* temporalia (CHART. Tirol. 1292). TRAD. Lunaelac. 71 *opp.* transitoria. OTTO FRISING. gest. 1,5 p. 17,3 sicut nec tres dii, ita . . . nec tria -a, sed . . . unum -um. *al.* *aeternitas – Ewigkeit:* WANDALB. creat. mund. 2 -i pater. in -um (-o) *i. q. in perpetuum – in Ewigkeit, auf immer:* CONC. Merov. p. 188,19 consensum fixo (*i.* -um) in e-o permansurum. GODESC. SAXO gramm. 1,46 p. 394,23sq. 'in -um': . . . stat '-um' pro aeternitate. CAND. FULD. Eigil. I 24 p. 233,32 cui *(Christo)* gloria et potestas in -um. HRABAN. carm. 32,12 semper in -um . . . vale. THIETM. chron. 2,1 vivat . . . rex victor in e-um. BERTH. (?) annal. a. 1079 p. 318,17 in -um damnandis. HEINR. LETT. chron. 15,3 p. 89,31 Maga magamas, id est: iacebis hic in e-um. *saepe.*

neutr. pro adv.: *in perpetuum – in Ewigkeit:* EUGEN. VULG. syll. 2 p. 413,17 -um salve praesul. BRUNO QUERF. fratr. 31 p. 737,50 sine fine e-um quiescere. ADAM gest. 2,67 suis -um lugentibus.

adv. **aeterne, aeterno.** *semper, in (ex) aeternitate – immer, (auf) ewig, von Ewigkeit her:* LIBER diurn. 85 p. 107,11 verbum . . . de patre . . . natum sine tempore et -e. RHYTHM. 149,378 inter . . . redolentes aromatum silvas -ae frondium. HRABAN. carm. 37,16 tuum credis, quod mendax commodat hora, -o et simili semper habere cupis. OTTO FRISING. chron. 8,33 p. 452,12 delectantur . . . in plene iocunda et e-e beata visione Dei. *Schmidt*

aether (eth-), -eris *m. (n.: l. 42sq. 44sq.)* (αἰθήρ) *script.:* heth-: AUDRAD. carm. 3,2,309. (a)eter-, aetr-: *p. 341,33.36sq. al. decl.:* *sing.:* *acc.:* *fere* aethera *(cf. p. 319,68);* (a)et(h)ra: PASS. Petri et Pauli 150 (*sc. metro cogente,* aethera *cod.; item:* HEIRIC. Germ. I 5 praef. 34). ABBO SANGERM. bell. 2,261. HROTSV. asc. 67. 126sq. Mar. 875. Pafn. 13,1. prim. 65. FROUM. carm. p. XII,16. EKKEH. IV. bened. I 34,5. CARM. Teg. 38,55. *v. et l. 51. p. 341,19.33. al.* (a)etherem: CARM. de Bened. 578. *v. et l. 66. p. 341,7.* aethrem: *p. 341,20.* *abl.:* (a)ethre: BERTH. carm. 1,126 (MGPoet. III p. 396). CARM. cod. Vat. (5330) 13,4. HROTSV. prim. 483. *v. et p. 341,37.39.42.* *plur.:* *nom.:* -a: ALDH. carm. eccl. 4,9,8. virg. II 429. 1989. *v. et p. 341,34.* aethra: *p. 341,29.* *gen.* -(i)um: *p. 341,24.26.* *acc.* -a: ALDH. carm. eccl. 4,2,36. virg. II praef. 32. II 1066. ad Acirc. 5,33. *v. et l. 56. p. 341,31.*

I *strictius:* **A** *de regione i. q. spatium superius caeli subtili materia expletum – Äther (def.:* GUNTH. PAR. [?] orat. 9,6 p. 175^{D} coelum vel coeli dicitur spatium illud mundi, quod est a firmamento usque ad lunarem globum, quod a Graecis -r nominatur. *v. et p. 341,55*): IONAS BOB. Columb. 2,12 p. 261,10 cum . . . *anima* supra aethra veheretur. HRABAN. carm. 4,1,22 quam *(casam)* tribuit illi super -a sedem arbiter omnipotens. HROTSV. Abr. 2,5 pertransies aera, supergradieris -a, zodiacum percurres circulum. Agn. 418 celeres super -is ignes. FROUM. carm. 35,1 turritum caput extollis super -a cuncta. EGBERT. fec. rat. 1,747 lucidus ether (*opp.* aer). *al.* **B** *de elemento:* **1** *elementum purius aere, materia ignea – (Elementar-)Feuer:* GUNZO epist. 15 p. 48,27 cui *(Heliae)* currum ex innocuo perspicuoque -is elemento (*cf. Vulg. IV reg. 2,11* currus igneus) paravit. HONOR. AUGUST. quaest. I 11 -r est ignis, scilicet quartum elementum. OTTO FRISING. chron. 8,9 p. 404,17 aer . . . in subtilitatem e-is transeat. ALBERT. M. summ. creat. I 4,61,2 p. 650^{a},44 -r quandoque dicitur coelum, quandoque ignis, quandoque purior aer. meteor. 1,1,5 p. 482^{b},29sqq. dixerunt . . . quidam sapientes philosophi -em esse idem quod ignem omnino; unde quidam veterum, cui nomen Anaxagoras, opinatus est, quod -is et ignis intentio esset una *(cf. Arist. p. 339^{b},21sqq.).* p. 483^{a},6sqq. duplex est ignis, scilicet purus, qui est superior et clarus et mundus et ille dicitur -r . . .; est autem alius ignis impurus . . . et ille est circa nos et non vocatur -r *(cf. Arist. p. 339^{b},30sqq.).* Ps. PLATO quart. 4 p. 159,43 -r

[Baader]

est substantia lucis vacua accidentibus. **2** *primum elementum (Aristotelis) ab igni distinctum – vom Feuer unterschiedenes Urelement (des Aristoteles):* ALBERT. M. cael. 1,1,9 p. 28b,45 corpus primum est distinctum a quatuor naturis enumeratis elementorum, quae sunt terra et aqua, aer et ignis, ... et propter velocitatem motus sui circularis vocaverunt ipsum -em derivantes nomen ab opere motus sui, eo quod ex motu inflammat materiam elementi sibi vicini *(cf. Arist. p. 270b,22sqq.)*. meteor. 1,1,5 p. 482b,39sqq. diffinitio ... -is est quoddam corpus velocis motus inflammans et inflammabile nominatur -r.

II *latius:* **A** *spatium inferius aere expletum, aer – Luftraum, Luft (cf.* GLOSS. III 351,1 St.-S. aer et e-r lvft): ALDH. virg. I 2 p. 230,11 non ut passivos oculorum obtutus libere per -a (aera *var. l.*) relaxet. 25 p. 258,4 *(de dracone)* -a corrumpens. ad Acirc. 27,3 scando per -a pennis. *al.* WALTHARIUS 46 scutorum sonitu ... superintonat -r. IOH. SCOT. carm. 2,5,36 *(de paschae tempore)* florigeros motus mittit *mundus* in aethra suos. FROUM. carm. 11,8 missile ... saxum ... stridenti sonitu ... fertur in aethrem. **B** *caelum – Himmel (def.: p. 340,64):* **1** *natur.:* ALDH. virg. II 217 fervet torridus -r. ad Acirc. 68,5 sub -is axe. PASS. Praeiecti I prol. p. 226,4 aquila ... ad -a volitans. HUGEB. Willib. 4 p. 102,1 de aereis -um arcibus. HRABAN. carm. 39,13,1 *Deus* formavit -a, terram simul et maria (*cf.* HUGEB. Willib. 5 p. 104,3 altissimi etherium [-rum *var. l.*] plasmatoris). WALAHFR. imag. Tetr. 3 ardentem gradibus legit -a Phoebus. WANDALB. mens. 109 scandentis in -a Tauri. MILO carm. 1,6,4,237 dum ... serena ... se reddunt aethra. EKKEH. IV. bened. I 7,2 conspectibus -a verrant. *saepe.* **2** *theol. de sede Dei, sanctorum sim.:* CARM. Aldh. 2,21 viri ... divulgati per -a summi Olimpi supprema. VITA Pard. 21 (MGMer. VII p. 38,4) ad etera coelorum penetraturus. FORM. Bitur. 3 ad aetra Dei. HRABAN. carm. 31,6 perfectum senio -a te capiant. 39,41,2 omnipotens ... misit pater ab -e filium unigenitum. HEIRIC. Germ. I 6,322 aetra libens repetit, qui germen ab aetere traxit. HROTSV. Dulc. 11,4 plaudent in aethre nostri spiritus. UFFING. Ida 1,13 precibus ... -a pulsant. FROUM. carm. 3,17 sexta idus ... hunc Augusti ... aethre locavit. VITA Maxim. Trev. II 12 cum sanctificatur in aethre. *saepe. meton. de Deo, sanctis:* HROTSV. prim. 483 factori flatum reddebat ab aethre receptum. EKKEH. IV. bened. I 32,6 concinit -r 'ave' tibi.

aetherius (eth-, -eus), -a, -um. (αἰθέριος) *script.* etaer-: *l. 48.*

I *proprie:* **A** *strictius:* **1** *ex aethere constans – ätherisch:* **a** *de spatio aetheris:* VITA Emm. 31 anima ... -eum (-um, etaereum *var. l.*) caelum penetravit. EKKEH. IV. pict. Mog. 477 mętas -as ... transmisit Helias. ALBERT. M. summ. theol. II 54 p. 570a,23sqq. dicit Rabanus in Glossa *(sc. loco incerto):* 'quidam enim dicunt tres esse coelos, scilicet aereum, -eum et siderum, nonnulli septem, primum aereum, secundum -eum, tertium olympium, quartum igneum, quintum firmamentum, sextum aqueum, septimum angelorum' (*cf.* summ. creat. I 3,14 p. 430b,31). **b** *de elemento:* URSO qual. 618 humiditas substantiam e-eam inspissat in aeream. **B** *latius:* **1** *aerius – Luft-* (*cf.* GLOSS. IV 141,36 St.-S. e-o ... luft): ALDH. ad Acirc. 27,4 -eo ... flatu. **2** *caelestis – himmlisch:* **a** *natur.:* CARM. Aldh. 1,15 sub -ea convexi celi camara. POETA Saxo 3,571 Phebus ... arietis -i gradiens in signa. CARM. cod. Vat. (5330) 14,9 *(de tonitruo)* e-o ... plausu. *subst. neutr.:* HUGEB. Wynneb. 13 p. 117, 45 tota e-a, terrestrea, aequorea. SEDUL. SCOT. carm. app. 2,8 quis videt -a, rura mareque simul. **b** *theol. de sede Dei, sanctorum sim.:* SISEB. Desid. 17 p. 636,6 in castris militare invitatur -eis. ALDH. virg. II 764 -eos per caeli culmina campos ... lustrat. LULL. (?) epist. 37 in -o Deo. HUGEB. Wynneb. 13 p. 117,41 e-as in arvas. VITA Pirmin. I 2 arbiter -us (e-eus *var. l.*). WALAHFR. carm. 20,44 in -a consotios requie. AGIUS epic. Hath. 158 *patriam* non carnalem, sed magis -eam. DIPL. Karol. III. 80 maiestatem e-eam. POETA Saxo 5,594 civibus -eis. HROTSV. Dulc. 14,5 -eum aeterni regis thalamum. PAUL. FULD. Erh. 6 in e-os meatus. *saepe. remissius de origine divina:* CARM. Aldh. 2,44 tropeo ... -eo. PAUL. DIAC. carm. 6,27 carneus -eo ignis ab igne perit. RADBERT. Arsen. 1,5 p. 27,28 spectant ... puro e-oque sensu. EPIST. divort. Loth. 12 p. 226,31 -eo angelicae visionis ... blandimento. WALTH. SPIR. Christoph. II 4 -eae puritatis.

II *translate i. q. caeruleus – himmelblau:* ELIS. SCHON. vis. 3,1 p. 56,11 coloris e-ei velut saphirus.

aethimologia *v.* etymologia.

Aethiops (Ety-, Ethi-), -opis *m.* (Αἰθίοψ) **1** *subst.:* **a** *homo niger – Neger:* GLOSS. III 429,25 St.-S. Etyops mor. IV 169,72 Ethiopes mori. *ibid. al.* **b** *lapillus niger in ludo tabellari – schwarzer Stein beim Brettspiel:* CARM. Scot. II 1 sol. 3,6 -es sancto concurrunt tramite bini. **2** *adi.: niger – schwarz:* AETHICUS ISTER 65 p. 44,14 -issima forma.

aethra (eth-), -ae *f.* (αἰθρη) *script.* -tr(a): *l. 22.36. plur.: l. 34.*

1 *strictius:* **a** *spatium superius caeli aethere expletum – Äther:* WALAHFR. carm. 19,12 purior -a. SEDUL. SCOT. carm. 1,6,10 quae *(vota)* volaverunt ... per aetram ac penetrarunt Domini ... tecta. **b** *spiramen igneum – Feuerhauch:* ALDH. ad Acirc. 99,1 cunctis aura vescentibus -ae. **2** *latius i. q. caelum – Himmel:* **a** *natur.:* ALDH. ad Acirc. 41,4 volucris penna volitantis ad -am. virg. II 1031 *(in imag.)* iustitiae ... solem septemplicis -ae. *al.* WALTH. SPIR. Christoph. II 133 clauditur ... ventis pluvialibus -a. EKKEH. IV. bened. I 7,14 infantem face ... sub -a micantem. METELL. Quir. 6,32 septem clara planetis caelis -a moras agit. **b** *theol. de sede Dei, sanctorum sim.:* ALDH. carm. eccl. 4,13,7 Christo regnante per -am. virg. II praef. 5 indigno conferre mihi dignetur *Deus* in -a (*huc spectat* GLOSS. II 21,9 St.-S. in lufdin) cum sanctis requiem. WETT. Gall. 2 in -is premio centuplici potiri. GODESC. SAXO carm. I app. 2,12,3 Christus, qui super aetram sceptra paterna continet. BERTH. carm. 1,154 (MGPoet. III p. 397) quae *(pignora)* terris iunxit et -e Deus. *al.*

***aethraleus**, -a, -um. *caelestis – himmlisch:* EPIST. Bonif. 147 -a laetitia.

aethralis (eth-), -e. *script.:* aetr-: *l. 47sq.*

caelestis – himmlisch: **1** *natur.:* ALDH. ad Acirc. 3 p 73,5 ante frontem -is tauri locatus. CARM. Aldh. 4,36 ignis -is. **2** *theol. de sede Dei, sanctorum sim.:* ALDH. virg. I 34 p. 275,11 -is litteraturae albo descriptos. CARM. Aldh. 2,26 -is heri. 3,2 solia. BONIF. carm. 1,124 arbiter. HRABAN. carm. 39,80 animabus aetralibus. WETT. Gall. prol. 7 regnum. 38 p. 278,35 melodias. CARM. var. I 27,1,10 aetrali ... in arce. HUCBALD. ad Karol. 34 (MGPoet. III p. 611) -em ... super astra viam. VITA Landel. 54 edem. *al. remissius de origine divina:* ALDH. carm. eccl. 4,8,2 gratia. virg. II 2513 coronam. epist. 5 p. 491,1 -bus ... in aenigmatibus. p. 491,13 germen -is extaseos. *al.* ARNULF. delic. 280 ensem.

***aethyia** *(f.) (formae ex* αἴθυια *corruptae) mergus – Taucher:* ALBERT. M. animal. 1,27 avis, quam Graeci vocant anzarsalicis. 5,29 avis ..., quae Graece vocatur alboreroz; avis ..., quae a quibusdam antiquis adii vocatur.

aetiologia *(f.)* (αἰτιολογία) *confirmatio – Angabe des Grundes:* ALBERT. M. metaph. 7,1,9 p. 419a,25 est ratio aitologia *(sic?)*, hoc est 'per se' nominatione certior.

aetites (et-, eth-, ech- *sim.*), -is *(m.)* (ἀετίτης) *lapis aquilae – Adlerstein (cf. Aet. Amid. 2,32):* MARB. RED. lap. 25,1 inter praecipuos lapides numeratur ĕthites, quam petit extremis orbis Iovis ales ab oris. ARNOLD. SAXO fin. 3,29 etites lapis est, color puniceus, in littoribus occeani vel in nidis aquile reperitur (*cf.* ALBERT. M. miner. 2,2,5 p. 35b,3 echites gemmarum optima est, colore puniceo). ALBERT. M. animal. 23,11 lapidem echytem sive gagatem. *fort. add.:* Ps. ARIST. lap. I p. 202,39 iste lapis vocatur filcrum coarton id est lapis festinans partum.

[Baader]

Aetna (Ethna), -ae *f.* (Αἴτνη) *metaph. i. q. gehenna – Hölle:* Cosmas chron. 1,38 p. 70,19 pena illos cruciabit in Ethna.

Aetnaeus (-thn-), -a, -um. (Αἰτναῖος) *metaph. i. q. gehennalis – höllisch:* Nivard. Ysengr. 7,667 dux ... Ethneus.

***aetos** *(m.)* (ἀετός) *de sidere i. q. aquila – Adler (als Sternbild):* Arnold. Saxo fin. 1,2,2 p. 17,22 ethos, id est aquila. p. 17,33 aytos. p. 18,10 hettos, id est aquila. *fort. add.:* Arnold. Saxo fin. 1,2,2 p. 16,42 hecos. *Baader*

***aevagogus**, -i *m.* (εὐάγωγος, *ex prava versione*) *princeps aetatis – Führer einer Altersklasse:* Albert. M. pol. 7,5[d] oportet -os, id est duces aevorum, ... institui a legislatoribus, qui -i (*p. 1327[b],38* εὐαγώγους) sunt ad virtutem, id est ad virtutem ducunt homines.

***aeuia** *v.* alleluia.

aeviternitas, -atis *f.* *aevum – Ewigkeit:* Albert. M. sent. 1,8,13 p. 239[a],18 quaeritur, utrum in aliquo differant nunc aeternitatis et aeternitas, et nunc -is et -s ipsa. princ. 4,1 p. 335[a],2. p. 335[a],4 aeternitas et -s non distinguuntur per formales differentias nisi ad temporis distinctionem. summ. theol. I 4,19,1 p. 125[b],6 esse se habet ad aeternitatem ut prius natura et vocat aeternitatem -em.

aeviternus, -a, -um. *aeternus (in aevo) – ewig:* Albert. M. summ. creat. I 2,3,2 p. 344[a],7 creaturas vel temporales vel -as. cael. 1,3,10 p. 89[a],5 vita ... est ibi ... fixa et stans, quemadmodum diximus de rebus, quae sunt -ae. *subst. neutr.:* Albert. M. sent. 1,8,12 p. 235[a],12 de aeternis, -is et temporalibus. phys. 4,4,3 p. 348[b],33 aevum ... excellit -um et ... aequatur illi. princ. 4,1 p. 334[b],32 haec dicuntur a philosophis -a, et ipsorum mensura est aevum. summ. theol. I 5,22,2,1 p. 160[a],3 -um ... est indivisibile per essentiam, expansum autem et divisibile per actum. *ibid. al.*

aevosus, -a, -um. *longaevus – hochbejahrt:* Vita Sadalb. 19 (MGMer. V p. 60,18) cum beata Sadlaberga in sanctitate -a ... vitam duceret. Hincm. epist. I 37[a] p. 14,27 contra ... iam -um in sancta religione patrem. Remig. 1 p. 260,21 in -o eius corpore.

aevum (ev-), -i *n. (? m.: l. 56) script.:* oe-: *l. 47.63. adde* Dipl. Conr. II. 5. *al.* eum: Form. Marculfi 2,46. *v. et l. 65. form. gen. sg.* -e: *p. 344,39.*

I *spectat ad quodlibet tempus:* A *de tempore infinito i. q. aeternitas – Ewigkeit:* 1 *gener.:* Alcuin. epist. 163 p. 263,15 quid sit inter ... saeculum et -um et tempus *eqs.* Wandalb. creat. mund. 5 existens sine fine -i principioque concrevit Deus orbem. Walth. Spir. Christoph. II 3,218 ipse *(Christus)* in principio discernens tempus ab oevo. Adalbold. Boeth. 33 nihil enim aliud est -um quam contractio totius temporis (*cf.* 23sqq.). Honor. August. imag. 2,1 -um est ante mundum, cum mundo, post mundum *eqs.* Albert. M. summ. creat. I 2,4 *(def.).* summ. theol. I 5,23,2,1 p. 178[b],20 -um est mensura eorum, quae facta sunt, sed finem non habent. *al.* 2 *in iuncturis:* in (per) -um, in (ab) -o, omni -o *sim. i. q. semper, in perpetuum, ex aeternitate – (für) immer, in Ewigkeit, von Ewigkeit her:* Leg. Wisig. 6,5,16 hoc omnem per evum mansurum damus edictum. Willib. Bonif. 8 p. 50,15 regnare cum Christo ... in evum. Walahfr. Wett. 632 nomine in -a carebit. carm. 46,1 omnipotentem ... benedicant omne per -um. Wandalb. martyr. compr. 43 ieiunique dies statuit ... servari ... per -um. Audrad. carm. 1,2,51 quam *(coronam)* ... genitor clausam tibi servat ab -o. Walth. Spir. Christoph. II 6,89 tenet imperium vitae mortisque per oevum. Froum. carm. 25,8 hęc ... semper mediteris in -um. *saepe. in formulis chartarum:* Form. Marculfi 1,16 conservare in evum (eum *A 2. 3*). Trad. Frising. 89 anathematus in evo permaneat. Dipl. Arnulfi 32 possidere in -o. Dipl. Heinr. II. 346 ut ... traditionis auctoritas ... omni permaneat evo. Dipl. Heinr. IV. 84 omni tempore et -o. Chart. Heinr. Leon. 73 omnibus evis (eius *C*). *saepe.* B *de tempore universo:* 1 *gener. i. q. saeculum, mundus – Zeit(lichkeit), Welt:* Rhythm. 146,9,1 *(de mola)* senior ab -o, Eva sum senior ego *(v. adn.).* Arbeo Emm. 31 post evi ruinam. Paul. Diac. carm. 7,3,4 despexit -i florida. Walahfr. carm. 77,13,3 respuens omnes vitiantis -i pectore noxas. Wandalb. martyr. concl. 4 quintus ... -i curriculis orbis adest. Agius comput. 2,4 *(de tabula)* brevi spacio cunctum complectitur -um. Dipl. Ludow. Germ. 154 in presenti evo (*opp.* in futuro regnum [*i.* -o]). Dipl. Otton. I. 273 p. 388,19 nos ... in ultima huius -i etate constituti. Benzo ad Heinr. praef. p. 598,32 si litterae celassent res evi praeteritas. Chart. Pomm. A 224 p. 490,37 advesperascente mundo -i iam termino. *al.* *per contrarietatem de regno caeli:* Donat. Ermenl. prol. (MGMer. V p. 682,16) quos *(patres)* ... illius -i ... nativitas caelo parturiendo a mortalium sequestravit obtutibus. Walahfr. carm. 25,11 *Christus* pater -i est alterius. 2 *meton. i. q. genus humanum – Menschheit:* Trad. Teg. 63 (a. 1048/68) descriptio omni presentium futurorumque denuntiet evo (228 o. -o utriusque sexus. 244. Chart. eccl. Erf. 188 p. 100,10).

C *de temporibus certis i. q. aera, spatium temporis – Zeitalter, Zeit(raum):* 1 *gener.:* Beda hist. eccl. 4,17 p. 243,21 -o praecedente (*opp.* nostra aetate). Wett. Gall. 32 mira res et praesenti -o inusitata. Walahfr. Wett. epil. 1,12 bono vigeas longa per -a statu (Wandalb. Goar. 2,1 p. 365,1 per longioris -i tempora. Hrotsv. Pel. 70 *Corduba* subdita per l. paganis regibus -um. *al.*). Hraban. carm. 37,35 nullo ... -o. Poeta Saxo 3,38 antiqui temporis -o. Dipl. Otton. III. 311 universę ętati ... presentis sęcli ac futuri -i notum esse volumus. Thietm. (?) chron. 6,37 ab evo antiquo. *al.* *de millennio:* Metell. Quir. 2,23 Roma ... laeta plenum conditionis -um percelebrando. 2 *comput. i. q. tempus ambitus, cyclus – Umlauf(szeit), Zyklus:* Carm. de temp. rat. 289 fugiens Foebum nata luna ... per -um secedit. 426 *luna* cursum tendit clar⟨i⟩us in -o. Agius comput. 4,18 dextri *lateris paginae* pars solis cum luna comparat -um. *fort. add.:* Gesta Font. 1 p. 14,38 ab anno ... DCXLV ... indictione tertia, -o tertio, qui erat annus ... regis undecimus.

II *spectat ad vitam:* A *de cursu vitae i. q. vita – Leben, Lebenszeit:* 1 *de vita terrena:* Aldh. virg. II 2117 virgineum. Arbeo Emm. 20 in arduam huius evi callem insudando. Hugeb. Wynneb. 13 p. 117,26 ex primo -e (*i.* -i) primordio contracti. Vita Pirmin. I 6 p. 27,11 humani metam ducere -i (Chart. episc. Hild. I 62 p. 56,8). Hrotsv. gest. 163 tranquillum ridens deduceret -um ... res publica. Theod. Trev. Liutr. 54,3 quo *(sc. in paradiso)* primi parentes olim -um letum duxerant. Albert. M. summ. creat. I 2,3,2 p. 345[a],2 dicunt quidam, quod ... -um ... est mensura vitam habentium tantum. *al.* per (totum) -um *i. q. per vitam – lebenslänglich:* Hugeb. Willib. 6 p. 106,8 plures per -um suae piętatis parma protegendo Domino deferebant ... natos. Walahfr. carm. 25,3 *fidem* servare diu totumque per -um ... ad usque obitum. Poeta Saxo 3,317 se fore ... Francis fidum ... per -um. *al.* 2 *de vita aeterna:* Aldh. virg. II 2876 arbiter aeternum mihi ... miserescat in -um. Hrotsv. sap. 9,9 dominaris per interminabilia inmortalis -i saecula. *al.* B *de gradu vitae:* 1 *gener. i. q. aetas – (Lebens-)Alter:* Aldh. virg. II 406 cum ... foret ... adultus atque prophetali iam maturesceret -o. Hugeb. Willib. 1 p. 88,17 fragili evo infantiali sexui. Hraban. carm. 34,5 ut crescat meritis, crescit ceu temporis -o. Walahfr. carm. 28,15 animus ... capacior -o. Waltharius 1454 raucellam nec ... vocem perpende, sed -um. Poeta Saxo 5,579 morbo pariter defessus et -o. *al.* 2 *meton. i. q. generatio aequalis – Altersklasse: v. p. 343,13.*

1. altrinsecus. **1** *adv.:* **a** *ex utraque parte, utrimque – von, auf beiden Seiten, beiderseits:* ALDH. ad Acirc. 140 p. 194,10 -s corrumpuntur, id est tam praepositio quam ceterae orationis partes. AMALAR. cod. expos. II 11,4 ponuntur candelae ante altare, non iam -s ..., sed mixtim. GERB. geom. 4,5 in media ... area et in singulis -s positis. BERNO ton. prol. 3 p. 64ᵇ consonantiae fiunt, quando -s virilis ac puerilis vox pariter sonuerit. *al.* **b** *invicem, mutuo, inter se – gegenseitig, untereinander:* ALDH. virg. I 60 p. 321,19 cum metrica leporis elegantia et rhetoricae disertitudinis eloquentia tantum -s discrepent, quantum *eqs.* WOLFHARD. Waldb. 2,18 laeta -s fabulatione. PASS. Ursulae 12 omnes *virgines* se -s scuto caelestis fidei ... armaverunt. CHRON. Salern. 126 p. 139,35 ut -s inter se fedus inirent. *al.* **2** *praep. c. acc. i. q. in utraque parte, utrimquesecus – auf beiden Seiten (entlang):* CHART. Pommerell. 319 p. 276,15 (a. 1280) cum feno -s fluvium, qui Strbok dicitur.

2. *altrinsecus, -a, -um. *extrinsecus superveniens – äußerlich:* MIRAC. Bav. praef. quod veritas ... non querat -am colorum adhibitionem.

altrix, -icis *f. form.:* alet-: *l. 61sq.* alit-: *l. 63.69. usu adi.: l. 64.*

nutrix, educatrix, fautrix – Ernährerin, Amme, Erzieherin, Förderin: **1** *strictius:* **a** *de hominibus:* ALDH. virg. I 26 p. 260,11 quae *(verna)* -x infantis fuerat. *in imag.:* BONIF. carm. 1,329 -x me *(sc. ignorantiam)* numquam docuit, sapientia quid sit. **b** *de rebus:* ALDH. ad Acirc. 12,1 -x cunctorum ... nuncupor *(sc. terra).* WALAHFR. carm. 27,1 arboris est -x quondam vagina medullae (*sim.* CARM. Augiens. 3,2). CARM. Cantabr. 35,3,4 luporum -x silvula. *al.* **2** *latius:* **a** *de hominibus:* EPIST. Teg. I 1ᵘᵗ. regum regnorumque -i, nobilissimę Adalheidę auguste, ... titulum ... salutacionis. **b** *de rebus: de terris, urbibus:* IULIAN. TOLET. Wamb. 5 Galliarum terra, -x perfidiae. AETHICUS ISTER 79 p. 59,14 Athenas, ... aletrix iuventum *(sic)* tuorum *(sc. Ioniae).* 108 p. 81,17 ortus et aletrix regum ..., Hierusalem. HYMN. Sangall. p. 126 Italia exultet, alitrix tanti iuvenis. ARNULF. SAG. invect. 8 p. 107,3 -x tyrannorum Sicilia. *al. adi. i. q. patrius – heimatlich:* WALDO Anscar. 13,2 -bus oris. *de rebus incorporalibus:* BONIF. carm. 1,107 -x virtutum ... vocabor *(sc. patientia).* WALTH. SPIR. Christoph. II 4,7 in gremium -is *(sc. ecclesiae)* sacrę cunasque recepti. CHART. civ. Ratisb. 94 unitas et societas... concordie mater et alitrix noscitur esse vera. *al.*

altudo *v.* altitudo.

***altura**, -ae *f.* **1** *altitudo – Höhe:* CHART. Tirol. 482 p. 270,11 (a. 1194) auctoritatem dedit... edificandi... quamcunque munitionem in quacunque -a sibi in eodem dosso placuerit. **2** *profunditas – Tiefe:* BERNOLD. WAT. chron. 2 ex sui *(sc. amnis)* -a. COD. Wang. Trident. 241 p. 451,14 *(de argentifodina)* in maiori -a ... debent ire. *Ziltener*

altus, -a, -um. *compar. fem. sg.* -iora: *l. 25.63. p. 523,21 (cf. N. Fickermann, JbGeschMitteld. 6. 1957. p. 39).*

I *excelsus, erectus, editus – hoch, aufgerichtet, emporragend:* **A** *proprie:* **1** *strictius de habitu:* **a** *de rebus:* WALAHFR. hort. 102 ulmum. WANDALB. mens. 192 silvis ... sub -is (PETR. CAS. [?] chron. 4,18 p. 770,32 monasterium ... cum s. -a. CHART. Rhen. med. II app. 15 p. 401,33). WALTHARIUS 14 solio ... in -o. HROTSV. Mar. 826 urbem ... moenibus -am. BERTH. (?) annal. a. 1077 p. 300,21 ripa ... -issima eminebat. *persaepe. in locorum nominibus:* DIPL. Karoli III. 145 p. 232,38 Alta ripa *('Hauterive').* CHART. episc. Halb. 825 p. 110,33 iudicio apud Altam arborem. *al. medic. i. q. tumidus – geschwollen:* TRACT. de caus. mul. 32 locus ... durus et -ciora parit *(fort. leg.:* alcior a⟨p⟩paret). **b** *de anim.:* ALDH. ad Acirc. 71,5 elefantes. WALTHARIUS 460 dum cervicem sonipes discusserit -am. GERH. AUGUST. Udalr. I 17 caballum. *al. per compar.:* ALDH. ad Acirc. 111,21 -ior ... caelo rimor *(sc. creatura)* secreta tonantis. **2** *latius:* **a** *de situ:* ALDH. carm. eccl. 5,8 laqueo suspensus *Iudas* ab -o. AETHICUS ISTER 3 mundus ... informe fuit constitutus, ... dum -iora fabrica tecta videbatur. WALAHFR. carm. 20,26 sidera. HROTSV. asc. 101 super caelos ... -os. EKKEH. IV. bened. I 19,54 gladium ... -um (gloss.: id est levatum ad ictum). ALBERT. M. animal. 1,612 dexter ... ren -ior (*p. 496ᵇ, 35* ἀνώτερος) est quam sinister. *saepe. in locorum nominibus:* WETT. Gall. 3 per Altam Germaniam (*cf.* WALAHFR. Gall. prol. p. 281,13 ab -o situ provinciae idem vocabulum [*sc. Altimania*] ... confictum est). LIUTOLF. Sever. I 7 ad Altum monasterium *('Altenmünster').* LAMB. LEOD. Matth. I 2367 Alti castelli *('Hoenburch')* municipatum. ANNAL. Mell. Vind. I a. 1276 p. 707,10 Altum forum. *al. de avibus i. q. in alto volans – in der Höhe fliegend:* FRID. II. IMP. art. ven. 5 p. 178,18 ad airones longinquos et -os. **b** *de directione i. q. in altitudinem versus – in die Höhe gerichtet:* VITA Erasmi 146 mansurus eris ... in ignibus -is. BRUNO QUERF. fratr. 13 p. 731,24 -us cruor. *al. in imag.:* CAND. FULD. Eigil. I 4 precibus -is (II 10,18). **B** *translate:* **1** *gener.:* **a** *sublimis, venerandus, sanctus – erhaben, verehrungswürdig, heilig:* FORM. Senon. I 21 Deo -issimo. EIGIL Sturm. 12 -issimo rege Christo. HRABAN. carm. 11,8 praesul honeste Dei, plebis et -us honor. 23,8 sophia ... -a Dei. WALAHFR. carm. 49,13 tui -a ad praemia regni. CAND. FULD. Eigil. II 17,73 potestas. 17,132 martyr. WANDALB. martyr. 302 Maximine, tibi quarto Trevir -a coruscat. *saepe. de gradu:* LIOS MON. 70 sacratio presulis -i *('Hoherpriester' ed.).* **b** *generosus, nobilis – edel, adelig:* VITA Pirmin. I 6 Wernharius -a prosapia Francorum ortus. CAND. FULD. Eigil. I 5 p. 224,27 ab hac -a et generosa electione. II 12,13 regis. DIPL. Otton. I. 365 -ae vel humilis personae (DIPL. Otton. II. 93. CHART. Brixin. 60. *al.*). CHRON. Salern. praef. p. 469,37 (vs.) -e comes. BALDER. Alber. 23 p. 255,11 vir -i sanguinis (CONST. II 54 p. 66,6. *al.*). *saepe. remissius:* TRAD. Weiss. app. I 297 (a. 1058) questio in -o disponatur palatio. CHART. episc. Spir. 318 p. 287,15 recolentes *(sc. Richardus rex)* -issimo placitu ... ecclesiam. **c** *praestans – hervorragend:* WILLIB. Bonif. 4 p. 13,22 ad -iora bonorum documenta. WALAHFR. Wett. 447 -ae Romanae gentis. carm. 38,96 ingenio (CAND. FULD. Eigil. II 14,47. *al.*). VITA Vincent. 5 (MGMer. V p. 117,20) ad -ciora erudicione. FROUM. carm. 32,76 -ior in meritis *pater.* VITA Liutw. I 10 ut in virtutum provectu nullus sibi -ior, in humilitatis despectu nullus inveniretur deiectior. *saepe.* **d** *magnus, gravis, acer – groß, erheblich, intensiv:* WALAHFR. carm. 38,50 nivium vis ... -as fecit habere moras. DIPL. Otton. I. 405 p. 551,42 -is contentionibus. FROUM. carm. 27,14 labor. ANNAL. Pegav. p. 238,5 -a obsidione. *al. de censu:* CHART. Gosl. II 52 (a. 1258) nullus ... ipsos ad censum cogat -ciorem. *de colore i. q. vigidus – kräftig:* TURBA phil. 14 p. 124,14 ut sit *color* -ior ... et audacior.

[Srodor]

e *superbus – hochmütig:* Donizo Mathild. 2,24 elatis -a, mitis sed mitibus astat *Mathildis.* **2** *spec.:* **a** *de sono, voce i. q. elevatus, clarus – erhoben, laut:* Arbeo Emm. 36 confessionem -a voce dedit. Albert. M. animal. 4,108 omnes feminae sunt -ioris et subtilioris (*p. 538b,13* λεπτοφωνότερα καὶ ὀξυφωνότερα) vocis. *al. mus.:* Alcuin. (?) mus. p. 26b,17 primi *toni* -iores, secundi inferiores. Hraban. inst. cler. 2,48 p. 156,21 perfecta ... vox est -a, clara et suavis *eqs.* Ps. Odo Clun. dial. prol. p. 251b,9 vocem ad -um tonum pertinentem. Theoph. sched. 3,86 si volueris cymbalum -ius habere. *sublime sonans – erhaben klingend:* Cand. Fuld. Eigil. II 14,62 -a ... modulamina missae. **b** *de stilo, tenore i. q. grandis – gehoben, feierlich:* Otto Frising. gest. 1 prol. p. 12,15 si ... ad -iora velut phylosophica acumina attollatur oratio. Conr. Mur. summ. 6,6a p. 434,42 tres sunt stili: humilis, mediocris et -us. **c** *iur. i. q. gravis – hoch(gestellt), bedeutend:* Lex Raet. Cur. 2,1,6 -ciores causas. Chart. Hall. I 183 in -o ... iudicio. Chart. Rhen. inf. IV 664 iusticias -as et civiles. Const. III 27.

II *profundus – tief:* **A** *proprie:* Aethicus Ister 58 p. 37,18 -iora limfa. Antidot. Glasg. p. 142,27 vulnera. Poeta Saxo 4,46 sub -o terrarum gremio. Waltharius 50 amnes. *al. in imag.:* Hraban. carm. 39,55 -um abyssum ... dogmatum. *de gemitu ex profundo veniente:* Cand. Fuld. Eigil. II 24,10 -us ... per omnes it gemitus. **B** *translate:* **1** *gener.:* **a** *sublime, sollemniter – erhaben, feierlich:* Aesculapius 3 p. 4,43 somno. Poeta Saxo 3,30 nox. Vita Liutg. II 1,24 p. 101,7 pace. Walahfr. carm. 5,81 oblivio. Caes. Heist. hom. exc. p. 27,16 horrenda sacrilegia '-am vitam' vocant; ... est enim in viciis profunda nimis. *al.* **2** *de mente sim.:* **a** *intellegens, sagax – verständig, einsichtig:* Walahfr. Blaithm. 115 cum sancta viri mens ... sensu praenosceret -o. Thietm. chron. 8,14 in -a mente sua. Thangm. Bernw. 3 -iori ... industria ... simulationes praevidebat. *al.* **b** *secretus – verborgen:* Thietm. chron. 5,29 latentibus insidiis suis -a mentis intencione.

III **A** *local. i. q. longinquus – entfernt:* Waltharius 817 ex Avarum ... sedibus -is. **B** *temp. i. q. progressus – vorgerückt:* Bruno Querf. fratr. 13 p. 733,8 surgente ... die ... usque ad -am horam.

subst. masc.: **1** *deus – Gott (fere superl.):* Paul. Diac. carm. 7,4,2 afflatus -i flamine. Hugeb. Wynneb. 13 p. 116,28 almus -issimi anthletus. Walth. Spir. Christoph. I 19 tu solus -issimus in omni terra. Chart. Turic. 1654 p. 9,5 quanto nos alcius exaltavit -issimus. *saepe.* **2** *homo illustris – ein Hochgestellter:* Hildeg. epist. I 50 p. 259B -i et -iores, parvi et minores.

subst. neutr.: **I** *excelsitas – Höhe:* **A** *proprie:* **1** *strictius:* Lex Sal. Merov. 102,1 bargo v pedes in -um. Hugeb. Willib. 3 p. 91,24 gressum dirigebant in -um. Agius epic. Hath. 583 ex -o ruiturus. Waltharius 1455 petit *cicada* -a. *saepe. c. gen.:* Arbeo Emm. 25 poli. Hugeb. Wynneb. 4 p. 109,16 Alpium. Walahfr. hort. 107 ramorum. *al. medic.:* Ps. Galen. febr. 199 quartane febres ... pulsum faciunt rarum et segnem et in -um (*cf. Galen. ed. Kühn VIII p. 461,12* κατὰ βάθος). *de tertia dimensione:* Syll. Sangall. app. 5,74 numerus crassus ad -a volans. Adalbold. sphaer. 5 quadratus si septies in -um tollatur, CCCXLIII pedes reddit *eqs.* **2** *latius:* **a** *caelum – Himmel:* Hraban. epist. 12 supernus arbiter, qui in -is habitat. Hrotsv. Mar. 140 angelus ... descendit ab -o. Thietm. chron. 2,10 gratiam spallens ... in -issimis Deo. *saepe. remissius:* Carm. Bur. B 32,2 -a mereri. Const. III 248,1 quantum nobis ex -o permittitur. **b** *solium – Thron:* Waltharius 441 fatur *rex* ab -o. **B** *translate:* **1** *gener.:* **a** *res sublimis – etwas Hochstehendes:* Pass. Petri et Pauli 184 ne multum -a velis, ne inferiora petas *(cf. Vulg. Sirach 3,22).* Otto Frising. gest. 1 prol. p. 12,18 rebus simplicioribus -iora interponere. **b** *res efficax – etwas Wirksames:* Annal. Magd. II a. 954 p. 145,66 coacti sunt obsessi ... aliquid -ius actitare. **2** *spec.:* **a** *de sono, voce i. q. elevatio – Höhe, hohe Lage, Erhebung:* Beda hist. eccl. 3,2 p. 129,5 quia ... elata in -um voce cuncto exercitui proclamaverit. Ordo Rom. 5,66 sequitur in -um prefatio dominicae orationis. Conr. Mur. summ. 2 p. 420,8 quorum *(verborum)* penultima tendit in -um. *al.* **b** *iur. i. q. gravis iurisdictio – hohe Gerichtsbarkeit:* Chart. Merseb. 240 p. 194,7 (a. 1239) in -um et in bassum nostro stare arbitrio promiserunt (Chart. Lux. IV 80 p. 122,21 compromissum de -o et b. Chart. Helv. arb. 147 p. 229,8. *al.*). **c** *philos. i. quod difficulter attingi potest – etwas schwer Erreichbares:* Albert. M. resurr. 106 p. 308,7 -um indeficiens et potens, replens affectum quantum ad alteram sui partem, scilicet irascibilem. p. 308,34 pravus actus ad -um potens est furor. summ. creat. II 67,2,2 p. 558b,11 irascibilis debet denominari respectu eius, quod est proprium obiectum: hoc autem est arduum et -um. *ibid. al.*

II *profunditas – die Tiefe:* Marc. Valer. buc. 2,100 preceps dabo me ... in -a.

adv. **alte.** **I** *excelse, erecte – hoch, aufgerichtet, emporragend:* **A** *proprie:* **1** *de rebus:* Hrotsv. Pel. 400 -e surgentibus undis. Walahfr. hort. 91 abrotani ... -e (gloss.: uf) pubentis frutices. Thietm. chron. 4,30 machinamenta -e constructa. *al. in imag.:* Walahfr. carm. 38,57 -ius ascribent laudes. *al.* **2** *de anim.:* Walahfr. Mamm. 12,2 iubet -ius ... sanctum suspendi. Hraban. carm. 37,19 nutricis gremio ... puer -ius exit. Frid. II. Imp. art. ven. 4 p. 103,21 quidam *(falcones)* volant -e, quidam inferius. *al.* **B** *translate:* **1** *gener.:* **a** *sublime, sollemniter – erhaben, feierlich:* Chart. episc. Hild. I 528 (a. 1197) episcopus ... templum -e consecravit. **b** *magnopere, valde – in hohem Maße, sehr:* Cand. Fuld. Eigil. II 17,83 temet benedicimus -e. Carm. Cent. 146,3 satis -e ... floruit eloquiis. *c. adi.:* Ekkeh. IV. cas. 124 praedicator -issime apertus. *de pretio i. q. impense, care – teuer:* Const. I 140,11 (a. 1152) -ius modium et carius vendere. **2** *spec.:* **a** *de sono, voce i. q. elevate, clare – erhoben, hoch, laut:* Aldh. virg. II 372 tuba ... reboat ... -e. Nivard. Ysengr. 6,9 Reinardus clamitat -e. *al. mus.:* Aurel. Reom. mus. 10 p. 43a,37 -ius finis *versuum* erigitur. Notker. Balb. ad Lantb. p. 106 'a' ... admonet, ut cantus -ius elevetur. Nivard. Ysengr. 7,101 sus super equa levans monacordum iura canebat -ius. **b** *de stilo i. q. granditer – gehoben, feierlich:* Epist. var. II 15 p. 321,34 partem orationis ... -ius enuntiandam. Otto Frising. gest. 1 prol. p. 12,21 sive more ... colonorum summissius vel principum ... -ius narrando. **c** *iur. i. q. modo gravis iurisdictionis – nach Art der hohen Gerichtsbarkeit:* Chart. Helv. arb. 57 p. 91,25 (a. 1250) -e et basse dictum (59 p. 97,15).

II *profunde – tief:* **A** *proprie:* Walth. Spir. Christoph. II 2,216 virga ... -ius in viridis defixa cespite ruris. 6,49 -ius ... pelagi scrutantes terga. *in imag.:* Vitae patr. Iur. 3,14 ne ... -ius graviusque corruerent *superbi. de gemitu i. q. penitus – aus der Tiefe:* Thietm. chron. 8,30 -e gemitu tracto. *al.* **B** *translate:* **1** *intrinsecus – innerlich:* Cand. Fuld. Eigil. II 25,32 paenituit -e. Thietm. chron. 5,20 quem *(archiepiscopum)* cum -cius ... custodia ... in mentis secreto morderet. **2** *subtiliter, diligenter – sorgfältig, genau:* Cand. Fuld. Eigil. I 11 quid ... -ius vel manifestius ... poterit explicari? Trad. Ratisb. 157 -ius excogitare. Thangm. Bernw. 11 -ius indagando repetere. Dipl. Heinr. IV. 423 p. 567,28 rem sanius -ciusque perscrutantes. *al.*

III *de tempore:* **A** *tarde (-ius) – spät(er):* Meginfr. carm. p. 647B de quo ... tractabimus -e. Ekkeh. Uraug. Hieros. 1,7 -ius replicemus. **B** *mature – früh:* Bernold. Const. chron. p. 393,33 Romani a Ianuario, Aegiptii ... a Septembri, scilicet quatuor mensium -ius inchoantes *eqs.*

?***altya,** -ae *f. (orig. inc.) avis aquatica (anatibus similis) – (entenartiger) Wasservogel:* Frid. II. Imp. art. ven. 1 p. 15,32 anates ... et circelle et -e et geyoni ... pascuntur ... in aquis vel extra aquas. *Sroder*

alvare *v.* alvearium.

***aludel,** -elis *n. vel* ***aludellum** (-us), -i *n. (m.) (arab.* uṭāl, *cf. Lokotsch, Etym. Wb. d. Wörter orient. Urspr. nr. 2142) script.:* -ute-: *p. 525,12.19.* -uthe-: *p. 525,7.16.* -ela: *p. 525,14.*

[Baader]

vas ex duabus partibus compositum et ad sublimationem specierum solidarum aptum – ein aus zwei Teilen zusammengesetztes Sublimationsgefäß für feste Stoffe (cf. J. Ruska, QuellStudGeschNat. 6. 1941. p. 615q.): ANON. secret. p. 48,17 -l est vas pro sublimatione specierum siccatarum et debet esse strictius in fundo *eqs.* Ps. GERH. CREM. sal. I 20 aperi -thel. GEBER. summ. 1,43 p. 566 firmetur vas -l et circumlinatur ad furnum. 1,44 p. 569 intentio . . . vasis -is est, ut fingatur vas de vitro spissum. Ps. AVIC. anim. 6 capit. p. 165 quod -um . . . sit frigidum. 6,6 p. 235 ad lutandum -dellos. p. 238 debent fieri -a: -l fuit inventum per geometrica. p. 240 misce et mitte in -tello . . .; intimavimus -tellos et lutum magisterii. epist. 9 in -e. Ps. CALID. secret. 2 p. 185^{b},20 scire vasa in hoc magisterio, scilicet -dela, et sapientes vocant coemeteria seu cribratoria. Ps. PLATO quart. 4 p. 179,9 sublimetur calcinatum per -thel et decoctum per cucurbitam. ALBERT. M. miner. 4,1,2 p. 85^{b},12 in collo vasis, in quo fit sublimatio, quod -tel vocatur. THEOD. CERV. chirurg. 4,8 p. 183^{H} in -tello. *al.* *v. et Suppl. Arab.* *Baader*

alvea *v.* alveus.

alvearium, -i *n. vel rarius* **alveare**, -is *n. (m. vel f.: l. 40. cf. l. 24) script.:* alb-: *l. 38.44. adde* WILLIB. Bonif. 5 p. 22,22 *cod. 1.* -var-: ARNOLD. SAXO fin. 2,6 p. 62,43 in alvari. -re-: *l. 38. form.: nom. sg. (vel pl.?)* -ia: *l. 28.29. nom. et acc. sg.* alvear: *l. 30.49. adde* GLOSS. III 215,48 St.-S. *ibid. al.* *nom. pl.* -res: *l. 40.*

1 *mellarium, vas (apium), apiarium – (Bienen-)Stock, (Bienen-)Korb, Bienenstand (cf.* GLOSS. III 406,50 St.-S. -ia binekar. 444,74 -ia pivaz. *ibid. al.):* **a** *proprie:* LEX Saxon. 30 qui -um apum . . . furaverit. WALAHFR. Gall. 2,8 -r (alveas 3^{c}) cum melle et apibus furtim . . . auferens. TRAD. Frising. 652 de apibus -ia II. MIRAC. Trud. 7 de suo -o unum vasculum . . . communicare sancto viro. CONST. II 427,28 apes in -bus suis secure consistant. CHART. Livon. A I 93 p. 112,31 in fodiendis -iis apum de lignis, que sunt in myricis. ALBERT. M. animal. 26,5 -is purgationem, *saepe.* **b** *in imag. et per compar.:* ALCUIN. Willibr. 4 (MGMer. VII p. 119,8) quatenus . . . in sui pectoris albeareo (albearo *5*, alveari 3^{b}) . . . virtutum favos construeret (CHRON. Reinh. a. 1213 p. 582,24). EKKEH. IV. bened. I 36,18 (gloss.) -res mansiones paradysi. *de congregationibus:* VITAE patr. Iur. 1,4 coeperunt . . . patrum examina velut ex referto apum -o . . . diffundi. HUGEB. Wynneb. 7 p. 112,26 monachicalem apium examen . . . ad albeariis (-ris *2*) congregavit vitae aeterne. EKKEH. IV. carm. Gall. 4,3. *in titulo libri:* BURCH. SION. descr. 2,28 sicut in -o Clementis legitur. **c** *translate i. q. exercitus – Heer:* BENZO ad Heinr. 3,15 multi barones perierunt ex utroque -o. **2** *alveus – Trog:* GLOSS. III 694,53 St.-S. -r grant.

alveolus, -i *m. (f.: l. 51; n.: l. 52) script.* -vio-: *l. 58. form. nom. sg.:* -a: *l. 55. adde* GLOSS. III 643,56 St.-S. *al.* -um: *l. 55. adde* GLOSS. III 643,3 St.-S. *al.*

1 *vas(culum) ligneum oblongum, alveus, magis – (kleine) hölzerne Mulde, Trog, Backtrog (cf.* GLOSS. III 265,3 St.-S. -a multera. 349,21 -um trogelen): FORMA mon. Sangall. p. 15^{a} -us, repositio farinae. CHART. Rhen. med. I 514 p. 570,45 mansus quilibet . . . unum -um . . . solvet. CHART. civ. Hild. 287 p. 139,19 lagene V et dolea IIII, alvioli IIII. CHART. Sil. C 62^{a},5 vendentes res super mensas in -is vel capisteriis. *alch.:* AENIGM. super turb. 7 p. 497^{a},4. *scutella – Schüssel:* GLOSS. IV 178,31 St.-S. -us zeile. **2** *feretrum – Bahre:* EBERW. Symeon. 5 p. 100^{B} in -o componitur. CAES. HEIST. Engelb. 3,8. **3** *flumen, fluminis bracchium, meatus aquae – Fluß, Flußarm, Wasserlauf:* DIPL. Otton. II. 191 p. 218,18 usque in Uuillerbach et per eiusdem -i rivulum. GESTA Camer. 1,98 p. 441,25 in tantum excrevit -us, ut *eqs.* CHART. Naumb. 382 usque ad inferiorem -um Sale. *fossatum – Graben:* CHART. Friburg. 253 p. 226,16 (a. 1272) quod . . . derivandi . . . medietatem dicti fluvii a vero et antiquo alveo . . . per -os sive ductus privatos . . . habeant facultatem. *ibid. iterum.* **4** *alveare – Bienenkorb (in imag.):* VITA Annon. I 1,1 p. 468^{a},12 quicquid ad exercendum ingenium . . . se offerebat, statim ut apes . . . -o cordis intulit (*cf.* VITA Theog. 1,25 p. 450,16 pectoris).

***alverana** (-erra-) *f. (arab.* barran; *cf. Lokotsch, Etym. Wb. d. Wörter orient. Ursprung. nr. 251) turris – (Wacht-)Turm:* NARR. itin. nav. p. 184,25 turris . . . habebat viam ad almadinam . . .; et hec -a dicitur *eqs.* p. 186,11 nobis videntibus de turri, que alverrana dicitur.

alveus, -i *m. (f.: l. 10. cf. p. 525,30; n.: l. 11) script.:* alb-: *l. 15.31.69. adde* WILLIB. Bonif. 5 p. 23,18. ARBEO Emm. 32. *al.* -bi-: *l. 69. form: nom. sg.:* -a: *l. 63. 72.* -um: GLOSS. II 733,7 St.-S. *ibid. al. fort. add. l. 29. gen. pl.* -arum: *l. 43.*

I *vas ligneum oblongum, magis – hölzerne Mulde, Trog:* MAPPAE CLAVIC. 288$^{ex.}$ a dolio in -um exibit vinum *eqs.* GLOSS. med. cod. Trev. p. 151,26 albeus trog (REGISTR. Dal. p. 387,19). TRAD. Westph. III p. 18,9 dabit IIII -os, qui capiunt VI metretas. ALBERT. M. animal. 4,36 quod *(ostreum)* est sicut -i duo coniuncti (*cf.* 4,39). *cymba – Nachen:* HERBORD. Ott. 3,17 p. 757,31 -us (alnus *var. l.*) brevissimus, qui a duobus viris facile portaretur.

II *fossa, per quam fluvius defluit, fluvius, meatus aquae – (Fluß-)Bett, Fluß, Strom, Wasserlauf (cf.* GLOSS. III 415,47 St.-S. -um aherunsi. IV 262,11 -i grundes): **A** *gener.:* **1** *proprie:* LEX Baiuv. 19,2 si . . . cadaver a fluminis -o ad ripam proiectum fuerit (TRAD. Frising. 339. *saepe*). WALAHFR. carm. 14,3,6 te secum rapit -us (*cf. Verg. georg. 1,203*). DIPL. Ludow. Germ. 33 p. 42,27 super -um Fulda. DIPL. Karoli III. 32 p. 55,14 torrentis. ANNAL. Fuld. Ratisb. a. 891 p. 120,39 ut . . . -um *(acc. pro nom., v. notam ed.)* amnis siccum appareret. DIPL. Otton. II. 278 p. 324,4 Trepus dilabitur in albeum Aufidi. CHART. Hall. I 266 p. 216,41 *ripa* mecietur fluvio . . . in suo iusto et pleno -o constituto. *saepe. v. et p. 525,69.* **2** *in imag.:* ACTA imp. Böhmer 975 (a. 1260) nos ab eius naturalis sanguinis -o derivati. ALEX. MIN. apoc. 16 p. 343,10 populus ab illius imperii -o exsiccatur. **B** *spec.:* **1** *bracchium fluminis vel maris – Flußarm, Meeresarm:* DIPL. Karoli III. 16 p. 25,32 cum . . . insulis, ubicumque esse videntur in -is vel curriculis Padi. ADAM gest. 4,1 p. 229,1 civitas alio cingitur -o, qui ab occeano influit. LEO MARS. chron. 2,65 p. 673,10. CHART. Bern. II 218 collateralem. **2** *cavitas maris – Meeresbecken:* BEDA temp. rat. 29,18 ut . . . aestus oceani . . . suum relabatur in -um. GESTA Karoli M. p. 184,1 tumultus . . . undarum maris litora -arum (-orum *D*) tangencium. **3** **a** *canalis – Kanal:* PORTA Saxo 3,160 si fieret tantus fossa tellure paratus -us. CHART. Burgenl. 33 salsuginis. CHART. Naumb. 279 p. 263,15 ad aqueductus -um. CHART. Hagenow. 335 p. 245,23 -um sive fossatum. *al.* **b** *fossatum vel stagnum molendini, reclusio aquae, saeptum – Mühlgraben, -teich, Staubecken, Wehranlage:* COD. Thietm. 1 -um fluminis Trûnę, qui dicitur teutonice wôrslac. TRIUMPH. Lamb. 7 (MGScript. XX p. 502,41) quae *(aqua)* . . . super rotarum -os influebat. CHART. archiep. Magd. 311 p. 394,12 molendinum . . . cum legitimo superioris et inferioris -i termino. CHART. Turic. 1187 decernimus . . . aqueductum fluere debere per canales ultra -um ipsius molendini. CHART. Basil. C II 234 in molendino seu -o dicto . . . dem Tiche. *al.* **4** *piscina – (Fisch-)Teich:* CHART. Eberb. 187 p. 319,6 (a. 1238) -us . . ., qui vulgo mare vocatur. p. 320,26 piscationis. *ibid. al.*

III *cavum – Höhlung:* WILH. CONG. chirurg. 1655 in -o inter duos musculos sub articulo, ubi humerus coniungitur brachio, fit cauterium.

IV *alveare – Bienenkorb (cf.* GLOSS. IV 241,3 St.-S. -a pinechar): ANNAL. Xant. a. 873 p. 33,5 locustarum innumerabilis turma more apium de -o exeuntium . . . exorta est. *in imag.:* EPIST. Wibald. 221 p. 340,1 in -um cordis mei.

V *alvus – (Unter-)Leib:* BOTAN. Sangall. 17,4 *(de concoctione)* ad albio concitandum. *in imag.:* NIVARD. Ysengr. 3,901 patuli satiabitur -us Orci.

VI *sordes aurium – Ohrenschmalz:* GLOSS. med. cod. Trev. p. 151,26 -a sordes aurium.

[Pape]

VII *per confusionem ut vid. i. q. album – Buch:* ALCUIN. epist. 269 p. 428,2 nomen in -o (albo *corr. Nolte*) fraternae dilectionis transcribere. *v. et* albus *p. 435,34sqq.* *Pape*

***alvicella**, -ae *f.* *(orig. inc.)* *nomen plantae – Pflanzenname:* IOH. sacerd. 57 olei -e.

***aluinum**, -i *n.* *(retrograde a batav.* aluin, *cf. F. Kluge-A. Götze, Etym. Wörterb. d. dt. Sprache.* [18]1960. *p. 12) alumen – Alaun:* WILH. RUBRUQU. itin. p. 392,7 asportaverant totum -um de Turquia.

alvio *v.* alluvio.

alum, -i *n., inde* **al(l)a**, -ae *f. (sc. sec.* inula; *cf. Walde-Hofmann, Lat. etym. Wb. I. p. 33)* 1 -um Gallicum *i. q. symphytum – Beinwell (Symphytum officinale L., cf. André, Lex. bot. p. 25):* GLOSS. med. p. 79,3 sinficton -um Gallicum. *v. et* anagallicum. 2 *inula – Alant (Inula helenium L., cf. Fischer, Pflanzenkunde. p. 271):* ANTIDOT. Glasg. p. 125,8 menta, bettonica, alla, bislingua. *v. et* *elena, helenium, inula.

1. alumen, -inis *n. (?m.: l. 26)* *script.:* adl-: COMPOS. Luc. N 2. hal-: COMPOS. Luc. A 3. alb-: *l. 50.* *form.:* -mium: TRACT. de aegr. cur. p. 122,18. ?aluron: *l. 41.* *plur.: l. 38.50.*

1 *strictius:* a *gener. i. q. stypteria – Alaun (cf. W. Heyd, Geschichte des Levantehandels. II. 1879. p. 550sqq.):* AESCULAPIUS 37 p. 59,10 epithima stipticia strongilos, hoc est ex -e rotundo. COMPOS. Luc. A 8 -n Hegiptiu. G 1 -n scissus (*cf.* ANTIDOT. Augiens. p. 49,18 -is scistis. THEOPH. sched. 1,37[in] cum -e scissili). G 23 -n ... metallum est terra floriens. Q 12 spumatum -n. T 28 -n Alexandrinum. MAPPAE CLAVIC. 94 -is sordidi. 277 -is Persiatici. LUP. FERR. Wigbert. 21 lignorum ... materiam ... -e oblitam. GLOSS. III 407,66 St.-S. -n alune vel beize. 470,16 -n i. mergil. 478,17 -n spât. 485,23 -n beizstein. V 41,9 -n cassalder vel scilt stein. GLOSS. p. 262,182 Th. gallizcienstein. CONSTANT. AFRIC. grad. p. 382,13 -n ... calidum et siccum in quarto gradu. Ps. ODO MAGD. herb. 476 diversae species dicuntur -is esse ..., virtus ... styptica, mundificans, obscuris visibus apta. ALLEG. sapient. 5 p. 472[a],35 quid ... de -bus dicis? ... plures insunt colores *eqs.* IOH. PLATEAR. simpl. med. p. 3b[r] -n est terre maneries secundum quosdam, secundum alios vena terre dicitur esse *eqs.* GLOSS. Salern. p. 4[a],15 aluron *(sic?)* commune, stipterea, zucarium. ROGER. SALERN. chirurg. 1,752 loco *cancri* ... con -e zucarino (gloss.: quedam species est -is albissimi, que ad modum zucari potest pulverizari; alia dicitur -n scissum) fricato. ANON. secret. p. 67,21 ex -e de Marocco. p. 69,1 aqua ... -is Iameni (*cf.* IOH. sacerd. 158 -n album Iacmini est -n plume. *al.).* p. 69,20sq. -n Roche, quod etiam dicitur a quibusdam -n rotundum et ab aliquibus -n Vulcani (*cf.* GEBER. investig. 4 p. 481 -n glaciei vel Rocae). p. 72,14 cum aqua animali (animalis *cod.*) i. albuminum. IOH. sacerd. 122 -is gemini (gloss.: id est tani). 158 -n Scaiola idem est quod -n plume et idem quod -n Castilie. 180 -is facioli libram 1. ARTEPH. clav. 3 p. 508[b],40 -n *est* de natura Veneris. Ps. GERH. CREM. sal. I 3 -n est oleum, quod coagulavit siccitas terre et eius minere sunt multe. 8 de -e alasphor. 21 -i lanoso. ARNOLD. SAXO fin. 1,5,11 p. 45,10 -n album *colorem* ... generat. Ps. OTHO med. 8 si dirimens lumen albedine lucet -n *(cf. Isid. orig. 16,2,2).* GEBER. clar. 2,31 de calce -is. test. p. 564[a],43sq. cum ... sale alkali facto de -e de *Tarbia*, quod ... appellatur -n gattinum. Ps. AVIC. anim. 5,15 p. 138 -n ... Magrani est rubeum. 6,29 p. 385 -n est in tribus modis, album, rubeum, citrinum *eqs.* ALPHITA I p. 275,3sqq. -n stipterea idem; inde stipterea cistis, id est -n scissum; sunt autem tria genera -is, scilicet scissum, quod vulgari nostro dicitur -n de pluma, et rotundum, quod zaccarium dicitur, et est insuper -n liquidum, quo rarius utimur *eqs.* ALBERT. M. miner. 5,1,4 -n est terrestris compositionis *eqs. saepe. fort. huc spectat (sed v. p. 528,12):* IOH. WIRZ. descr. 22 p. 179,6 supra ripam Maris *Mortui* ... multum -is et multum catrani ... reperitur (*cf.* ALBERT. STAD. annal. p. 342,6). b *alch. in nominibus ficticiis (spectat ad elixir):* TURBA phil. 12 p. 120,26 aquae -is ... fumo dealbate (*cf. M. Berthelot, Collection des anciens alchimistes grecs. II. 1888. p. 50,17* στυπτηρίᾳ σχιστῇ). 21 p. 131,1 *(de confectionibus lapidis)* ex -e fixa una *radix.* ANON. tab. p. 165,33 quas *(imbibitiones)* vocaverunt nutrimentum et salsaturas et nitrum et -n. MORIEN. ROM. alch. p. 514[b],25 assos Arabice, -n interpretatur Latine. GEBER. summ. 1,28 quoniam *sulphur* est [lumen] -n et tinctura. *al.* 2 *latius:* a *pigmentum – (Pigment-)Farbe:* IOH. sacerd. 158 sinopidis -n rubeum. *de albo aluminoso:* HERACLIUS II 50 albi ... species cerusa, calx, -n. b *bitumen – Pech (v. et p. 527,70):* THEOD. HIRS. loc. sanct. 35 p. 83,8 circa ipsius *Maris Mortui* ... ripas -n reperitur, quod Saraceni katranum vocant. c *vitrum conflatum – Glasschmelze:* IOH. sacerd. 12 -n rubicondum (*arab.* minā, *cf. J. Ruska, Quell-StudGeschNat. 5. 1936. p. 307).* d *sal – Salz:* IOH. sacerd. 158 alkali, id est -n vitreoli (nitreoli *cod.*) vel vitreorum (nitreorum *cod.*). WILH. SALIC. 1,19 p. 310[D] de -e foecis vini sicco. *v. et* *aluinum.

2. *alumen, -inis *n.* (*corruptum ex* albumen) *albumen (ovi) – (Ei-)Weiß:* GLOSS. V 40,1 St.-S. -n i. clâr vel cassaldar (*cf.* III 471,3 -n clar).

***aluminatio**, -onis *f. script.* hal-: *l. 26.* 1 *proprie i. q. maceratio – das Beizen:* MAPPAE CLAVIC. 235 confice ... pelles et alumina; post -em abluta stipterea tingue eas in vitriolo. 2 *meton. i. q. causticum – Beize:* COMPOS. Luc. H 27 lapides prediximus, metalla, hal-es, herbas.

alumino, -are. *alumine macerare – mit Alaun beizen:* COMPOS. Luc. E 9 confices ... pelles, -a. F 11 cornum ... -as diebus VIII. F 15 -as sicut supra diximus (F 17). Z 32 inauratio ferri, sed primum -atur. *v. et l. 24.*

***aluminositas**, -atis *f. substantia alumini similis – alaunartige Substanz:* GEBER. summ. 2,8 p. 633 floret in superficie ... -s. p. 634 quae -s ... in aquam mutatur. 2,22 lavetur ... solubilis -s.

aluminosus, -a, -um. *alumen continens – alaunhaltig:* DIAETA Theod. 425 alię *aquae* sunt -ę, unde fit alumen. DYASC. p. 97[b] gimelia est ... -a. CONSTANT. AFRIC. theor. 5,13 p. 21b[r] aqua -a ventrem stringit, refrigerat et exiccat. 5,99 p. 24a[r] aqua non sapida est ... -a, nitrea, metallina. ALBERT. M. meteor. 2,3,20 p. 585[b],13 *aquae* sunt metallicae, in quibus est vis mineralis, et quaedam sunt -ae et quaedam nivosae sive glaciales. *al.*

alumium *v.* alumen.

***alumnulus**, -i *m.* *scholaris vilis – geringwertiger Zögling:* ANSELM. BIS. rhet. p. 100,6 quod *(opusculum)* per suum -um tibi *(sc. Heinrico III. imp.)* fida mandavit Italia.

alumnus, -a, -um. *script.:* all-: *p. 529,7.* -mpn-: *l. 52. p. 529,7.9.30sq. 37.58. p. 530,8.* *form. nom. sg. fem.* -is: *p. 530,4.*

1 *patrius – Geburts-:* ODILO SUESS. Seb. 11 (5) ille *(Rodoinus)* patriam locumque repetit -um. 2 *familiaris – vertraut:* WETT. Gall. 6 athleta Christi cum clientibus sibi -is mansit. DONIZO Mathild. 1,558 fratrem confortat -mpnum.

subst. masc.: I *sensu pass.:* A *qui alitur, infans assumptus, filius (adoptivus) – Pflegebefohlener, (Pflege-)Kind, (Zieh-)Sohn:* 1 *strictius* (*cf.* GLOSS. I 357,48 St.-S. -i achuuemon vel chindili): LEG. Burgund. const. II 20 p. 119,5 dum collegentes -os sibi eripi ... formidant. ALDH. epist. 9 (12) p. 501,9 quasi nutrix gerula dilectos -os ... refocilans. virg. II 1607 qui *(Deus)* ... diliciis proprios tantis pascebat -os. WALTHARIUS 98 veluti proprios nutrire iubebat -os. DIPL. Otton. III. 390 p. 821,7 parentum nostrorum -us nostrarumque cunabularum sotius. *al.* 2 *latius de origine:* PAUL. DIAC. carm. 26,5 quae *(regina)* ... clarae transcendit stirpis -os. *in imag.:* ALDH. virg. II 2692 infula terrenos ni caeli comat -os. PAUL. DIAC. carm. 6,5 Nursia, plaude satis tanto ... -o *(sc. Benedicto).* WANDALB. martyr. 323 ad Christum Oceani qui *(Bonifatius)* traxit -os. *al.* B *qui educatur, sectator – Zögling, Anhänger, Jünger* (*cf.* GLOSS. III 378,69 St.-S. discipulus vel ⟨i⟩ungere, auditor vel -us idem): 1 *gener.:* DIPL. Karoli III. 146 p. 236,2 -is vel confratribus *(sc. canonicorum).* RUOTG. Brun. 46 sedis illius et ecclesię -i. CHART. Heinr.

[Baudr]

Leon. 4 p. 5,24 ut ... sancte paternitatis -os et filios ... revocillent impensis. *al.* *in imag.:* HROTSV. Pel. 196 Pelagius praepollens pacis -us. WALTH. SPIR. Christoph. II 6, 186 fidei ... -um. BRUNO QUERF. Adalb. A 12med. pulchre virtutis -us *(sc. Otto III. imp.)*. EPIST. Teg. I 107 summae bonitatis -o. RUODLIEB IX 28 artis -us. NICOL. BIBER. carm. 21 (ed. Th. Fischer. 1870) allumpnum philosophie. *al.* **2** *spec.:* **a** *de apostolis:* VITA Landel. 39 *Christus* quaterdenos ... delegit -mpnos. HYMN. Hraban. 10 (7),5,1 prodente -o *(sc. Iuda)*. *al.* **b** *de monachis:* ALDH. virg. II 877 huius *(Benedicti)* -orum (*cf.* CAND. FULD. Eigil. II 13,18 Benedictus ... legem ... mandarat -is). CHART. Fuld. B 169 -i sancti Bonifatii. WALAHFR. carm. 75,7,4 tui *(sc. abbatis)* misellum pectus -i. *al.* **c** *de discipulis:* ALDH. virg. I 23 cum tribus -is capite truncatur. WETT. Gall. 25 p. 270,13 *Gallus* -um *(sc. Iohannem episc.)* manu tenens (*opp.* preceptoris). RUOTG. Brun. prol. p. 2,6 quot ... de -is tanti viri episcopos ... novimus. THIETM. chron. 5 prol. nutrit praeclarum Wolfgangus presul -um *(sc. Heinricum II. imp.)*. RUODLIEB XI 3 clericus an mulier inberbes an esset -us. *al.* *in imag.:* HROTSV. lib. 2 praef. 1,7 ut vel extremis me praesumam conferre auctorum *(sc. antiquitatis)* -is. CARM. Bur. B 56,3,1 dum -us Palladis Cytheree scolam intraissem. **C** *servus, cliens – Diener, Schützling:* **1** *gener.:* EPIST. Aldh. 7tit. tuae piae paternitatis supplex -us *(sc. rex)*. FORM. Augiens. A 22 servientium Deo ultimus -us. LIUTG. Greg. 11 p. 75,34 modicus et infirmus -us. WALAHFR. carm. 61,3 haec Strabo ... tuus mittit ... -us indignus. HRABAN. epist. 52tit. ultimus vestre sublimitatis *(sc. regis)* -mpnus Maurus. HROTSV. Pel. 277 caelestis regis -um. EBO BAMB. Ott. 1,4in. cuius *(Mariae)* specialis -mpnus fuit. *al.* **2** *publ.:* **a** *vasallus, fidelis – Vasall, Vertrauter:* VITA Desid. Cad. 29 quae suis fidelibus et -is diversis ... concessit *Desiderius*. ERMOLD. Ludow. 1,599 haec paucis ... Carolus pandebat -is. RUODLIEB XVII 112 *(de somno matris)* qualiter ... in ramis *tiliae* ... suos sub se vidisset -os. GODEFR. VIT. Frid. 560 sedet innumeris solio stipatus -mpnis (gloss.: principibus). CHART. civ. Vratislav. 46 p. 46,8 sub testimonio nostrorum baronum ... ac aliorum multorum nostri palatii -mpnorum. **b** *miles – Soldat:* HROTSV. gest. 567 *Berengarius* suos ... mittebat -os. DONIZO Mathild. 2,467 traditur ... turris ... regis -is. **c** *plur. i. q. populus – Volk:* HRABAN. carm. 37,59 qualia *Moyses* praestat -is.

II *sensu act.:* **A** *pater – Vater (plur.: parentes – Eltern):* **1** *de parentibus adoptivis:* GESTA Bereng. 1,21 Karoli ... nutritus -i (gloss.: -us est, qui nutrit et qui nutritur; sed in significatione hac, cum pro nutritore ponitur, Grecę trophimos vocatur *eqs.*). VITA Mariae rhythm. 2896 cum -um suum *(sc. Ioseph)* videt Iesum conturbatum. *de bestiis:* ALBERT. M. animal. 6,46 nutriti *pulli aquilae* ... devorant -os suos. *per compar. et in imag.:* HUGEB. Willib. praef. p. 86,26 ut egregius exercitorum -us. 6 p. 106,9 quemadmodum -us suos alere solet infantes. p. 106,21 quid dicam nunc de Willibaldo, meo magistro et vestro -o. **2** *de parentibus veris:* PAUL. DIAC. Lang. 1,17 qui *(Lamissio)* ... -i sui *(Agilmundi)* ... necem ulcisci cupiens (*cf.* 1,15). PAUL. BERNR. Herl. 12 nobiles -os suos Rutbertum et Hadiwigam. **B** *magister – Lehrer:* NOTAE Weing. (MGScript. XXIV p. 831,32) quamvis Cunradi fuissent -mpni.

subst. fem.: **I** *sensu pass.:* **A** *quae alitur, infans assumpta, filia (adoptiva) – Pflegebefohlene, (Pflege-)Kind, (Zieh-)Tochter:* WALTHARIUS 379 Hiltgundem ... mi caram deduxit -am. HROTSV. Abr. 3,11 ut reminiscerer -ae. *al.* *in imag.:* SALOM. III. carm. 1,259 p. 304 vię ignaram sustenta presul *(i. compunctio)* -am *(i. mentem)*. HROTSV. Dion. 134 quo vir apostolicus *(sc. Dionysius)* digna celebreris -a *(i. Gallia)*. GUNZO epist. 12 p. 44,5 -am hanc Ciceronis *(i. rhetoricam)*. WALTH. SPIR. Christoph. II 1,10 me gremio carę Nicostrata *(cf. Isid. orig. 1,4,1)* refovit -ę *(i. scholae ed.)*. **B** *quae educatur, sectatrix – Zögling, Anhängerin:* **1** *de monialibus:* ALDH. virg. I 55 p. 314,8 -is coenubii. HROTSV. prim. 420 *Oda* caras instruxit -as. Mar. 11 quo *(magisterio)* laudem dominae studium supportet -ae *(i. Hrotsvitae)*. *al.* **2** *de discipulis:* ALDH. virg. I 60 p. 323,3 o flores ecclesiae, sorores monasticae, -ae scolasticae. RHYTHM. 140B,11 Theodota, -is tua, Theodotae.

II *sensu act.:* **A** *in imag. de terra i. q. nutrix – Ernährerin:* HUGO LAUB. fund. 2 (MGScript. XIV p. 546,50) quae *(terra)* ... patroni nostri -a fuisse dignoscitur. OLIV. epist. 3 p. 288,11 *(de Ierusalem)* possessio patriarcharum, -mpna prophetarum. **B** *magistra – Lehrerin:* GLOSS. II 474,45 St.-S. -a zuhtarin *(falso vertitur Prud. cath. 3,55)*.

***alunarus,** -a, -um. *(arab.* aḥmar, *cf. J. Ruska, Quell-StudGeschNat. 5. 1936. p. 287) ruber – rot:* IOH. sacerd. 186 marchasite uncias v vel tutie vel çarnich -i.

?Aluntinum, -i *n.* *vinum (conditum) Haluntii, in oppido Siciliae, confectum – (Würz-)Wein aus Haluntium (in Sizilien):* GARS. tract. 5 p. 432,18 bibite ... Massicum, Falernum, ... -um (alnatum, aluatum *codd.; cf. Plin. nat. 14,80* Haluntium).

aluron *v.* alumen *p. 527,41*.

aluta, -ae *f.* (alumen ?) *script.:* abl-: *l. 24.* all-: *l. 26.* alo-: GLOSS. III 358,4 St.-S. *?decl. III.: l. 41.*

pellis tenuiter (alumine et galla) confecta – fein (mit Alaun und Eichengalle) bearbeitetes Leder, Glacéleder: **1** *proprie:* GLOSS. III 144,49 St.-S. de abluta, quę est rubra pellis i. losche. 219,7 al[l]uta cordvan. 349,18 -a leder vel bukkes hut. IV 167,7 -a pellis loskeshûit. 218,28 -a pellis capre i. irahc. *al.* EGBERT. fec. rat. 1,1046 hedi tinctam maculas gestantis -am (gloss.: est pellis capreę tincta). ALPHITA I p. 273,30 alapsa quandoque est galla et alapsa quandoque est -a. WILH. CONG. chirurg. 1730 ocrea de -a. CHART. Hans. I 432 p. 146,13 *teloneum detur* de torsellis -e. **2** *meton.:* **a** *calceamentum (tenue) – (weicher) Schuh:* ODO Ern. duc. 7 p. 360B *(de monstro)* nulla ... pedes vestitur -a. ALBERT. STAD. Troil. 4,737 pes brevis in nivea pulchre celatur -a *(ex Ovid. ars 3,271)*. **b** *medic. de emplastris i. q. sacculus corii (tenuiter confecti) – Beutel aus (Glacé-)Leder:* ANTIDOT. Glasg. p. 128,42 postea inducis *medicamen* in panno aut in -a. ANTIDOT. Sangall. p. 79,37 donec *cortices* in -a redigantur. ANTIDOT. Cantabr. p. 165,48 cum lintheo aut cum -a ad ventrem pone. TRACT. de caus. mul. 16 hec omnia ... moribus malagma molle in -e inducis. TRACT. de chirurg. 238 emplastrum apostolicon -e (gloss.: id est corio) inductum apponimus. *al.* **c** *splenium – Schminkpflästerchen:* AMARC. serm. 1,246 si ... iuvenis ... genas obnubat -a *(ex Ovid. ars 3,202)*.

***alutarius,** -i *m.* *cerdo albus – Weißgerber:* CHART. Westph. VII 1502a p. 1300,20 (a. 1274) actum apud -os Tremonienses in loco legitimo scabinorum.

***alut(h)el, *alutellum** *v.* *aludel, *aludellum.

***alutifex,** -icis *m.* *cerdo albus – Weißgerber:* CHART. Brem. 215 (a. 1240) omnibus -bus civitatis eiusdem, quos expressius cordewanarios nominamus. *Baader*

alvus, -i *m. et f.* *?form. acc. sg.* -us: *l. 64.*

1 *venter (inferior), stomachus, intestinum – (Unter-)Leib, Bauch, Magen, Darm* (*cf.* GLOSS. III 436,46 St.-S. -us buch. 439,52 -us wambe vel uterus vel vulva): **a** *proprie:* VITA Arnulfi 13 -o referto. ARBEO Corb. 31 purgare ... -um. WALAHFR. hort. 214 *foeniculum* fertur ... moras dissolvere ... -i. MIRAC. Genes. Hier. 4 per secretam -i naturam sonitum protulit. LUP. FERR. Wigbert. 30 *homo* pene ad faciem pecoris in -um pronus. ALBERT. M. animal. 1,60 animal habens vesicam habet ventrem sive inferiorem -um. *al.* *expresse de morbo alvi:* SERMO de sacril. 15 incantationes ... ad dracunculum, ad -us. *de corpore mortui:* DONIZO Mathild. 1,744 ut teneas *(sc. Mantua)* -um nostri domini, volo. **b** *in imag.:* ALDH. virg. II 463 imbribus aeternis ... ingurgitat -um *Iohannes*. WALAHFR. hort. 148 *(de cucurbita)* hac ingens sextarius abditur -o. CARM. cod. Vat. (5330) 19,3 nubis in -o. *al.* **2** *uterus – Mutterleib:* **a** *proprie:* ALDH. ad Acirc. 107,8 *(de elephante)* editus ex -o. RHYTHM. 81,5,1 virgineum. HROTSV. prim. 524 maternis quae tunc prorupimus -is. *al.* *adde:* VITA Erasmi 415 genitus ... de demonis

[Pape]

-o. *de bombyce:* CARM. Aldh. 2,130 cumque proles progreditur, ovorum -o oritur. **b** *in imag.:* ALDH. ad Acirc. 104,10 frigida dum genetrix dura generaret ab -o *scintillam.* AGIUS epic. Hath. 171 sata quaeque suo ... terra recondit in -o. *alch.:* AENIGM. super turb. 7 germinis fructificandi granum ... -o philosophico inducatur. **c** *translate i. q. prosapia – Herkunft:* DONIZO Mathild. 2,586 Hugo nobilis -o. *Pape*

alx *v.* alces. **alyptes** *v.* aliptes.

ama (ha-), -ae *f.* (ἅμη; *theod. vet.* âme 'Ohm', *cf. Ahd. Wb. I. p. 325*) *schedulae nostrae praebent tantum exempla ex Germania occidentali et Helvetia oriunda.*

1 *dolium vini – Weinfaß:* **a** *gener.:* GESTA Trev. 31 p. 173,10 XXX hamas (amas 5) praeparat, in quibus singulis singulos milites ... collocat (*cf.* p. 173,20). **b** *spec. i. q. mensura (vini per regiones diversa) complurium, fere quinque vel sex situlārum – (regional verschiedenes Wein-)Maß von mehreren, meist fünf bis sechs Eimern (etwa 150 Liter), Ohm:* CHART. Mog. A 275 p. 172,35 (a. 1028) ut ... vini hamam unam in servicium rependerent. CHART. Lux. I 268 p. 387,9 cum prefata -a vini, que dicitur Pippini. CHART. Argent. I 74 ut ab unaquaque venalis vini carrada due situle, quod nos teutonice -am vocamus, ... persolverent (*cf.* CHART. Basil. A I 191 p. 291,12). CHART. Wirt. I 277 p. 351,11 unam -am de vino. CHART. scrin. Col. A I p. 14,23 dedit -am vini civibus, ut sint sibi testes (*cf.* p. 15,36. *al.*). CHART. Rhen. med. III 5 p. 7,23 ne autumpnales hame ... exigantur. CHART. Col. (NArch. 13 p. 620,29) X stopos, quod est -a vini et dimidia. ANNAL. Marb. a. 1236 vas unum quadraginta capiens -as. REGISTR. Mog. 53,1 vini -a dimid(ia). CHART. Basil. C I 192 p. 137,39 pro annuo censu unius -e rubei vini in festo Marci ... persolvende. CHART. Lux. IV 354 p. 452,3 reservatis michi ... quatuor -is vini. *saepe.* **2** *species vasis – Gefäßart:* AGNELL. lib. pont. 143 p. 372,6 omnia vasa ..., -as, una ex ipsa et bene sculpta. *v. et* 2.*amo, *oma.

amabilis, -e. *superl.:* -illim(us): *l. 52.54.57.* -issimae: DIPL. Otton. I. 214. *metr.:* ăbĭl-: *p. 532,16.*

I *adi.:* **A** *sensu pass.:* **1** *strictius i. q. amandus, desiderabilis – liebenswert, begehrenswert:* HUGEB. Willib. 1 p. 88,13 -is atque dilectabilis *puer.* LIUTG. Greg. 12 p. 77,23 vir iste tam -is humilisque et patiens. HROTSV. Pafn. 2,5 mulierem ... omnibus -em, omnibus affabilem. CARM. Cantabr. 6ª,9,2 uxor ad amandum tua mihi est -is. *de Deo:* HRABAN. carm. 39,4 Deus summus -is. **2** *latius i. q. amatus, carus, gratus – geliebt, beliebt, erwünscht, angenehm:* **a** *de hominibus:* LIBER diurn. 60 p. 51,23 Deo -is viri (CONC. Karol. 52 p. 684,20 principis. GERH. AUGUST. Udalr. I 12 p. 401,3 Oudalricus episcopus. *al. cf.* COD. Karol. 37 p. 547,27 in Christo -bus filiis. THIETM. chron. 8,9 Christo -is lampas [*sc. solitaria*]). PAUL. DIAC. Lang. 6,17 cunctis -illimus princeps. RIMB. Anscar. 11 consiliarius regis admodum illi -is. DIPL. Karoli III. 22 p. 38,5 augustam, -em sororem nostram. DIPL. Otton. II. 131 -illimae matris nostrae ... interventu. DIPL. Otton. III. 333 nostri -is principis. *al. in allocutione:* ERMENR. ad Grim. 6 p. 541,1 doctorum -illime (*cf.* 16 p. 553,35 preceptor). CHART. Rhen. med. I 97 Ansbaldus ... -i atque dulcissimae in Christo sorori. *al.* **b** *de rebus:* COD. Karol. 39 p. 551,30 Christo -is fortitudinis vestrae. DIPL. Karlom. (I.) 51 p. 71,13 in nostrum ... dominium delectabilem atque -em. PASS. Kil. I 8 omnia, quae dilecta et -ia mihi fuerunt ad habenda. WIDUK. gest. 2,36 p. 95,11 fratrum ... concordia Deo acceptabilis hominibusque -is. EKKEH. IV. bened. II 129 sit cibus illęsus capreę, sit -is esus. *al. de nomine loci:* DIPL. Heinr. III. 180 in loco Campo -i dicto *(cf. notam ed.).* **B** *sensu act. i. q. amans, benignus, blandus – liebevoll, wohlwollend, freundlich:* **1** *de hominibus:* TRAD. Frising. 599 (a. 830) sicut -es fratres ... usitare debuerunt *hereditatem.* ORD. coron. imp. 2,2 fidelibus sui regni sit munificus et -is. **2** *de rebus:* LULL. epist. 103 p. 225,23 Bonifatio ... -em devote caritatis ... salutem. HRABAN. epist. 23 -em caritatem tuam deprecor. 37 p. 474,36 audias illam -em sententiam Domini. TRAD. Salisb. I 1 p. 254,27 verbis -bus suadeo. 2 p. 255,19 -e votum suum ... propalare. DIPL. Conr. II. 222 ob -em interventum ... prolis nostrę. *al.*

II *subst.:* **A** *masc.:* *familiaris – (lieber) Freund:* ALCUIN. epist. 88$^{tit.}$ dilectissimo filio atque -i *(T* recte,* animali *codd. rell., ed.)* meo. EKKEH. IV. cas. 44$^{med.}$ quod viderat, -i suo aperuit. **B** *neutr.:* **1** *quod amandum est – Liebenswertes:* ALBERT. M. eth. 8,1,2 p. 519^{b},9 -e (*p. 1155^{b},18* τὸ φιλητόν) enim taliter esse videntur *(sic?);* nihil enim -e est nisi bonum honestum. **2** *quod bonum, iucundum est – Gutes, Liebes:* DIPL. Otton. I. 355 Oddo ... ducibus caeterisque publicae rei nostrae prefectis omnia -ia.

adv. **amabiliter.** *amice, benigne, blande – liebevoll, wohlwollend, freundlich:* TIT. metr. I 1,2,19 sacras Domini condens -r aulas ditavit. TRAD. Ratisb. 20 p. 26,2 Bernhardus erat hoc -r consentiens. HROTSV. Gall. I 1,7 ut herilem filiam honorabiliter ames et -r honores. OTTO FRISING. chron. 8,26 p. 434,18 ut sponsa ... in eius regni thalamo -r collocatur. *al.*

amabilitas, -atis *f.* **1** *venustas – Liebreiz:* HONOR. AUGUST. inev. A (ed. Kelle, SBWien 150,3 p. 27,9) quod una *mulier* alteram precellit in genere, ... alia aliam in -e. **2** *laudabilitas, praestantia – Löblichkeit, Wert:* ALBERT. M. eth. 4,1,3 p. 277^{b},11sqq. -s fortitudinis non determinatur per operationem boni, sed potius per repulsionem contrarii; -s autem liberalitatis *eqs.* **3** *benignitas, comitas – Freundlichkeit:* GERH. AUGUST. Udalr. I 14 p. 404,17 expleta multimoda -is locutione. 25 p. 410,15 pro divino amore et pro eorum -e illuc perrexit. **4** *favor – Gunst:* IULIAN. TOLET. Wamb. 2 princeps, ... quem populorum -s exquisivit (*cf.* MANEG. ad Gebeh. 29 p. 364,11). *Payr*

***amacto** *v.* *admato.

***amactum,** -i *n.* *(orig. inc., ni cohaeret c. ital.* ammaccare, *cf. Meyer-Lübke, REW³ nr. 5196) moneta signata (argento vilior) – geprägtes Geld (geringwertiger als Silber):* FORM. Senon. I 2 accepi ... pretium ..., hoc est tam in argentum quam in -um valente solidos tantos tantum (*sim.* 43). 3 in summa necessitate mea argento vel -o tuo valente solidos tantus ... prestitisti (*sim.* 4. 48). *fort. add.:* CHART. Fuld. B 29 (a. 756) inter argento et caballis (amactum *ci. ed. in nota*) libras duas.

amacu *v.* naphta.

***amado,** -ere. (ab *et* metere; *cf. ticin.* madé, *v. et Meyer-Lübke, REW³ nr. 5550) demetere – abmähen:* CHART. Sangall. A 93 (a. 780) in omne zelga iornale uno arare et III dies asecare et III -ere.

amagdalinus *v.* amygdalinus. **amala** *v.* armala.

***amalaxo,** -are. (ad *et* malaxare) *(digerendo) solvere-(durch Verdauung) erweichen:* FRAGM. mul. III 54 ad ventrem -andum (relaxandum II 58) vel purgandum.

***amalgama** *n.* *(arab.* malġam *ex* μάλαγμα, *cf. J. Ruska, Arab. Alchemisten. II. 1924. p. 72; Lokotsch, Etym. Wb. d. Wörter orient. Urspr. nr. 1378)* **1** *fusio metalli cuiusdam cum argento vivo conflata – Quecksilberlegierung, Amalgam:* GEBER. clar. 2,75 accipe uncias V boni auri foliati et fac -a cum IV unc(iis) Mercurii ... et super ipsum -a pone octavam partem uncie salis alkali. ROSIN. ad Sarr. 1 p. 282,13. **2** *elixir – Elixier:* PS. AVIC. tinct. 5 p. 630^{b},13 antiqui ... philosophi lapidi nostro imposuerunt multa nomina, ut -a, vitriolum.

***amalgamatio,** -onis *f.* **1** *actio metallum quoddam cum argento vivo fundendi – das Amalgamieren:* PS. AVIC. lap. p. 633^{b},32 stulti ... operantur ... per -es. **2** *amalgama – Amalgam:* GEBER. forn. 29 p. 765 pone globum -is Mercurii et Lunae.

***amalgamo,** -atum, -are. *(cf. arab.* alġama, *v. et J. Ruska, l. c.) metallum quoddam cum argento vivo fundere – amalgamieren:* GEBER. clar. 2,78 recipe Lune pure ... partem unam, Mercurii partes II ..., misce simul et -a bene (invent. 17 p. 727). forn. 24 p. 758 *metallum* -bis cum aere nostro ..., quousque *metallum* bene fuerit -tum. 29 p. 765 Lunam -a cum Mercurio ..., Lunam -m⟨a⟩tam ... adiunge

[Baadr]

Veneris -tae proportionem decuplam. invent. 18 calcina Solem -ando prius cum Mercurio. test. p. 564b,47.

amali(ti)bus *v.* malitia. **amallo** *v.* admallo.

***amallus**, -i *m.* (mallus) *qui eiusdem malli particeps est – Gerichtsgenosse:* Lex Ribv. 37,1 ad eum locum, ubi -us (amallatus, mallatum, mallatus, mallus *var. l.*) est. *v. et* gamallus *et* admallo *p. 203,47.*

amamum *v.* amomum.

***amandinus**, -i *m.* *(orig. inc., ni subest* amiantus, *cf. Isid. orig. 16,4,19) species lapidis, fort. asbestus – Steinart, viell. Bergflachs:* Arnold. Saxo fin. 3,7 -us lapis coloris varii est, venenum omne extingit *eqs.* (Albert. M. miner. 2,2,1 p. 31b,24). *v. et* *amasticum.

amandola *sim. v.* amygdala.

1.*amandus, -i *m.* *(fort. corruptum ex* mansus) *?mansus – ?Hufe:* Bertar. gest. 6 dedit *rex* isti aecclesiae duos -os super Mosellam et Modinum.

2. amandus *v.* amo.

amaneo, -ere. *abesse – fernbleiben:* Abbo Sangerm. bell. 3,80 auspicio -as (gloss.: extra maneas).

I *strictius i. q. dilectio – Liebe:* A *de dilectione ad animantes pertinente:* 1 *de dilectione spirituali, caritate:* a *gener.:* α *de dilectione inter homines intercedente:* LULL. epist. 92 p. 209,28 te, pater, ... interni affectus -e diligo. COD. Karol. 44 p. 559,8 ad ... fraternam -em conversi (*cf.* ALCUIN. epist. 43 p. 87,17 fraterni [-ae *var. l.*] -is). ALCUIN. carm. 45,17 te mea mens sequitur, sequitur quoque carmen -is. THEGAN. Ludow. 39 cum magno -e diviserunt se *pater et filius.* CAND. FULD. Eigil. II 21,3 Aeigil, subiectis sacro connexus -e. AGIUS epic. Hath. 393 carnalis -r caros nos plangere nostros ... facit. WIDUK. gest. 1,33 -is vicarii. 3,1 omnem -em maternum transfudit rex in ... filium. HROTSV. Agn. 435 sollicitudo parentalis ... -is. gest. 737 perfectae fidei dilexit -e Henricum ... regina. THIETM. (?) chron. 1 prol. fraterni iuris -e. THANGM. Bernw. 25 -e vestro meos Saxones ... proieci. DIPL. Heinr. III. 112 -e et dilectione et cottidiano servitio Kadelohi ... donamus *quoddam predium.* BERTH. (?) annal. a. 1078 p. 311,6 causa et -e domni apostolici. NIVARD. Ysengr. 3,300 nobile plus odium quam miser ornat -r. OTTO FRISING. gest. 2,8 p. 108,13 ob -em regis. *persaepe. remissius:* CAND. FULD. Eigil. II 8,5 quemcumque cupit vestra concordia ... patrem, ... vestro concessit -i *rex.* CARM. libr. III 35,1 iussimus hęc scribi vobismet prorsus -i. FROUM. carm. 32,55 caris filiolis Froumundus quicquid -is (*sim.* 21,5). *iur. et canon.:* CAPIT. reg. Franc. 22,63 ne ... per adolationem ... aut per -em cuiuslibet amici aut per timorem ... a recto iudicio declinet *iudex (cf.* HRABAN. hom. I 58 p. 109[C] quatuor modis iustitia in iudiciis subvertitur, hoc est timore, cupiditate, odio, -e. CHART. Tirol. 986 p. 41,27 *testes* hoc non dixerant -e vel timore nec odio *eqs.* CHART. Beron. 173 p. 215,35. *al.).* CONC. Karol. 50[D] p. 633,22 sacerdotes ..., qui aut muneris aut -is aut timoris ... causa tempora ... paenitentiae ad libitum paenitentium indicunt. *al.* β *de dilectione inter Deum (sanctos sim.) et homines intercedente:* COD. Lauresh. 429 (a. 755/56) ob -em Domini nostri Iesu Christi et remissionem peccatorum ... dono. DIPL. Ludow. Germ. 2 propter divinum -em et reverentiam ipsius ... loci. WALAHFR. carm. 76,10 sub -e Dei simul atque timore. GODESC. SAXO gramm. 2 p. 471,23sq. Petri non tres negationes vel tres -is confessiones. AGIUS vita Hath. 6 propter ... nimium in Deum -em. CARM. Cent. 23,15 illius igniti *(sc. spiritus sancti)* nimio caritatis -e. WIDUK. gest. 1,34 p. 47,25 quo eius *(sancti Viti)* -e ardeas *(item de sanctis:* THIETM. chron. 5,28. *al.).* GERH. AUGUST. Udalr. I prol. ista ... in -e Christi legentibus. BERTH. (?) annal. a. 1077 p. 301,34 superni -is. ALBERT. M. sacram. 128 p. 87,79 -r ... caritatis non praecedit iustificationem. *persaepe. de dilectione Dei sim.:* HUGEB. Willib. 3 p. 90,19 amoenitate paradisi et -e Christi. WALAHFR. Wett. 693 placido temet complector -e *(sc. angelus Wettinum).* HRABAN. carm. 4,3,20 solus -r Christi semper ubique manet. HROTSV. Theoph. 234 corpus, quod dedit humanae morti nationis -e. PURCH. Witig. 345 Christum ... pignus -um. THIETM. chron. 6,32 obsecrat cunctos ... per Christi -em. ALBERT. M. euch. 1,2,7 p. 200[b],4 hoc ... sacramentum *(sc. eucharistia)* cum sit -is. *al.* γ *universalius de virtute caritatis:* WILLIB. Bonif. 7 p. 36,16 ut ... crescat in eis ... intimi virtus -is. ARBEO Corb. prol. exempla ... -is, quae operatus est vitae auctor in iustis. HUGEB. Wynneb. 2 p. 108,28 magna mentis -e. WALAHFR. carm. 33,8 dum spesque fidesque aruerint, solus tum superabit -r. CAND. FULD. Eigil. I 18 *templum* cum magno pietatis -e construxit (THIETM. chron. 6,96). FROUM. carm. 3,11 cui nullus -e secundus. THIETM. chron. 6,41 -is fomite spiritualis. 6,75 p. 364,9 in ... -e iusto Deum agnovit et proximum. LAMB. LEOD. Matth. I 1142 -is azima. *al.* b *c. colore quodam:* α *c. sensu favoris:* DIPL. Conr. II. 228[b] p. 311,27 quousque quoddam predium ... *imperatori* traderet pro acquirendo eius -e (*sim.* CHART. Laus. 790 p. 634,12). DECRET. Bern. 39 -em domini sui ... obtinere. CHART. civ. Magd. 84 p. 41,41 cum ... predicatorum ordinem specialis caritatis zelemur -e. β *c. sensu famae:* LIUTG. Greg. 3 p. 70,25 ex illo die crevit -r et honor hominis Dei ... apud omnes. γ *c. sensu conniventiae:* RUODLIEB III 15 annuite, vestro quo fiat -e *(cf. notam ed. p. 139).* δ *c. sensu honoris, salutis (de potu):* GODESC. SAXO theol. 23 p. 325,13 bibere ... in illius Dei -e, qui de vino sanguinem suum facit. LIUTPR. antap. 2,70 -is salutisque mei causa ... bibito. hist. 10 p. 167,23 diaboli in -em vinum bibisse. RUODLIEB IV 162 poscit vinum, Gerdrudis -e quod haustum participat nos. *al.* 2 *de dilectione inter sexus diversos intercedente:* a *gener.:* FORM. Marculfi 2,7 p. 79,15 quicquid ... inter coniugatos ... pro -em dilecciones invicem condonare placuerit. LEX Alam. 52 -r de alia eum adduxit, ut illam dimisisset ... uxorem. WANDALB. martyr. alloc. 32 carnis. CAPIT. reg. Franc. 301 p. 455,32 ut ... -e coniugali sincero ... ad vitam perveniatis aeternam. WIDUK. gest. 3,9 muneribus -em reginae super se probare. HROTSV. Mar. 373 spernere terrestrem ... -em. EGBERT. fec. rat. 1,12 sicubi torret -r, mirantur lumina formam. HONOR. AUGUST. cant. praef. p. 351[A] quinque gradus -is sunt, videlicet visus et alloquium, contactus et oscula, factum. CARM. Bur. B 29,2,3 ut -is tedium tibi sit remedium. 57,2,2 omnis nexus elementorum legem blandam sentit -um. 139,2,8 philomena cantibus suscitat -es. STATUT. ord. Teut. p. 50,33 hec *(sc. oscula)* et huiuscemodi secularis -is et lascivie argumenta. ALBERT. M. animal. quaest. 5,4 p. 156,12 appetitus duplex est et similiter -r, scilicet verus et apparens *eqs. saepe. c. sensu cupidinis:* THIETM. chron. 1,5 qualiter eam sibi sociaret, iuvenili exarsit -e. *de dilectione inter mares intercedente:* HROTSV. Pel. 238 non patitur talem Christi nam miles -em regis pagani. EKKEH. IV. pict. Mog. 135 plebs Sodomita fores aperire volens in -es (gloss.: libidinem). b *alch.:* ANON. tab. p. 149,12 cum intraverimus domum -is *(sc. cucurbitam),* coagulabitur corpus meum. B *de dilectione ad res pertinente:* 1 *aestimatio, gaudium, studium – Wertschätzung, Freude (an), Eifer (für):* WALAHFR. hort. 230 suadet -r parvi diffusior horti. CAND. FULD. Eigil. I 14 Dei cultūs. WANDALB. mens. 287 idem -r accendit cunctos. RIMB. Anscar. 3 p. 21,25 compunctionis divinae ... -e languescere. 34 p. 65,39 religionis (POETA SAXO 5,152. *al.).* BRUNO QUERF. fratr. 7 p. 722,43 nec sic ... desiderabilis Germania ad -em ei *(imperatori)* venit. OTTO FRISING. chron. 7,18 p. 335,4 regnum -e ęcclesiarum attenuatum. *al.* 2 *cupido, desiderium, voluntas – Verlangen, Sehnsucht, Wunsch:* LEX Baiuv. 2,16 perit lex cupiditatis -e. TRAD. Ratisb. 2 propter -em cęlestis regni et remissionem peccatorum ... trado. WALAHFR. carm. 25[a],8 almae pacis. Wett. 510 ne sit -r nummi maior quam mansio caeli. EINH. Karol. prol. p. 1,15 -e diuturnitatis inlecti. GODESC. SAXO conf. p. 64,17 veritatis. DIPL. Karlom. (II.) 6 p. 292,37 ob -em eterne retributionis (*cf.* THIETM. chron. 6,17 divinae remunerationis). WALTHARIUS 354 patriae. GERH. AUGUST. Udalr. I 15 p. 404,46 cum audiret eum pro -e sanctarum reliquiarum exire, desiderio eius satisfaciens *eqs.* EPIST. Teg. I 12 *(c. sensu confidentiae)* -e huius beatae spei. BRUNO QUERF. Adalb. A 12[med.] sive -r hominis (stimulus honoris B) suasit, sive ira Dei iussit. THIETM. (?) chron. 5,23 vite. HERM. AUGIENS. chron. a. 1023 episcopum ... munditiarum ornatusque insueto quodam -e famosum. CHART. march. Misn. II 514 -is insaciandi rapacitas. FRID. II. IMP. art. ven. 6 p. 189,21 *(de praeda)* ne -e avium ... amitti possent *falcones. saepe. c. gen. gerund.:* ALCUIN. epist. 88 p. 132,7 sapientiae decorem atque eam discendi -em. WALAHFR. Wett. 80 ne captus -e tenendi linqueret aeternum ... munus. WALTH. SPIR. Christoph. I 5 lucrificandi. ALBERT. M. summ. theol. I 9,41,2,3 p. 438[b],25 -r ... rei cognoscendae sive voluntas imperfectus est. *al.* ad: BRUNO QUERF. fratr. 13 p. 729,27 propter nimium

[Payr]

-em ad salvam felicitatem. *c. inf.:* BRUNO QUERF. fratr. 7 p. 722,34 tantus sibi -r habitare Italiam fuit. ut: FRID. II. IMP. art. ven. 5 p. 150,3 propter -em, quem habet, ut pascatur *falco.* C *philos.:* 1 *de dilectione vi sua mundum movente et regente:* ALBERT. M. metaph. 1,3,11 p. 53^{b},2 (p. 41,39 G.) Parmenides ... primum omnium posuit, quod -r (*p.* 984^{b},27 ἔρωτα) deorum providit omnibus. p. 53^{b},25sqq. (p. 41,57sqq. G.) dicunt -em esse unitivam quamdam virtutem superiora moventem ad inferiorum providentiam ... et hunc -em dividunt in divinum, intellectualem, animalem et naturalem. summ. theol. I 6,26,1,2,4 p. 243^{b},4 Maximus episcopus: -r est connexio et vinculum, quo omnium rerum universalitas ineffabili amicitia insolubilique unitate constat. *al.* 2 *de habitu vel affectu animi:* ANSELM. BIS. rhet. 17 p. 136,3 Tullius *(inv. 2,30)* ... -em supposuit affeccioni, que attribuitur personę. ALBERT. M. sacram. 171 p. 111,54 -r multipliciter dicitur: de actu secundum animam et de actu secundum corpus. 173 p. 112,45 ex parte ... conversionis ad bonum commutabile sunt duo, scilicet nimius -r sui et nimius -r boni. 183 p. 118,86sq. -r in aliis virtutibus non est unius rationis cum -e caritatis *eqs.* resurr. 57 p. 271,11 rationalis -r ... medius est inter carnalem et spiritualem *(ex Bernh. Clarev., cf. notam ed.).* sent. 1,10,1 p. 308^{b},24 -r ... dicit adhaesionem affectus ipsi bono, quod amatur, dilectio autem dicit eumdem affectum *eqs.* p. 308^{b},41 omnis ... dilectio est -r, sed non convertitur, et omnis charitas est dilectio et -r *eqs.* bon. 126 p. 84,27 -r ... aut est -r generalis, quo quaelibet potentia amat suum obiectum, aut -r specialis, qui est caritatis. 425 p. 227,26 -r caritatis accipitur duobus modis *eqs.* eccl. hier. 4,9 p. 665^{b},17 -r non tantum est specialis quaedam virtus, sed est communis motor imperans actum *eqs.* epist. Dion. 10^{b} p. 1015^{a},4 quod -r referatur ad ipsam virtutem appetitivam intellectualem *eqs.* summ. theol. II 22,132,2 p. 446^{b},40 triplex est -r sui, scilicet naturalis, gratuitus et vitiosus. *ibid. al.* D 1 *per prosop.:* a *sensu pagano:* NOTKER. BALB. carm. 9,5 p. 140 puer impatiens, quem nos vocitamus -em. CARM. Bur. B 92,77,1sq. -r habet iudices, -r habet iura *eqs.* 154,1 est -r alatus puer et levis, est pharetratus. *al.* b *sensu christ.:* EPIST. var. II suppl. 1 p. 616,12sq. dicatur -r spiritus sanctus ..., unde in scripturis nostris sepius -r, id est caritas, quae in Deo est erga nos, ... spiritus ipse appellatur. GESTA Bereng. 3,230 veneratur -em (gloss.: Deum). ALBERT. M. summ. theol. I 3,3,13,3 p. 59^{b},9 -em, qui est spiritus sanctus. *remissius:* HRABAN. carm. 53,22 Iacobus atque Iohannis -r. 2 *vice agnominis:* CHART. Friburg. 65 (a. 1239) presentibus hiis: ... H. Amor, A. de Bondorf.

II *latius:* A *meton.:* 1 *amatus, dilectus, amicus – Gegenstand der Liebe, Geliebter, Liebling, Freund:* PAUL. DIAC. carm. 35,28 tu requiesque tuis ... salusque fuisti, gloria, deliciae, tu generalis -r. ALCUIN. epist. 34 p. 76,5 tu vero, -r animae meae. HRABAN. carm. 10,1 salve, fidus -r, felix dilectio, salve. 41,14,4 Tiburtius atque Servilianus -r. ERMENR. ad Grim. 32 p. 572,26 pastor, -r, domine. CARM. var. II 5,2,3 orbis -r Karolus. WIDUK. gest. 1,31 primogenitum mundi -em (amatorem *B1*) nomine Oddonem (*cf.* 1,34 p. 48,10 ut videmus in -e mundi et totius orbis capite). EPITAPH. var. II 47,1 regum dulcis -r, patriae pater. BERNO epist. 6 mi praecordialis -r. EKKEH. IV. carm. var. II 12,7 Notker, -r Christo. *saepe. fort. add. de privigno:* EGBERT. fec. rat. 1,52 iniustis alienus -r ne crede novercis. 2 *amator – Liebhaber, Freund:* HRABAN. carm. 19,35 iustitiae cultor et pietatis -r. carm. euang. 21 probitatis -r *Christus.* CARM. imag. 29,1,3,2 evangelicum ... libellum virginitatis -r praestat tibi, sancta Maria, ... Bernwardus. 3 a *osculum caritatis, fraternum – Bruderkuß:* RUODLIEB V 31 abbates ... basiat omnes, eius pręsulibus tunc prębitus est -r ipsus. EKKEH. IV. cas. 13$^{ex.}$ -eque ... osculato et epoto. b *potus in amore sancti cuiusdam haustus, caritas – Minnetrunk (cf. A. Franz, Die kirchl. Benediktionen des Mittelalt. I. 1909. p. 286sqq.):* RITUALE Flor. p. 45,1 benedictio -is sancti Iohannis evangeliste. PEREGRINUS 335 ut potent sancte Gertrudis -em. NICOL. BIBER. carm. 1981 (ed. Th. Fischer. 1870) possunt Gerdrudis -em. *v. et p. 581,67.* c *fort. i. q. donum – viell. 'Geschenk':* CHART. Laus. 917 p. 757,20 (a. 1242) domum suam et casale ... sacrista habet ab eo in -e (*cf.* 766). 4 -r aquae *fort. i. q. terrae oleum – 'Wasserliebe', viell. ein Erdöl:* COMPOS. Luc. A 19 h-r aque lib. 1, napta lib. 1. G 7 memoria[m] universarum herbarum, ... metallorum, -um aque *eqs.* P 3 halii dicunt aque oleum, halii flore aque, halii que⟨li⟩donia, Alexandrini autem -r aque *eqs. (cf. notam ed. p. 155). al.* MAPPAE CLAVIC. 277 gumma de atrinia solidum 1, -is aque libram 1, balsami ÷ IIII. B *amoenitas – Schönheit:* WALAHFR. carm. 22,5,3 campus -e iuvet patulus. C *arbitrium – Belieben, Gutdünken:* CHART. Gelr. 400 (a. 1202) comes veniet satisfacturus duci secundum -em vel gratiam ipsius ducis. CHART. Brixin. 138 p. 145,16 quod per -em vel iusticiam ... discordie per ... comitem decidantur (CHART. Samb. 81 secundum i. vel -em. CHART. civ. Erf. 277 p. 176,31. *al.*).

amoratus, -a, -um. *amore captus – verliebt:* ROLAND. PATAV. chron. 1,3 ipsa nimium -a in eum.

***amorculus**, -i *m. (blandus) amor – (zärtliche) Liebe:* HERM. AUGIENS. vit. 301 quae ... mihi perderes illarum solitum mentis -um.

amorifer, -era, -erum. 1 *strictius:* a *amans, amore captus – liebevoll, verliebt:* EPIST. Teg. I 10 -o corde. CARM. Bur. B 96,1,1 iuvenes -i. b *amatorius – Liebes-:* ARABS 166 (AltdtBl. 2 p. 387) -am conicit esse febrem. 2 *latius i. q. amabilis – lieblich:* CARM. Bur. B 161,1,5 flores -i iam arrident tempori.

***amorosus**, -a, -um. 1 *amans, blandus – liebevoll, freundlich:* BERTH. RATISB. serm. 18 p. 94,45 debet ... religiosus ... esse valde mitis ..., pacificus, -us et quietus. ALBERT. STAD. Troil. 2,74 myrteus in crine, clemens, ... crispus, -us. 2 *venustus, speciosus – anmutig, schön:* HERM. Ios. hymn. 2,2,4 (AnalHymn. 50 p. 540) pulchra nimis et formosa, super omnes -a tu sola (*cf.* 3,1,3). 3 *gratus, carus – geliebt, lieb:* VITA Mariae rhythm. 2621 omnibus hominibus se fecit gratiosum, dilectum et amabilem et nimis -um. 3606 te, mater -a. 5185 mori meum video natum -um. 5484 o puer -e. *ibid. al.* 4 *amatorius – Liebes-:* ALBERT. M. pol. 5,2^{r} p. 446^{a},25 de duobus litigantibus de causa -a (*p.* 1303^{b},22 ἐρωτικὴν αἰτίαν), id est, de amasia.

*adv. **amorose.** 1 *amanter, blande – liebevoll:* BERTH. RATISB. serm. 12 p. 66,12 vivamus pacifice, dulciter, -e, benigne. 2 *amatorie – verliebt:* DAVID compos. 3,35,2 -e se mutuo respiciunt. *Payr*

amotio (-cio), -onis *f.* amm-: *l. 49.52.*

1 *de hominibus:* a *depositio – Absetzung:* LAND. MEDIOL. hist. II 68 -o Ugonis fuit iusta. CHART. episc. Halb. 1175 p. 327,30 cuius *(praepositi)* ... confirmationem ... et ipsius ... -em ad nos ... volumus pertinere. HERM. MIND. epist. 1 (RömQuartSchr. 33 p. 164,2) de mutacione ..., ammocione, correctione cappellanorum. *al.* b *dimissio – Entfernung:* CHART. Gosl. II 200 p. 240,4 (a. 1274) in assumptione seu ammotione colonum. *al.* 2 *de rebus:* a *prohibitio – Verhinderung:* HEINR. TREV. gest. 26 p. 428,23 videns ... omnem suam artem ... ad amocionem inquisicionis ... in nulla parte prevalere. b *exinanitio – Entleerung:* ALBERT. M. animal. 1,275 in ... saturatione membrorum nutritivorum et in -e eorumdem.

1. amoveo, -movi, -motum, -ere. amm-: *l. 65. p. 583,31. removere – entfernen:* I *proprie sensu corporali:* A *strictius:* 1 *abducere, dimittere, ablegare – wegführen, fortschicken:* ARBEO Corb. 10 p. 198,21 vir Dei ... adsistentes longius -vit. WETT. Gall. 22 p. 268,31 quam *(virginem)* rex ... iussit -ere et ad se deducere. HROTSV. Dulc. 1,3 ista insanit; -eatur. CHART. episc. Vratisl. 12 p. 22,19 si ... exercitus ... sit de terra per pecuniam ammovendus. *al. refl. et medial. i. q. se recipere – sich zurückziehen:* AGIUS vita Hath. 17 omnibus, ut petebat, -tis. WIDUK. gest. 2,4 *Wichmannus* -vit se ab exercitu. 2 *auferre, retrahere – wegbringen, zurückziehen:* WILLIB. Bonif. 8 p. 53,16 ne inde ... pontificis corpus -retur. HROTSV. Pafn. 8,1 pessulum. BRUNO QUERF. Adalb. A 5 p. 192^{a},10 si forte magister -ret pedem. THIETM. chron. 4,22 p. 158,6 -tis ... castris. *al.* B *latius*

i. q. repellere – abwehren: BEDA hist. eccl. 3,16$^{capit.}$ ignem orando. GODESC. SAXO theol. 16 p. 244,22 procul ab ovili ... -bis *lupos.* THIETM. chron. 8,25 baculo ... se acriter inrumpentem viriliter -ens.

II *translate:* **A** *obi. homines:* **1** *deponere, excludere – absetzen, ausschließen:* CONC. Karol. 39^{A}, 135 frater ... ab officio -atur. RUOTG. Brun. 38 p. 41,2 nisi et hic penitus -retur et in eundem locum Baldricus ... subrogaretur. ANNAL. Quedl. a. 1015 p. 83,20 -to monasterii patre. GREG. VII. registr. 2,17 Petro ... ab omni honore ecclesiastico sub excommunicatione -to. TRAD. Teg. 193^{b} ne ullus ... a servitio sancti Quirini filias ... Richerii posset -ere. *al.* **2** *possessione privare – enteignen:* CHART. Babenb. 162 p. 211,33 (a. 1208) inventos *(sc. per inquisitionem)* ... a bonis ecclesie -ant. CHART. Welt. 8 potestatem -endi de predicto beneficio ... Wernherum (12 p. -endi eas *personas* supradicto predio). *al.* **3** *revocare – abbringen:* THIETM. chron. 2,2 rex ... filium ... ab iniqua presumptione ... -ere curavit. 4,28 ab ... errore. 6,9 nec -emur inolita nequicia ... poenis. **4** *alienare – abtrünnig machen, entfremden:* THIETM. chron. 2,6 Thiedricum ... pecunia ... -ere temptans. 4,1 amicos a ducis ministerio ... -ere. 6,92. **B** *obi. res:* **1** *tollere, depellere, arcere – beseitigen, abwenden, fernhalten:* BEDA hist. eccl. 4,19 p. 246,19 caliginis incommodum ab oculis. CONC. Karol. 50^{D},85 ut ... ab auribus vestris -atur ... tedium querellarum. DIPL. Heinr. II. 109 omnem ab eis vim et inquietudinem iudicum ... -emus et expellimus. THIETM. chron. 7,45 ut talem plagam ... -at *Deus.* CHART. Raitenh. 120 p. 109,1 ad -endum omnem suspitionem. *al.* *c. sensu repudiandi:* OTTO FRISING. gest. 1,55 p. 80,8 priorem *regulam* ... penitus -vit (amm- *B1.2*), alteram admittens. **2** *abstrahere – entziehen:* FORM. imp. 53 -tis rerum suarum facultatibus. *al.* DIPL. Otton. I. 419^{b} p. 573,41 ut ... nobis ... hunc *locum* inde -ere ... liceat. **3** *liberare – befreien:* RIMB. Anscar. 21 ipse *(Karolus)* eam *(cellam)* a servitio ... -vit.

2. amoveo *v.* admoveo. ***amoydes** *v.* *ammodes.

ampele(i)on, -leos, -lion, -lios *v.* ampelos.

ampelitis *adi.* (ἀμπελῖτις) *bitumini similis – asphaltartig:* ALPHITA II p. 77,14 gis (*i.* γῆς) ampelitus genus est crete vel terre nigri coloris ut asphaltum.

ampellus *v.* ampelos.

ampeloprason *subst.* (ἀμπελόπρασον) *script.* -ion: *l.46.* *arotellum – Weinbergslauch (Allium vineale L., cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. I. p. 216sq.):* DYNAMID. Hippocr. 2,75 -n, id est aritillum, in vineis nascitur. GLOSS. V 39,37 St.-S. -ion louc uuilde.

ampelos, -i *f. (?m.: l.65; n.: l.49sq.)* (ἄμπελος) *script. et form.:* anap-: *l. 61.* -ellus: *l. 52sq.* -eleos: *l. 65.* -elios: *l. 65.68.* -eleon: *l. 56.* -elion: *l. 61.* -eleion: *l. 60.* -phelion: *l. 57.* crampeleon: *l. 61.*

1 *vitis alba – Zaunrübe (Bryonia L., cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. I. p. 683sqq.):* GLOSS. III 584,21 St.-S. -ellus liela. IV 357,10 -ellus vitis alba huntestropho. DYASC. p. 27^{a} -os leuce aut brionia aut cucurbita agrestis sive ut Latini vitis alba ([*cf. Diosc. lat. 4 p.87,22*]. Ps. ODO MAGD. herb. 58). ALPHITA I p. 276,3 ampeleon prassion, id est briona, vitis alba idem (II 5,26 amphelion). *al.* **2** *labrusca – wilde Rebe (Vitis silvestris Gmel., cf. André, Lex. bot. p. 175):* DYASC. p. 28^{a} -os agria sive ut Latini vitis agrestis (ALPHITA I p. 276,3 ampeleion agrias. *v. et supra p. 385,19*). ALPHITA II p. 6,11 ampelion vel anapelion vel crampeleon, vitis agrestis, que lambrusca dicitur alio nomine. **3** *vitis – Weinrebe (Vitis vinifera L., cf. André, Lex. bot. p. 333):* DYASC. p. 28^{b} -os ynoferos latine iunifera (*lege* vini-) vitis (ALPHITA II p. 6,17 -eleos ynipheros). ALPHITA I p. 276,6 -elios viniferos, id est vitis vinifera. **4** *vitis nigra – Schmerwurz (Tamus communis L., cf. André, Lex. bot. p. 333):* ALPHITA I p. 276,6 -elios melanis, id est vitis nigra (II p. 6,15).

amphelion *v.* ampelos.

amphemerinus (amf-, -os), -a, -um. (ἀμφημερινός) *script.:* anph-, anf-: *p. 584,7.12.* -phim-, -fim-: *p. 584,7.9. 12.14.* -phym-: *p. 584,2.*

1 *adi.:* *medic. de febri i. q. cotidianus – täglich:* WALTH. AGIL. med. 18 p. 117,35 urina alba ... febrem amphymerinam significat. **2** *subst.:* **a** *masc.:* *febris cotidiana – täglich wiederkehrendes Fieber:* AURELIUS 1 p. 488,12 species *febrium* sunt quatuor, ... sinachus, -us (amf- *var. l.*), triteus, tetardeus. GLOSS. med. p. 49,1 notus amf-us: id est non verus cotidianus. p. 59,14 anphimerinos ..., id est quotidianarios. CONSTANT. AFRIC. theor. 8,4 p. 36b^{V} quartum genus *febrium* ... amphi-os dicitur omni die invadens. *?qui febri cotidiana laborat – ?ein an täglich wiederkehrendem Fieber Leidender:* ANTIDOT. Bamb. 53 faciens ... pleoreticis, quartariis, stritens anfimerini. **b** *fem.:* *febris cotidiana – täglich wiederkehrendes Fieber:* MAURUS urin. I p. 16,8 urina alba ... amphi-am deffitientem significat.

***amphi** *adv.* (ἀμφι-) **1** *utrimque – auf beiden Seiten: v. p. 585,20.* **2** *dubium – unbestimmt: v. l. 56. p. 585,41.*

amphibalus (amf-), -i *m. vel* **amphibalum** (amf-), -i *n.* (*cf.* ἀμφιβάλλω, ἀμφίβολον) *script.:* -phyb-: *l. 30.* -ball-: *l. 30sq.* -bul-: *l. 22sq.25.37.* -bol-: *l. 22.25.* anfibula: GLOSS. II 746,12 St.-S. *metr.* -phȳb-: *l. 30.*

1 *birrus (villosus), paenula – (grober) Kapuzenumhang, Überwurf* (GLOSS. III 265,63 St.-S. -bulum [-bolum *var. l.*] mandal. III 621,41 -bulus inville vel manstruga): **a** *eccl. (cf. J. Braun, Die liturgische Gewandung. 1907. p. 152sq.):* VITA Boniti 8 (MGMer. VI p. 123,19) amfibuli (-boli *var. l.*) summitas, qua capud tegebatur. VITA Elig. 2,70 -um sancti Eligii, quod ... cum magna reverentia servabatur. HINCM. Remig. 32 p. 337,3 futuro episcopo, successori meo, -um album paschalem relinquo. ABBO SANGERM. bell. 3,30 inque thoro amphyballum (gloss.: birrum undique villosum) habeas. VITA Deic. 20 birrum ..., quem Graeci -llum vocant. COD. Lauresh. 142^{c} p. 421,101 -is longis utentes. *al.* **b** *saec.:* VITA Elig. 1,10 p. 677,14 cuncta ..., quae habere poterat usque ad cingulum et -um. ROM. SALERN. annal. a. 810/17 p. 157,11 -llo veneto amictus *Carolus imperator.* **2** *fibula – Spange, Schnalle (cf. Heyne, Hausalt. III. p. 344):* GLOSS. IV 32,40 St.-S. amfibalum (amphi-, amphibulum *var. l.*) nuskil. 130,10. 167,20.

amphibium (amfiv-), -i *n.* (ἀμφίβιον) *animal in terra et in aqua vivens – auf dem Lande und im Wasser lebendes Tier, Amphibie:* DYASC. p. 63^{a} *(de castoribus)* Greci amfivia *(cf. Diosc. gr. 2,24,1)* vocaverunt, sepius namque aquaticam, sepe et terrenam sustinent vitam.

amphibolicus (amf-), -a, -um. (*cf.* ἀμφίβολος) *ambiguus – zweideutig:* CHRON. Albr. a. 1213 p. 898,27 littere amfibolice, duplicem habentes constructionem.

amphibolius *v.* 1. amphibolus *p. 585,9.*

amphibologia, -ae *f.* (*cf.* ἀμφιβολία) *script.* -phyb-: *l. 53.* *ambiguitas, dubietas – Zweideutigkeit, Ungewißheit:* **1** *gener.:* LIUTPR. antap. 3,47 p. 99,28 ut -am dirumperet *Deus* ac veritatem cunctis ostenderet. BENZO ad Heinr. 3,10 senatores ... tractabant inter se de amphybologia regalis epistolae. **2** *philos.:* ALBERT. M. praedicab. 3,4 p. 50^{a},31 sic incidit sophisma secundum -am. div. 2,1 p. 24,30 quam *(ambiguitatem)* Graeci dicunt -am ab amphi, quod est dubium, et bole, quod est sententia. elench. 1,1,6 p. 535^{b},12 sunt autem in dictione modi illi ..., scilicet aequivocatio, -a (*p. 165^{b},26* ἀμφιβολία), compositio. 1,2,1 p. 537^{a},14 aequivocatio in dictione, -a autem in oratione. summ. theol. I 9,39,2,2 p. 410^{b},48 fallacia -ae. *ibid. al.*

***amphibologicus,** -a, -um. (*cf.* ἀμφίβολος) *script.:* -phyb-: *l. 65.* -loic-: *l. 67.* *ambiguus, dubius – zweideutig, ungewiß:* **1** *gener.:* EPIST. Hann. 5 p. 22,19 per hypotesin et quasi amphybologico involutu loquebaris. HERM. ALTAH. annal. a. 1213 in epistola -loica. ROLAND. PATAV. chron. 12,14 -a proposicio. EBERH. BAMB. epist. 16 p. 558^{B} quod ... subinfertis ..., -um est. **2** *philos.:* ALBERT. M. top. 8,2,3 p. 509^{b},12 pluribus existentibus, quae ... sub eadem oratione -a, facilis est dubitatio. elench. 1,5,5 p. 627^{b},21 in -o paralogismo. *ibid. al.* *subst. neutr.:* ALBERT. M. sent. 1,9,17 p. 297^{a},9 nec ...

[Sroder]

decipiuntur *angeli* aequivocis et -is. top. 2,1,5$^{tit.}$ in multiplici -o.

1. amphibolus (amf-), -a, -um. (ἀμφίβολος) *ambiguus, dubius – zweideutig, ungewiß:* **1** *gener.:* LIUTPR. hist. 11 accusationem ... -am retinemus, incerti, utrum zelo iustitiae an impietatis livore prorumperet. THEOD. AMORB. Firman. prol. p. 25,3 ac si quaedam idolotita ac prophana ... -a ac potius sint apocrypha nuncupata. THEOD. AMORB. (?) Tryph. et Resp. p. 291,11 sine titulo auctoris -bolium *(sic?)* est thema subsequentis operis. *al.* **2** *medic.:* AURELIUS praef. p. 485,4 sunt ... dubia, quae Graeci -am (amf-*A*) *valetudinem* vocant.

2. amphibolus, -um *v.* amphibalus.

amphibrachys (-is) *vel* **amphibrachus**, -i *m.* (ἀμφίβραχυς) *script.* -cus: *l. 19.*

pes metricus constans e duabus syllabis brevibus, quae longam circumcludunt – Versfuß, der aus zwei eine Länge umschließenden Kürzen besteht: ALDH. ad Acirc. 121 p. 166,22 quare vocitatus est -us (-cus *F*)? quod ex utraque parte brevibus ambiatur sillabis ...: ergo amphi utrimque, brachus brevis interpretatum dicitur. p. 168,18 inchoativa ... verba tertiae coniugationis ... -um rite generabunt, ut 'rigeo, rigesco'. *al.* BONIF. metr. p. 579,3 unus ... est, qui tripla partitione dividitur ...: -ys. ERCHANB. FRISING. (?) gramm. p. 113,18 '-is' circumbrevis *eqs.* GODESC. SAXO gramm. 2 p. 487,16 'severus' -is. METELL. Quir. 9$^{tit.}$ primus versus constat choriambo et bachio vel -o.

amphibulus, -um *v.* amphibalus.

amphicircos *v.* amphicyrtos.

amphicyrtos *adi.* (ἀμφίκυρτος) *script.:* -circos: *l. 38.* -tricos: *l. 35.* -tritos: *l. 40sq.* -trios: *l. 36.*

de statu lunae i. q. utroque curvatus – nach beiden Seiten hin gekrümmt (cf. Arist. p. 291^{b},20): ALBERT. M. summ. creat. I 3,7,2 p. 399^{b},34 quandoque *luna* dicotomos, quandoque amphitricos et quandoque plena. meteor. 3,4,11 p. 679^{b},16 nec erat luna plena, sed erat amphitrios, hoc est, satis plus quam dimidia, aliquantulum deficiens a plenitudine. veget. 6,378 malva est herba habens folia sicut luna, quae amphicircos est. summ. theol. I 17,68,2 p. 699^{a},28 deficiens *luna* a plenitudine, quod Graeci vocant amphitritos prima et amphitritos secunda, 'amphi' enim Graece 'dubium' sonat Latine, eo quod tunc dubium, hoc est imperfectum habet circulum. II 11,59 p. 586^{b},22sq.

***amphilogia**, -ae *f.* (ἀμφιλογία) *circumlocutio – Umschreibung:* GUNTH. PAR. (?) orat. 1,3 p. 112^{D} circumlocutio duarum pluriumve dictionum, quam Graeci -am vocant. p. 113^{A} quandoque ... homini -a vicem supplet unius vocabuli nondum inventi. p. 113^{C} differentialis -ae sensum.

amphimacrus (amf-), -i *m.* (ἀμφίμακρος) *script.:* -chrus: *l. 55.* -chus: *l. 55.* -cus: *l. 54.*

pes metricus constans e duabus syllabis longis, quae brevem circumcludunt – Versfuß, der aus zwei eine Kürze umschließenden Längen besteht: ALDH. ad Acirc. 112 p. 151,19 hi VII pedes: bachius, palimbachius, -us (-cus *var. l.*) et peones IV. 122 p. 169,16 -us (amfi- *F*, -chrus *P*^{1}, -chus *K*) ... annotatur, ut 'conglobas, conglobant'. *al.* BONIF. metr. p. 579,5 sescupli autem sunt hi: -us. ERCHANB. FRISING. (?) gramm. p. 113,20 '-us' circumlongus *eqs.* GODESC. SAXO gramm. 1 p. 382,12 'erudis' -us est. METELL. Quir. 12$^{tit.}$ prior versus ... -o et duobus iambis ... constat.

amphimerinus *v.* amphemerinus.

***amphipendulatus**, -a, -um. (*cf.* amphi *et* pendulus) *pendulus – schwankend:* ARNOLD. RATISB. Emm. 1,7 p. 522^{a},41 e pariete, cui -o dorso tenus innisus adhesit.

***amphiprehensus**, -a, -um. (amphi *et* prehensus) *circumclusus – umschlossen:* RUODLIEB V 1 curtis fuit -a ⟨in me⟩dio vacua scenis foris undique septa. 163 in curtem latam ⟨canc⟩ellis -am.

***amphis**, -is *subst.* (*cf.* ὄφις, ἀμφίσβαινα) *species serpentis – Schlangenart:* ALBERT. M. animal. 25,14 est autem serpens parvus, quem Graeci -im propter extremitatum debilitatem vocant.

amphisbaena, -ae *f.* (ἀμφίσβαινα) *script.:* anphivena: *l. 4.* amphisibena: *l. 7.* anfysibena: *l. 5.*

species serpentis – Schlangenart: AMARC. serm. 4,376 quos vipera non lesit, seps, anphivena, parias. ALBERT. M. animal. 25,14 anfysibena serpens est, quem Arabes ... anksymen vocant. 25,40 qui *(serpens)* salit ad duas partes, quem Graeci amphisibenam vocant, quasi duo capita habentes.

***amphisbetos**, -on. (ἀμφίσβητος) *ambiguus – ungewiß:* LIUTPR. leg. 50 quod tui domini consilio actum esse, non est ἀμφίσβητον.

***amphiseptio**, -onis *f.* *circumiectus – Schirm:* WOLFHER. Godeh. I 19 p. 180,31 locum ... silvarum montiumque -e munitum. *in imag.:* WOLFHER. Godeh. I 8 p. 174,16 ipse, ut erat ... armorum ... spiritualium idonea -e undique munitus.

***amphiseptus**, -a, -um. (amphi *et* septus) *in imag. i. q. circumiectus – umgeben:* WOLFHER. Godeh. I praef. p. 167,42 domno ... liberalitatis coruscamine ... -o.

amphisibena *v.* amphisbaena.

amphitapa (-e), -ae *f.* (ἀμφιτάπης) -phytappa: *l. 24.*

tapete utrimque villosum – auf beiden Seiten wolliger Teppich: ALDH. ad Acirc. 121 p. 166,24 -e (-tapete *var. l.*) genus vestimenti utrimque villosum et hirsutum dicitur *(cf. Non. p. 540).* ABBO SANGERM. bell. 3,16 amphytappa (gloss.: tapete undique villosum) laon extat badanola. ODO Ern. duc. 4 p. 341^{B} -am sedem circum supraque tegentem.

amphitheatralis, -e. *ad amphitheatrum pertinens – Amphitheater-:* EPIST. Ebr. 1 (QuellForschItArch. 20 p. 29) -e de se spectaculum future ... perditionis presagum mundo prebebit.

amphitheatrum (amf-, -tea-), -i *n.* (ἀμφιθέατρον) *script.:* anpe-: *l. 37.* -phyt-: *l. 52.* -pit-: *l. 38.* *plur.: l. 52.*

locus spectaculi in (semi)circulo exstructus – (Amphi-) Theater (GLOSS. II 733,26 St.-S. spilehus vel huorhus. III 224,23 spilstat. 349,37 quelhus. IV 211,15 -teatrum scirmehus ticat [*i.* teatrum *? ed.*] spilehum [*i.* -hus *ed.*]): CHRON. Fred. 2,36 p. 61,8 Titus anpeteatrum Romae aedificavit (MARIAN. chron. a. Chr. 86 ampi-um. OTTO FRISING. chron. 3,18 p. 158,26 -teatrum ['tiergartn' *suprascr. B*^{2}]. *al.*). ALDH. virg. I 36 p. 284,5 in amfitheatrum sanctos ... carnifex imperat duci. ad Acirc. 121 p. 166,25 -teatrum, ubi altrinsecus scenicorum ludibria histrionumque ridiculosa commenta exercentur et ... theatrales pancratariorum pompae ... peraguntur. PAUL. DIAC. Mett. p. 261,23 in cavernis ... -i ... hospitium habuit *Clemens,* in quo etiam loco oratorium Domino construens altare in eo statuit. WALAHFR. Mamm. 8,14 dumque cavo fuerint spectacula in -o. AGNELL. lib. pont. 2 templum Apolinis ... iuxta -teatrum (PETR. CAS. [?] chron. 3,39 p. 731,44 cum ecclesia sanctae Mariae iuxta -um Fundanae civitatis. DIPL. Loth. III. 120 p. 200,9 ecclesiam ... sancte Marię in -teatro). ABBO SANGERM. bell. 3,37 amphyteatra (gloss.: loca spectaculi, ubi pugnant gladiatores) procul tibi stent. ERCHEMB. CAS. hist. 41 Guaiferius ... Berelais, hoc est -um, peramplicuit cum suis *(item de loco munito:* 44 p. 254,6 illis ... in -o circumseptis. GESTA Trev. 22 p. 157,24 in harena civitatis, id est in -teatro, quam munierant *cives*).

amphitricos *v.* amphicyrtos.

***amphitricus**, -a, -um. (*cf.* amphitrite; *v. et Diefenbach, Gloss. p. 32^{a} s. v.* amphitearum) *de oceano i. q. circumfluus – umfließend:* ALBERT. M. cael. 2,2,3 p. 154^{a},21 terra ..., quam tangit undique per circumferentiam -i aqua oceani.

***amphitrio**, -onis *m.* (*cf.* amphitrite *et* septemtrio) *mare Balticum (sc. oceani pars?) – Ostsee:* CHRON. Pol. praef. p. 7,12 sunt etiam ... infra brachia -is *(cf. notam ed.)* aliae barbarae gentilium nationes.

***amphitrionalis** (anph-), -e. *ad mare Balticum (sc. oceani partem?) pertinens – baltisch:* CHRON. Pol. praef. p. 7,4 ad mare septemtrionale vel -e (anph- *var. l.*) tres habet *Polonia* affines barbarorum gentilium ferocissimas nationes.

amphitrios *v.* amphicyrtos.

[Sroder]

amphitrite(s), -ae (-is) *vel* **amphitrix**, -cis *f.* (Ἀμφιτρίτη) *script.:* -phyt-: *l. 7.* anfreti: *l. 3.*

1 *gener. i. q. mare – Meer* (*cf.* GLOSS. I 52,17 St.-S. anfreti uuazzarchunni): THIOFR. Willibr. I A 31 p. 478^{c} pro -ę ac terrę inęqualitate ac excursu. **2** *spec. i. q. oceanus, mare magnum – Ozean, Weltmeer* (*cf. RE XVII 2 p. 2328 s. v.* okeanos): ALBERT. M. phys. 4,1,11 p. 263^{b},29 quod amphytrites est locus proprius aquarum (*cf.* meteor. 2,3,9 p. 573^{a}, 32sq. mediterranea continuantur ad -icem: -x est ergo locus proprius et primus omnium aquarum). nat. loc. 1,9 p. 574^{b},31 quod -es fluat ab aquilone per orientis punctum in parte una et per occidentis punctum in parte alia in meridie. caus. element. 2,2,6 p. 651^{b},25 circulum oceani, quod -es vocatur et continet totam sphaeram terrae. meteor. 2,2,7 p. 551^{b},9 flumina . . ., quae . . . de -e copias trahunt aquarum. 2,2,11 p. 555^{b},39 profundum -is. Is. 5,25 p. 82,79 ubi . . . -e (*sic ed.*, amphictes *B*, ad *L*) nostram finit habitabilem. summ. theol. II 11,56,2 p. 573^{b},32 propter quod . . . -es dicitur ab 'amphi', quod est 'dubium' et 'teres', quod est 'circulus'. *ibid. al.*

amphitritos *v.* amphicyrtos. **amphitrix** *v.* amphitrite.

***amphium**, -i *n.* *(fort. cohaeret c.* ἄμφιον, *cf. DuC. gr. p. 64) species odoramenti – Parfumart:* ROLAND. PATAV. chron. 1,13 p. 25,14 ampullis balsami, -i et aque rosee.

1. amphora (amf-), -ae *f.* (ἀμφορεύς) *script.:* anph-, anf-: *l. 38.49.53sq.56.* ?anfra: *l. 39.* frascia: *l. 58.*

1 *gener. i. q. vas, cadus – Gefäß, Krug* (GLOSS. III 373,50 St.-S. -a kanne. 644,11 situla vel -a eimir. 666,58 situla -a raichiuaz. 718,11 -a vel artabe croch. *ibid. al.*): **a** *spectat ad liquida:* WALAHFR. hort. 150 -a *(sc. formata e cucurbita cavata)*, quae . . . servat incorrupta diu generosi dona Liei. VITA Greg. Porc. I 12 oleum in -a positum. WILH. HIRS. const. 1,84 p. 1011^{B} ad -am aquae, quae de stanno semper est in ecclesia . . ., ut omnes ibi calices laventur. THEOPH. sched. 3,59$^{med.}$ *(in ornamentis turibuli)* flumina paradysi humana specie cum suis -is, quibus effundatur species fluentis aquae. COSMAS chron. 1,6 p. 17,2 aquam de anphora bibunt. *fort. add.:* CHART. civ. Hild. 287 p. 139,19 (a. 1258/60) alvioli IIII, anfre scamgnee III, candelabra V. **b** *spectat ad praeparandum cibum:* ARNULF. SAG. invect. 3 p. 94,24 docebatur . . . figulus -as figmento plasmare mirabili, quibus . . . status . . . superior, repositis escis, fumum per modici oris respiraret angustias. **c** *spectat ad dona mortuis data:* SCHOL. Adam gest. 144 cum aut in -is aut in aliis vasculis secum thesauros infodere iussissent *gentiles.*

2 *spec. de genere mensurae fere i. q. situla – etwa 'Eimer'* (*def.:* CATAL. mensur. cod. Monac. 14747 f. 88^{r} batus -a modia III [*cf. Isid. 16,26,12sq.*]. f. 88^{v} -a VIII modia): **a** *spectat ad liquida:* EPIST. Desid. Cad. 11 unam Falerni anforam deposcimus. CHART. Fuld. B 234 mellis. REGISTR. abb. Werd. 2,3 p. 18,7 unam -am de cervisa et medium afterbier. DIPL. Heinr. II. 461 p. 584,34 terris cum vineis . . ., unde exeunt anforas viginti. DIPL. Heinr. III. 108 p. 137,36 amforas vini. CHART. Rhen. med. I 640 p. 699,29 anforam vini, quam rustici heimer vocant, ministrabit, sequentibus vero annis omnibus eandem anforam in eandem mensuram, quę vulgariter burden vocatur. ALBERT. M. animal. 3,176 tantum de lacte, quantum est mensura, quae frascia (*p. 522^{b},16* ἀμφορέα) vocatur. 7,57 bibit elefas . . . de aqua quatuordecim machandos (*p. 596^{a},7* μετρητὰς ὕδατος Μακεδονικούς), hoc est -as in mane et post meridiem bibit -as octo. *al. remissius:* ODILO SUESS. Seb. 88 (43) vastam olei -am. **b** *spectat ad solida:* REGISTR. abb. Werd. 3,38 p. 123,22 (s. XI./XII.) IIII -as, id est XXIIII modia maiora avenae. 3,44 -am adipis. *ibid. al.* **c** *geom.:* ANON. geom. I 4,49 puteus . . . tot -as capiet, quot processerint pedes ex . . . diametri area altitudineque in invicem multiplicata, si pede uno longa et lata et alta fuerit -a. 4,50 si fuerit cuppa . . ., quot -as capiet, sic quaeras *eqs.* **d** *alleg.:* HRABAN. carm. 38,26sq. 'mea mensura atque -a iusta'; -a iustitiam *ostendit*, vitam mensura modestam. univ. 18,2 p. 489^{A} -a . . . hic significat mensuram grandem iniquitatis Iudaeorum.

2.*amphora, -ae *f.* *(theod. vet.* amph(a)ra*; cf. Ahd. Wb. I. p. 326) acidula – Sauerampfer (Rumex acetosa L.):* HILDEG. phys. 1,41 de -a: -a nec calida nec frigida *eqs.*

amphorula, -ae *f.* (amphora) *de mensura i. q. vasculum – kleines Gefäß:* REGISTR. abb. Werd. 8,10 p. 277,7 (s. XII.$^{med.}$) villicus dabit . . . LX caseos . . . et -am butiri (8,15 p. 285,18).

amphy- *v.* amphi-.

?*ampictus, -a, -um. *(fort. ex* amb- *et* pingere, *cf. DuC. s. v.) circumornatus, pictus – ringsum geschmückt, bestickt:* ODO Ern. duc. 5 p. 344^{E} viri . . . fluxis . . . decori syndone colobiis, tunicisque trilicibus auro -is (amictis *ci. ed. in nota*). *Sroder*

***amplectabilis**, -e. *gratus, optatus – angenehm, erwünscht:* COD. Karol. 24 p. 528,8 -em sospitatis vestrae laetitiam agnoscentes . . . gaudio maxime sumus relevati.

amplectibilis, -e. *reverens – ehrfürchtig:* LIBRI Karol. 3,18 p. 140,34 suscipere imagines cum summo honore et -i adoratione (p. 140,41. EPIST. pont. Rom. sel. I 2 p. 18,9).

amplectio *v.* amplexio.

1. *amplector, -ari *vel rarius* ***amplecto**, -are. *confunditur c. 2.* amplector *et neglegitur plerumque ab edd.; v. et N. Fickermann, JbGeschMitteld. 6. 1957. p. 62.*

1 *proprie i. q. complecti, circumplecti, (bracchiis) circumdare – umschlingen, umfassen, umarmen:* ALCUIN. epist. 10 p. 36,4 tempus . . ., quo collum caritatis vestrae . . . -er. 86 p. 129,7 *paginam* laetus ambabus accipiebam manibus et toto -bar (-ebar *var. l.*) pectore. 185 p. 311,10 Aquilam -ari (-are *H. S^{1}*) meum. MILO carm. 3,4,1,700 fratrem velut -atur amantem. THIETM. chron. 2,11 a . . . genitrice . . . -itur (-atur *cod. a. corr.*). *al. v. et l. 66.* **2** *translate:* **a** *colere, diligere, prosequi – verehren, lieben, umhegen:* RUD. FULD. Leob. 18 amabant eam principes . . ., episcopi cum exultatione -bantur (-ebantur *1 p. corr.*). FLOR. LUGD. carm. 28,154 quod spe sitiunt, puro -untur (-antur *cod.*) amore. ADEMAR. hist. 3,41 p. 164,20 -ebatur (-abatur *1*) maximo affectu honoris . . . monachos. *al.* **b** *observare, respicere – beobachten, beachten:* IOH. VIII. epist. A 179 ut, quicquid ab alterutra parte petebatur, . . . efficaciter -atur (-etur *cod.*). EPIST. Ratisb. 1 p. 275,24 ut . . . virtutis cultum . . . -etur. **c** *assequi – erlangen:* RHYTHM. 88,15,3 ut evadant pena dira et -ent supera. **d** *describere, demonstrare – beschreiben, darstellen:* GODESC. SAXO gramm. 2,103 p. 488,4 non inanis ostendat elationem typi, . . . sed simplicitatem potius exilis -etur ingenii *apostolus.*

adi. **amplectandus**, -a, -um. **1** *complectendus – zu umfassen (in imag.):* ALCUIN. epist. 179 p. 296,19 perpetuae caritatis alis -o Aquilae episcopo (253 p. 408,32). **2** *venerandus, amabilis – verehrungswürdig, liebenswert:* EPIST. Bonif. 64 p. 132,15 domino reverentissimo et . . . ab omnibus orthodoxis -o . . . archiepiscopo (FORM. Morb. 20). ALCUIN. epist. 196 p. 323,22 venerando patri nobisque cum summo honore -o (-endo *var. l.*). PASS. Petri et Pauli 133 -a . . . verba salutis. *al.*

2. amplector, -plexus sum, -i *vel rarius* **amplecto**, -plexi, -ere. *imperf.* amplectibamini: *l. 66. confunditur c.* 1. *amplector, *e. g. l.28.30.34.36.*

I *proprie:* **A** *strictius i. q. complecti, circumplecti, (bracchiis) circumdare – umschlingen, umfassen, umarmen (subi. fere anim.; res: l.69):* WALAHFR. hort. 114 -xa suas uncis tenet unguibus alnos *cucurbita.* Mamm. 20,18 collum . . . martyris -ens *pardus.* ANNAL. Quedl. a. 1008 -itur . . . sepulchrum, deosculatur. LAMB. TUIT. Herib. 1,5 infinito excipitur amore, -itur, exosculatur. *al. in imag.:* FORM. Marculfi 2,46 caritatem, qua . . . nostrae extremitatis personolam . . . acsi unice dilecionis vinculum -ibamini (-abamini *var. l.*). PAUL. DIAC. carm. 34,25 *(de epistola)* colla mei Pauli . . . -e. RHYTHM. 81,38,2 Christum -it ecclesia. WALTH. SPIR. Christoph. II 2,60 omnia, quadrifidis quę terra -itur alis. BERTH. ZWIF. chron. 33 p. 244,9 ille obviis, ut dicitur, manibus -enis suscepit *nemus. al.* **B** *latius:* **1** *ambire, cingere – umgeben, einschließen:* WALAHFR. (?) carm. 59,4.

[Pape]

splendore suo caros -itur *luna.* ADAM gest. 4,35 p. 269,20 qui *(oceanus)* totum mundum -itur. **2** *continere – enthalten:* AUREL. REOM. mus. 10 p. 43b,28 duas hic tonus communionum -itur diffinitiones. 18 p. 54b,7. **3** *comprehendere – erfassen:* ADAM gest. 4,20 quae *(Birca metropolis)* ... paribus ... spaciis omnes illius ponti -itur horas. **4** *efficere – ausmachen:* ALDH. ad Acirc. 137 p. 191,5 'crepuerunt, tonuerunt' ... ionicum minorem -untur.

II *translate:* **A** *colere, diligere, fovere, promovere – verehren, lieben, umhegen, fördern:* RHYTHM. 147,155 dominus ... servum -it. BEDA hist. eccl. 4,11 p. 225,30 mundum. DONAT. Trud. 11 (MGMer. VI p. 285,13) eum ... ut filium ... -ere (-i *var. l.*) et amare. EPIST. Bonif. 148 p. 286,1 munera, quae cum intima caritate -xi. HROTSV. Sap. 5,31 bonum cordetenus -or. ADALB. MAGD. chron. a. 962 p. 172,14 bonis omnibus ... -itur et sustentatur. DIPL. Loth. III. 89 studia ... -i et promovere. CHART. Heinr. Leon. 12 p. 20,39 locum ... honore -endum arbitramur. ARCHIPOETA 3,11 -i minimos magni solet esse viri mos. CHART. Turic. 1480 p. 194,38 sanctos studeamus reverenter -i. *saepe.* **B** *observare, respicere – beobachten, beachten:* RUD. FULD. mirac. praef. p. 329,23 *alii* sanctorum solemnia fidelius -untur. HROTSV. Abr. 8,2 quae iubes, -or. THANGM. Bernw. 5 modum in cunctis agendis ... -ens. STATUT. ord. Teut. p. 65,27 fratres -i decet communia seu necessaria. *al. c. sensu servandi:* HEINR. LETT. chron. 10,5 fidem susceptam se ... -ere (-i *var. l.*) profitentur. *c. dat. i. q. obsequi – willfahren:* COD. Karol. 97 p. 648,12 qui tuis noluerint -ere recte fidei predicationibus. **C** *probare, acceptare, credere – anerkennen, annehmen, glauben (an):* CARM. libr. I 3,23 -it fidem. EPIST. pont. Rom. sel. I 2 p. 17,22 suscipio et -o ... venerandas imagines. GODESC. SAXO theol. 13 p. 236,15 sector et -or, ubicumque verum dixit *Hieronymus.* VITA Leb. 3 -ens piam redemptoris visitationem. DIPL. Heinr. II. 389 peticiones. CONST. I 399 p. 571,24 -or omnem divinam scripturam *eqs. saepe. c. acc. c. inf.:* THANGM. Bernw. 1 p. 758,26. *seq.* si: CHART. Sangall. B 456 p. 331,3 (a. 1254) ius ... canonicum libenter -itur, si *eqs.* **D** *optare, appetere – wünschen, begehren:* WALAHFR. Gall. 1,2 alienas -i divitias. *c. inf.:* WIDUK. gest. 1,9 p. 14,11 -rer ... patriam redire. *seq.* ut: HROTSV. Dulc. 1,8 hoc -imur ut *eqs.* **E** *assequi – erlangen:* BEDA hist. eccl. 1,20 p. 39,19 caelestis palmae gaudia. WALAHFR. hort. 427 *(de Christo)* virtutem -xus utramque. **F** *suscipere – aufnehmen:* STATUT. ord. Teut. p. 23,27 quanto favore ... debeat -i tyrones ad benediccionem ecclesiastice proteccionis *Dominus.* **G** *subire – auf sich nehmen:* RUD. FULD. Leob. 4 p. 123,46 iniurias.

adi. **1. amplectendus**, -a, -um. **1** *complectendus – zu umfassen (in imag.):* LIUTOLF. Sever. I prol. fratri ... ulnis ... caritatis -o. **2** *venerabilis – verehrungswürdig:* ALCUIN. epist. 225 p. 368,9 patri ... nobis ... cum omni amore -o. WANDALB. Goar. 2 prol. pater in omnibus -e. EPIST. Teg. I 110tit. -o meritorum sanctuario ... Christi vicario. *al.*

2. amplexus, -a, -um. *difficilis, intricatus – schwierig, verwickelt:* EINH. cruc. p. 146,4 orta est ... questio longe validior atque -ior.

subst. **amplectens**, -entis *m. qui observat – einer der beobachtet, befolgt:* TRAD. Teg. 60 (a. 1048/68) cognoscant normam iusticię -es, scilicet ... Christo credentes. CHART. Naumb. 260 p. 243,45 omnibus ..., que prescripta sunt, -bus et tuentibus sit ... salus.

amplexabilis, -e. **1** *complectendus – zu umfassen:* FORM. Salisb. 10 dilectissimo et indissolubili caritatis nodo -i ... pontifici. **2** *venerabilis, carus – verehrungswürdig, lieb:* CHRON. Median. 3 p. 88b,13 -ia pignora locus hic meruit percipere. **3** *gratus, optatus – angenehm, erwünscht:* RHYTHM. 150,221,3 mihi ... quaevis asperiora sunt -ia. EPIST. ad Hildeg. 13 p. 166D cuius *(verae vitis)* fructus gutturi tuo dulcis et -is.

***amplexator**, -oris *m. qui amplectitur – einer der umarmt:* HILDEG. hymn. 13,1 (AnalHymn. 50 p. 491) o dulcissime amator, o dulcissime -r *(sc. Christe).*

***amplexatrix**, -icis *f. cultrix – Anhängerin:* CHART. ord. Teut. (Hass.) 54 p. 52,27 (epist. papae a. 1235) cuius *(iugi oboedientiae)* sub lege posita maritali ... -x extiterat *s. Elisabeth.*

***amplexatus**, -us *m. amplexus – Umarmung:* VITA Ludow. Pii 11 multo ... eum *(filium)* -u deosculans.

amplexio (-ecti-), -onis *f. in imag. i. q. amplexus – Umarmung:* EPIST. Wisig. 6 apices a domnissimo hac paterna amplectione (-xione *E2. M1*) tenendo imperatore ... oblatos ... percepimus.

amplexor, -atus sum, -ari *vel rarius* **amplexo**, -avi, -atum, -are. **1** *proprie:* **a** *complecti, (bracchiis) circumdare – umschlingen, umfassen, umarmen:* VITA Richar. 5 (MG Mer. VII p. 447,4) cum infantulo -ret. THEGAN. Ludow. 6 p. 592,13 -antes ... se et osculantes (16). WALTHARIUS 1340 *ursus* -ans Umbros *(sc. canes).* VITA Bard. 7 *eum* -tum, osculatum promisit ... non dimittere. CARM. Bur. B 96,1,2 virgines -amini. ARNOLD. LUB. chron. 1,9 p. 122,7 occurrit ei soldanus ..., -ans et deosculans eum. OTTO SANBLAS. chron. 51 p. 86,15 amantissime -ta publici signo osculi ... subarratur *puella. al. v. et l. 49. in imag.:* DIPL. Heinr. II. 363 -antur lapides vivos, quod est interventores querere sanctos *(cf. Vulg. Iob 24,8).* CHART. Turic. 271 religionis amatores sunt vere caritatis brachiis -andi. *c. sensu comprehendendi:* LEX Baiuv. 4,8 si eum per vim implexaverit (amplexaverit *Ep*). WALTHARIUS 362 manu caput -tus utraque egreditur. **b** *medial. i. q. se applicare – sich anlegen:* ALBERT. M. animal. 1,282 ut versus corpus melius -etur *adiutorium bracchii.* **2** *translate:* **a** *(mente) retinere – (im Geiste) bewahren:* WALAHFR. Wett. praef. p. 301,33 sedulo tenaci memoria -bar, cuius praesentiam summo ardore sitiebam. **b** *colere, diligere, fovere – verehren, lieben, umhegen:* HROTSV. Cal. 7,1 qua sinceritate dilectionis te ... -tus fui. EBERW. Symeon. 12 -atur et honorifice sustentatur. BERTH. (?) annal. a. 1076 p. 284,38 -ti sunt veritatem. OTTO FRISING. chron. 4,10 p. 196,6 *(de Iuliano)* philosophos super omnes -tus (amplexus *B1*). CHART. Hall. I 268 ecclesiam ... singulari favore ... -amur. *al. c. sensu eligendi:* BERNOLD. CONST. libell. II 3 praef. sacerdoti ... misticam cytharam David ... -anti Adalbertus. **c** *probare – anerkennen, billigen:* HUGO FLOR. act. 11 p. 391,31 cuius *(regis)* sponsionem papa libenter -tus est. *c. acc. c. inf.:* SERMO nat. virg. 8 eas invenisse didicimus, credidimus, -ti fuimus.

amplexus, -us *m. gen. pl.* -ium: *p. 591,2.* **1** *proprie i. q. actus amplectendi, complexus, circumplexus – das Umschlingen, Umschließen, Umarmung:* BEDA temp. rat. 1,33 cum dicis triginta, ungues indicis et pollicis blando coniunges -u (*cf.* THEODULF. carm. 16,2,13). HROTSV. Abr. 2,5 donec amplexaris -bus filii virginis. Cal. 9,1 cadavera -u serpentis circumfluxa. VITA Mathild. II 21 regalis conventus postremos alterutrum dedit -us. ORD. coron. imp. 17,4 rex ... recipiatur ab eo *(papa)* ad osculum et -um. *al. in imag.:* WALTH. SPIR. Christoph. I 4 optatę lucis. FROUM. carm. 6,4 quem *(mundum)* ... brachia Christi -u rapuere pio de faucibus hostis. CHART. Basil. A II 237 p. 313,2 episcopum ... internis benivolentiae regalis constringamus -bus. *al. de concubitu:* ANNAL. Altah. a. 1069 p. 78,4 concubinarum -bus adhaerere. COD. Udalr. 56 p. 116,8 masculorum ac pecudum -us non abhorrere. ALBERT. M. sacram. 259 p. 170,34 matrimoniales. *al. de matrimonio:* POETA Saxo 2,391 rex contempsit ... praestare petitos virginis -us. **2** *meton.:* **a** *ambitus, circuitus – Umgebung, Einschließung:* SOLIMARIUS 110 se cum milite multo collocat ... arcto vallis in -u. CHRON. Albr. a. 1190 p. 864,22 portum navigiis oportunum sub -u rupium violentiam excludente ventorum. *de funda anuli:* CARM. de anulo 1,11 (MG Lib. Lit. III p. 724) cuius *(anuli)* in -u sicut lapis est preciosus. **b** *confibula, uncus – Klammer, Krampe:* WILBR. OLD. peregr. 1,5,7 cum quarum *(turrium)* iuncturis lapides magni ferreis vinculis et duris -bus internectuntur. **c** *orgya – Klafter:* CHART. Burgenl. 354 (a. 1255) terre latitudo est ... mensurata tali fune, qui continet triginta tres -us, decem et octo funes

et viginti -us *eqs.* 481 quantitas ... terre est ... centum septuaginta -ium. 547 viam sex -uum. *ibid. al.* *Pape*

***ampliabilis**, -e. *qui dilatari potest – dehnbar, erweiterungsfähig:* ALBERT. M. animal. 10,9 debent ... matrices ... esse extensibiles et -es.

II *depon. usu intrans.:* **A** *ancillam agere, famulari – Magd sein, (als Magd) dienen:* **1** *proprie:* VITA Gang. I 13 (MGMer. VII p. 166,18) una ex illis, quae praedictae mulieri videbantur -ari, puellis. *de sanctimoniali:* VITA Dagob. 2 quae *(Balthilda)* in Cala monasterio -batur Domino. **2** *translate vel in imag.:* SIGEB. GEMBL. Theod. 3 p. 465,39 quod viro tantae nobilitatis -retur urbs (GOZECH. Alban. 28 erroribus). VITA Meinw. 5 p. 8,6 cuius *(episcopi)* benivolentię -batur humilitas. ALBERT. M. nat. anim. 1,1 p. 3,66 mechanice deserviunt et -antur usibus servilibus *artes.* metaph. 1,2,7 p. 31[b],12 *philosophia* stat in seipsa ... et ideo nulli -atur *eqs.* HUGO TRIMB. registr. 809 que *(artes)* nunc in theoloycis scriptis -antur. *al. pendet* ad: ALBERT. M. summ. theol. I 1,6 p. 31[a],16 ut -entur ad sciendi adminiculum *logicae scientiae.* p. 31[a],31. *absol.:* CARM. Bur. B 4,2,7 iuris libertas -atur obsecundans pecunie. FUND. Grat. Dei 2 p. 686,13 voluntati famulabatur carnis spiritu -ante. ALBERT. M. summ. theol. I 1,6 p. 31[a],12 quod ad -andum quaeritur, liberum esse non potest. *al. v. et l. 9.* **B** *fornicari – Unzucht treiben:* GLOSS. med. cod. Trev. p. 149,3 ancilatur i. adulteratur.

adi. **ancillatus,** -a, -um. **1** *qui famulatur – dienend:* RATHER. phren. 20 p. 388[c] (vs.) -a Deo ... corda. **2** *subiectus – unterworfen: v. l. 32.34.*

subst. **ancillans,** -antis *m. famulus – Diener:* TRANSL. Eug. Tolet. 35 *Dominus* pervigili sibi -ium affectatione ... illos glorificabat. WIGAND. Waldg. 21 quasi unus ex Deo -bus esse cepit.

ancillula, -ae *f.* **I** *(parva vel vilis) ancilla, ministra – (kleine oder niedrige) Magd, Dienerin:* **A** *gener.:* VITA Balth. A 11 ministerium exhibebat eius ut vilissima -a (PURCH. Witig. 465). THEODULF. carm. 28,701 -a mendax. LAMB. LEOD. Matth. IV 42 -a infantem, ut solet, in ulnis ... accepit. *al. in formula devotionis:* TRAD. Patav. 33[a] p. 29,29 (a. 789/91) ego ..., domine mi rex, una ex -is vestris.

LIUTPR. antap. 4,10 p. 109,20. *al. v. et l. 4.* **B** *spec.:* **1** *eccl. de mulieribus Deo dicatis, sanctimonialibus sim.:* PASS. Desid. Alseg. 7 (MGMer. VI p. 61,2) Christi. TRAD. Frising. 605 ego . . . humillima -a Dei Deota. DIPL. Heinr. II. 126 p. 153,2 Christo famulantibus -is. HELW. denar. p. 91,35 sorores meas . . . in claustro recipiens et in -as suscipiens. *al. remissius:* CONR. EBERB. exord. 5,5 p. 1130[c] increpabat *Dei genetrix* daemones . . ., quod suam -am invadere praesumpsissent. **2** *iur. de mulieribus alicuius potestati subiectis:* TRAD. Ratisb. 93 (a. 880/85) propriam -am meis . . . laboribus acquisitam . . . tradidi.

II *(parva) puella – (kleines) Mädchen:* CHART. Livon. A I 419 (a. 1270) -am quandam multum tenerae aetatis, utpote triennem. *Pape*

ancilus *v.* ancyle. ***ancing(i)a** *v.* *andecinga.

ancipiter *v.* accipiter. **ancira** *v.* anchusa, *antira.

ancistrum (ang-, anth-, ani-), -i *n.* (ἄγκιστρον) *medic. i. q. hamus – Haken:* Ps. HELIOD. chirurg. 18 enterismos est de angistrum adtrahere aliquod de corpore. ARS med. 6 p. 424,8 feramentorum nomina, . . . anthistrum (ani-, angi- *var. l.*). *in imag.:* MILO carm. 3,4,2,274 cuius *(crucis)* in -o fortem Leviathan aduncans. LIUTPR. antap. 4,3 Albericum rex Hugo . . . caperet τούτῳ τῷ ἀγκήστρῳ, tuto to agkistro, id est isto hamo.

ancisus, -a, -um. *circumtonsus, circumcisus – ringsherum beschnitten:* COD. Lauresh. 142[c] p. 421,99 (vs.) *monachi* sunt . . . tonsi caput alte cautius -is certoque tenore capillis. *in imag.:* ABBO SANGERM. bell. 3,65 -us (gloss.: circumcisus) vivas. *v. et ?**ancitus.

*?****ancitus,** -a, -um. *(orig. inc., ni i. q.* ancisus*) angustus – schmal:* TRACT. de aegr. cur. p. 183,34 *uva palati* est . . . superius lata, inferius -a quemadmodum uva.

ancla *v.* antlia.

anclo, -are. (ἀντλέω) *extrahere – herausziehen:* HUGO TRIMB. laur. 226 (add. p. 309,14) vincula qui . . . dirupit . . . Petro, nos ab inexstincto luis -et (avolet *var. l.*; gloss.: ancla est rota, cum qua extrahitur aqua . . ., inde . . . -o, -are, quod est extrahere) carcere tetro.

ancon (-os), -onis *(m.)* (ἀγκών) **1** *cubitus – Ellbogen:* WALAHFR. exord. 6 p. 480,29 cancelli dicuntur a cubito, qui Grece -os dicitur. **2** *hamus – Haken:* GLOSS. IV 167,48 St.-S. ancónes uncinos hâkin *(cf. Corp. gloss. Lat. ed. Goetz V 340,19).*

anconiscos (-com-, -mos) *(m.)* (ἀγκωνίσκος) *commissura – Verbindung:* GLOSS. III 219,3 St.-S. ancomiscos incastratura nôt (223,23. 293,56 ancomismos. 311,34. 329,9).

1. ancora (anch-, anck-), -ae *f.* (ἄγκυρα) **1** *instrumentum nauticum ad naves figendas usurpatum – Anker (cf. P. Heinsius, Das Schiff der hansischen Frühzeit. 1956. p. 145sqq.; v. et* GLOSS. III 164,61 St.-S. anchora [anckora *B*] âncher. IV 181,8 anchora i. senchel): **a** *proprie:* ANNAL. regni Franc. a. 792 pons . . . factus est anchoris et funibus. THIETM. chron. 3,22 anchoram ponentes. 4,25 p. 160,27 anchorae levantur. MIRAC. Bernw. 9 argenteam anchoram . . . obtulerunt *s. Bernwardo mercatores.* HEINR. LETT. chron. 19,5 p. 129,13 si cymbas intraveritis . . . et anchoras deducentes proieceritis in profundum. p. 129,15 funibus anchoris alligatis coggones trahendo. *al. alleg.:* HRABAN. univ. 20,40 p. 556[A] significat . . . anchora intentionem sanam et affectum animi bonum, quo homo tendit ad Deum et ad vitam aeternam. **b** *in imag. vel translate:* ALDH. virg. II 2809 anchora . . . sistat metrica barcam. PAUL. DIAC. carm. 13,9,1 anchora me . . . vestri . . . amoris detinet. WILLIB. Bonif. 8 p. 50,9 spei vestrae -am in Deum figite. WALTH. SPIR. Christoph. II 6,264 per cuius *(Christi)* veniam stabilis tenet anchora cymbam. DIPL. Heinr. II. 34 p. 37,38 tenacissimam in commune bonum fidelitatis anchoram. WIPO gest. 1 p. 9,12 divina providentia anchoras ecclesiae commisit viris pontificalibus. VITA Gebeh. Salisb. I 2 stabilitatis anchoras non habebant. ALBERT. STAD. Troil. 3,519 clavo tenet anchora mentis Achillem. *saepe. meton. de hominibus:* WALAHFR. Blaithm. 50 diu titubans stetit anchora. EPIST. Teg. I 7 *(de abbate)* anchoram . . . spei per nuntium annavimus. *al.* **2** *saxum ad ancorandum aptum – Ankerstein:* GLOSS. III 356,59 St.-S. anchora senchelsteyn (IV 212,12). **3** *signum – Zeichen:* MIRAC. Gertr. II 2 Christus eam *(Gerdrudam)* tali anchora decoravit.

2. ancora *v.* acorus.

***ancoragium,** -i *n. tributum pro ancora in portu figenda solvendum – Ankergebühr:* ACTA imp. Böhmer 897 (a. 1190) donamus . . . vobis libertatem terciarie et ancorandi et -i omnium navium vestrarum. *v. et* *ancoraticum.

ancorareus (-cho-), -a, -um. (ancora) *archit. i. q. ancora instructus, fundamentalis – mit einem Anker versehen, Grund- (cf. Mittelniederdt. Wörterbuch. I. 1956. p. 93 s. v. 'ankerstêin'):* CAES. HEIST. mirac. I 8,63 p. 135,16 lapides anchorarei (-ii *var. l.*) valde sunt ponderosi.

***ancoraticum** (-ticium), -i *n. tributum pro ancora in portu figenda solvendum – Ankergebühr:* ACTA imp. Stumpf 530 p. 742,9 (a. 1195) concedimus . . . potestatem . . . tollendi . . . -cium. ACTA imp. Winkelm. I 210 p. 188,19 absque . . . pro barcis et vasellis . . . -o (anconatico *codd.*) et portulagio. *v. et* *ancoragium.

***ancoratio** (anch-), -onis *f. actio ancorandi – das Ankern, Verankerung:* ALBERT. M. animal. 5,30 alciones . . . apparet in locis anchorationum (*p. 542*[b]*,23* ἐν τοῖς ὑφόρμοις), ubi naves anchoris ligantur. 14,19 *(in imag.)* pedes istorum . . . animalium congruunt tali apprehensioni et anchorationi.

ancoraus (-chor-), -i *m. (orig. gall.; wallon. vet.* ancrawe, *cf. Wartburg, Frz. etym. Wb. I. p. 93) species salmonis – (Haken-) Lachs (Salmo salare L.):* GESTA Trud. cont. I 13,4[med.] piscem cotidie dabat, scilicet aut magnos lucios aut anchoraum sive salmonem. *ibid.:* de anchorao . . . portio. *cf. ThLL. s. v.* ancorago.

ancoro (anch-), -atum, -are. **1** *trans. i. q. ancora figere – verankern:* CONST. I 1,1 (a. 921) quae *(navis)* -ta in fluminis medio . . . fixa erat. VITA Liutg. III 1,1234 anchorata navi. *refl.:* ALBERT. M. animal. 14,19 additamenta *(pedum)*, per quae seipsa anchorant (*p. 685*[a]*,34* ἀποσαλεύουσιν) dicta animalia. **2** *intrans. i. q. in ancoris consistere – ankern:* ACTA imp. Böhmer 897 *(v. l. 8).* ALBERT. STAD. Troil. 2,288 -at . . . plures nautica turba dies.

ancos *v.* ancon.

***ancrasaxa** *subst. (cf.* ancora *et* saxum*) saxum ad ancorandum aptum – Ankerstein:* GLOSS. III 266,5 St.-S. -a senchilstein (292,7. 294,21).

***anctorismos** (enterism-) *(m.)* (*cf.* ἀγκτηριάζω) *actio vulnus concludendi ancistro – Schließen einer Wunde mit einer Hakennadel:* Ps. HELIOD. chirurg. 4 circa sarcituras genera octo: . . . -os. 18 *(v. p. 627,18).*

***anctua** *subst. (orig. inc.) species salmonis – Lachsart (cf. P. Kattara, Die Glossen des Cod. sem. Trevirensis R. III. 13. 1912. p. 279):* GLOSS. III 683,48 St.-S. -a cupiro (IV 169,51).

anctus *v.* ango.

1. ancus *subst. (cf.* ἀγκών*) forma cuiusdam neumatis – Neumenform (sc. climacus liquescens; cf. D. Johner-M. Pfaff, Choralschule. [8]1956. p. 13):* FRUTOLF. (?) brev. 14 p. 102 climacus, torculus, -us.

2. ancus *v.* incus. **3. ancus** *v.* anchusa.

ancusa *v.* anchusa.

ancyle (ancile, ancilus, ancille, angcile, angia) *subst.* (ἀγκύλη) **1** *poples – Knie(kehle):* GLOSS. IV 181,6 St.-S. ancilus (ancille *b*) super genu i. hamme. *remissius de genu:* PAUL. AEGIN. cur. 183 pedes porcellini, angcile (*3,34,1* ἀγκύλαι), richi, aves, omnes frigide. **2** *manubrium ferreum scuti – eiserner Schildgriff:* GLOSS. I 14,1 St.-S. angia nagala ferrum intus scuti *(cf. Corp. gloss. Lat. ed. Goetz V 489,46).* III 323,61 ancille bukkellær (IV 181,4 ancile).

ancyromacus (-chor-) *subst. (cf.* ἄγκυρα*, v. et A.-G. Amatucci, ALMA 4. 1928. p. 51) species navis – Schiffsart:* GLOSS. III 216,61 St.-S. anchoromacus snacgun.

andabata, -ae *m. gladiator pugnans visu orbatus – ein mit verdeckten Augen kämpfender Gladiator:* OTLOH. Wolfk.

[Baader]

28in. haereticus -arum more, quod 'Verbum caro factum est' oppugnans, dixit (PETR. DAM. disc. p. 86,6). *Baader*

***andana** *subst. (ital.* andana, *cf. Meyer-Lübke REW³ nr. 410) messis – Mahd:* GLOSS. III 656,15 St.-S. -a mada.

***andecinga** (anc-, ans-, anz-, -eng-, -ia *sim.*), -ae *f. (m.: cf. l. 20) (orig. inc.) pars agri dominici colono ad colendum commissa – einem Kolonen zur Bestellung übertragenes Stück des Herrenlandes (de re cf. Ch.-E. Perrin in 'Mélanges F. Lot'. 1925. p. 619sqq.):* LEX Baiuv. 1,13 -as (-cen-, -ceng-, -ten-, -ting-, ancing-, anzing- *sim. var. l.*; gloss.: scaramez) legitimas – hoc est perticam X pedes habentem, IIII perticas in transverso, XL in longo – arare *debent coloni.* CHART. Epternac. 154 ansingas XX de terra arabili ... usu fructuario ... habere. *al.* CHART. Rhen. med. I 368 p. 425,37 annonam ex ancingis et cruadis. DIPL. Heinr. V. (ed. Hugo, Annal. Praemonstr. II. Prob. p. 540) debent ... tres gerbas de ancingiis (*cf.* p. 539). CHART. Pfedd. 4 (ed. Bonin, UB Pfeddersheim p. 2,25) singuli ... mansi binas ancingas habent. *de modo operis dominici:* CHART. Sangall. A 140 (a. 795) per annis singulis ... duas anzingas, unum autumnalem et alium estivalem, illos segare et intus trahere. CHART. select. Waitz 2 p. 4,24 faciat ... mansus unusquisque anzingam integram in corrogata.

andeda, -us *v.* andena.

***andelago** *sim. v.* *andelangus.

***andelangus**, -i *m. (orig. inc.) script. et form.:* ando-: *l. 42.* -lag-: *l. 38. acc.: sg.* -aginem: *l. 37. pl.* -lagnus: *l. 41.42.*

1 *signum quoddam in traditionibus praediorum adhibitum (?chirotheca, ?cremaculus) – bei Grundstücksübereignungen verwendetes Traditionssymbol (?Handschuh, ?Kesselhaken; cf. Dt. Rechtswb. I. p. 608):* FORM. Senon. I 50 omnes res meas ... per meos wadios et -os ... trado (FORM. Ratisb. I 4). FORM. Sal. Lind. 1 mansos ... per hanc cartolam donationis sive per fistucam atque per -um ... donamus. *al.* ([*v. ind.*]. FOLCUIN. Bert. 2,45 p. 115,10 [chart. a. 867] per festucam et -aginem. SIGEB. GEMBL. gest. 9 p. 528,45 [chart. s. X.²] per festucam atque andelagum). 2 *traditio signo quodam adhibito confirmata – durch Überreichung eines Symbols bestätigte Übereignung:* TRAD. Weiss. 232 (a. 713) quod ... pater ... dato praecio conparavit per andelagnus. 233 quicquid ... per andolagnus ... visus sum tenuisse.

andena, -ae *f. (m.: l. 51.53) (gall.* *anderos; *cf. Wartburg, Frz. etym. Wb. I. p. 94) script.:* -na: GLOSS. III 372,31 St.-S. *al. v. et l. 54.* -eda (-dus): *l. 51.52.53. adde* GLOSS. III 293,27 St.-S. *al.* -la: GLOSS. III 222,20 St.-S. *al.* -cla: GLOSS. IV 196,52 St.-S. -eua: GLOSS. III 635,5 St.-S. endir (-ra, -re): GLOSS. III 636,3 St.-S. 657,13. 677,51. *form.: decl. II.* -dum, -dos: *l. 51.53. decl. III.* andeonem: *l. 54. fulcrum focarium – Feuerbock:* CAPIT. reg. Franc. 32,42 ut unaquaeque villa intra cameram ... -edos, catenas, cramaculos ... habeant. 128,25 gramalium I, -edam I (128,30). 128,34 -edum I. TRAD. Frising. 657 tradidit ... caldarium I, andeonem I. GLOSS. III 645,34 St.-S. -a brantraite ferrum trium pedum, super quo ponuntur ligna ad faciendum focum. *ibid. al. Pape*

andeo *v.* andena.

***anditus**, -i *m. (ital.* andito, *cf. Meyer-Lübke REW³ nr. 410) aditus – Zugang:* DIPL. Heinr. II. 530 p. 686,11 (spur. s. XII.¹) concessimus *terras* cum viis et aquis et -is suis.

***ando**, -are. *(ital.* andare, *cf. Meyer-Lübke REW³ nr. 409) ire – gehen:* NOTAE Pis. a. 1148 (MGScript. XIX p. 266,33) per -are et prendere et subiugare ... terra (*i.* -am) paganorum. ALBERT. STAD. annal. a. 1179 p. 249,9sq. hostiarii *papae* clamabant: 'Levate, -ate, -ate, -ate'.

andrachne (-i), -is *f.* (ἀνδράχνη) *script.:* adr-: *l. 69sq. 72. p. 630,5sq.8.* ara-: *p. 630,6.* -gn-: *l. 72. p. 630,3.5sqq. 9.11.* ?andaree: IOH. IMAT. chirurg. 8.1. *form. (tantummodo sing.): nom.:* a(n)dragnis: *p. 630,7.9.* adragma: GLOSS. III 546,29 St.-S. *cod. b.* andrago: *p. 630,11.* adragus: GLOSS. III 546,29 St.-S. *cod. c.* adracius· *p. 630,8. acc. (abl.)* adragno: ANTIDOT. Berolin. 8. *abl.* -gni: *p. 630,3. portulaca – Portulak (Portulaca oleracea L., cf. Fischer, Pflanzenkunde. p. 279):* PAUL. AEGIN. cur. 176 p. 101,16 -i comesta facit. 185 p. 109,25 cum ... -gni cataplasma (*3,35,1* σὺν ... ἀνδράχνῃ κατάπλασσε). 198 p. 123,18 -gnis sucus. ANTIDOT. Lond. p. 20,47 folia persecis, adragne. ANTIDOT. Glasg. p. 122,8 aragne semen -II. p. 122,19 adragne, hoc est portulaca, teris. GLOSS. III 469,6 St.-S. -gnis, id est portulaca urcilla. 524,12 adracius portulaca burgle. ODO MAGD. herb. 748 -e (-gnis *var. l.*) Graece, quae portulaca Latine dicitur, haec vulgi pes pulli more vocatur. ALPHITA I p. 276,31 andrago (-gnis *var. l.*) portulaca, portacla idem.

***andragathia**, *acc.* -αν *f.* (ἀνδραγαθία) *virtus (virilis) – (männliche) Vortrefflichkeit:* ALBERT. M. pol. 2,8° p. 172ᵃ,25 'ἐπιείκεισι sic existentibus et eruditis sufficienter ad ἀνδραγαθίαν', id est ad virilem bonitatem.

andrago *v.* andrachne. **andraunia** *v.* androdamas.

***andria**, -ae *f.* (ἀνδρεία) *virtus – Vortrefflichkeit:* ERMENR. ad Grim. 33 p. 573,25 lux ipse Deus, ... -a, pistos, ear.

***andrium**, -i *n.* (ἀνδρεῖον) 1 *cena publica – öffentliches Mahl:* ALBERT. M. pol. 2,9ᵈ p. 180ᵇ,46 'vocabant Lacedaemones' supple convivia 'non phiditia, sed -a' (*p. 1272ᵃ,3* ἀνδρεῖα) ab ἀνήρ, ἀνδρός, quod est vir (*sim.* 2,10ᵉ). 2 *prave versum i. q. domus privata – Privathaus:* ALBERT. M. pol. 2,8ᵃ 'in atriis' vel 'in -is' (*p. 1270ᵇ,12* ἐν τοῖς Ἀνδρίοις) secundum aliam translationem, id est in privatis habitationibus, supple, saepe ostendunt.

androdamas (-manta, -dragma *sim.*), -antis *m.* (ἀνδροδάμας) *species magnesiae – schwefelhaltiges Erz:* MAPPAE CLAVIC. 57 accipias lapidem -anta. COMPOS. Matr. 72,1 mittis ... andromadas pensu solidi VIII. MARB. RED. lap. 48,1 androdragma lapis formae quasi tessera quadrae (*sim.* ARNOLD. SAXO fin. 3,9 -anta lapis est *eqs.; cf. Isid. orig. 16,15,8).* Ps. ARIST. lap. I p. 200,32 *magnesia* vocatur etiam auhetion. II 22 Greci vocant eas (*species magnesiae*) andraunias.

androgynus, -i *m.* (ἀνδρόγυνος) *script.:* -gin-: *l. 39.42.* -gen-: *l. 39.* -gim-: GLOSS. IV 196,1 St.-S. *decl. I.* -ginae: *l. 42. hermaphroditus – Zwitter (cf.* GLOSS. IV 173,10 St.-S. -ginus widilo): PAUL. DIAC. carm. 19,33 proditur -geno nonnumquam sexus uterque. EPIST. var. III 12 p. 156,27 quaedam contra legem naturae videntur procreari ut ... ermaphroditae sive -ginae. ALBERT. M. summ. theol. II 11,64 p. 613ᵃ,11 quos -os vocant, hoc est hermaphroditos.

***androlibanus** (endroliv-), -i *(m.) (cf.* λίβανος ἄρρην, *ni cohaeret c.* δενδρολίβανον) *thus masculum – männlicher Weihrauch (cf. André, Lex. bot. p. 31):* ANTIDOT. Augiens. p. 49,24 recipit ... -u Ə I. *fort. add.:* ANTIDOT. Lond. p. 20,43 samsuco, endrolivano, livistico.

androna, -ae *f.* (ἀνδρών; *ital.* androne, *cf. Meyer-Lübke REW³ nr. 450) script.* -omena: *l. 52. angiportus, semita – Gäßchen, Weg (cf.* GLOSS. III 294,4 St.-S. -dromena i. gazza. IV 33,21 -a vvidervart): DIPL. Otton. III. 308 -ae venientes ad ipsam aecclesiam. MANEG. ad Gebeh. praef. p. 311,14 per omnes plateas et -arum recessus ad ecclesie ludibrium propalatur. *fort. add.:* TRANSL. Eug. Tol. 29 recta est via *vitae,* quamvis angusta, quae ducit ad coelestem -am (*cf. Vulg. Matth. 7,14* vitam).

Andronia, -ae *f.* (*cf.* Ἀνδρων) *trochiscus ab Androne inventus – von Andron erfundene Pille (cf.* PAUL. AEGIN. cur. 198 p. 125,5 Andronos trociscus. AESCULAPIUS 11 p. 15,18 ex trocisco Andronio): TRACT. de caus. mul. 2 -a ad ventrem malaxandum (*cf.* FRAGM. mul. III 54). *fort. add.:* AESCULAPIUS 11 p. 15,40 andromacum (-e sucum *cod. Augiens. 120).*

andropomorfita *v.* anthropomorphita.

androsaemon (-sem-) *(n.)* (ἀνδρόσαιμον) *ascyron – Mannsblut (Hypericum androsaemon L., cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. II. p. 937sq.):* DYASC. praef. p. 15,1 unus ... -semon similare voluit hipericho.

***androtocos** *f.* (ἀνήρ *et* -τόκος) *quae hominem parit – Menschengebärerin:* ALBERT. M. bon. 299 p. 169,87 *Maria* dicendum est theotocon et non Christotocon nec etiam -os.

andrus(ti)cio, andrustio *v.* antrustio.

***andulgis,** -is *f.* *(francog. vet.* andoille, *cf. Wartburg, Frz. etym. Wb. IV. p. 652sq.) farcimen – Wurst:* Wilh. Rubruqu. itin. p. 226,7 de intestinis equorum faciunt -es meliores quam de porcis.

andustrio *v.* antrustio. ***aneda** *v.* *aneta.

***anellaris,** -e. *anulum portans – Ring-:* Lex Alam. 57,49 si ... digitus -is (anullarius, anelarus, anularis, hanoflaris *var. l.*) ... abscisus fuerit.

anellarius, -i *m.* *(cf. francog. vet.* anelier, *v. et Wartburg, Frz. etym. Wb. I. p. 95) anulorum faber – Ringmacher:* Ps. Avic. anim. 1,12 p. 89 modulus ad -os.

***anelleta** (-ele-), -ae *f.* *(cf. francog. vet.* annelet, *v. et Wartburg, Frz. etym. Wb. I. p. 95) anulus parvus – kleiner Ring:* Moses Panorm. marisc. 3 p. 160,18 pone in morsu freni plures -eletas ferri, ut iste -elete tangant linguam equi.

anellus, -i *m.* *anulus (parvus) – (kleiner) Ring:* 1 *de signo episcopali:* Anselm. Mog. Adalb. 1061 -us pontificalis. 2 *de freno equi:* Moses Panorm. marisc. 3 p. 159,23 quoquere musellum cum -o ferri.

anelo *sim. v.* anhelo.

anemone, -is *(f.)* (ἀνεμώνη) *script. et form.: nom. sg.:* nemon: *l. 29.* anemo: *l. 30.* anomo(n): *l. 30sq.* animonis: Gloss. med. cod. Trev. p. 174,7. *gen. sg.* animonis: *l. 35.*

1 *rhoeas – wilder Mohn (Papaver rhoeas L., cf. André, Lex. bot. p. 238):* Gloss. med. p. 51,14 papaver a Grecis dicitur quodie, alii ... nemon. Gloss. III 490,6 St.-S. nemon wi⟨l⟩de macesamo. 533,50 anemo (anomo *b*) rotman. *ibid. al.* Alphita I p. 276,32 anemo (anomon II p. 10,24) papaver rubrum vel ruffum. 2 *crinon – Kranzwindröschen (Anemone coronaria L., cf. André, op. cit. p. 31):* Paul. Aegin. cur. 5 -is florem (*3,1,5* ἀνεμώνης). 103 -is sucus. Dyasc. p. 13[a] animonis idem papaveris duo sunt genera, agrestis et ortina *(cf. Diosc. lat. 2 p. 242,20).*

*?**anemos** *(m.)* (ἄνεμος) *ventus – Wind:* Emo chron. p. 519,8 animus dicitur a nimi *(sic?),* id est a vento *(cf. Isid. orig. 11,1,7).*

1. ***aner** *m.* (ἀνήρ) *acc. sg.* ἄνδρα: *l. 43. gen. pl.* androrum: *l. 44.*

vir – Mann: Ioh. Scot. carm. 2,8,67 Deus ... sese perfecerat ἄνδρα (gloss.: virum). Albert. M. animal. 17,63 *kyrikes* nec nomen habet androrum, hoc est virorum, quia nichil virilitatis est in eis. *v. et p. 630,23.*

2. ***aner** *subst. (orig. inc.) piper – Pfeffer:* Gloss. IV 33,28 St.-S. -r piper ([*cf. notam ed.*]. 130,51. 173,12).

***anervolosus,** -a, -um. *(cf.* ἄνευρος*?) ?sine nervis – ? ohne Sehnen:* Arnold. Saxo fin. 2,4 p. 58,28 animalia -a moriuntur, cum caput eorum inungitur oleo.

***anesis,** -is *f.* (ἄνεσις) *script.* -ess-: Gloss. med. p. 80,5 *cod. P. form. acc. sg.* -in: *l. 54sq.*

relaxatio, quies – Nachlassen, Ruhe: Gloss. med. p. 7,17 -in, id est requiem. p. 79,11 quae *(febres synochae)* non habent -in vel declinationem indutiarum. Bernh. Prov. comm. 11,2 p. 319,31sq. anetum, id est quietem, ab -i, quod est quies; ventositatem extenuando facit -im. Alphita I p. 276,34 -is (anes *var. l.*), id est resis, id est requies ...; inde anetica, id est mitigatoria (mitigatio *var. l.*).

anesum *v.* anisum.

***aneta,** -ae *f.* (anas, -etis; *cf. theod. vet.* aneta, *v. Ahd. Wb. I. p. 517) script.:* ann-: *l. 72.* ant-: *l. 68.* ana-: *l. 67. p. 632,6.* enec-: *l. 70.* -ed-: *l. 67.* -od-: *l. 68.* -it-: *l. 68.* -tha: Gloss. IV 173,11 St.-S. *metr.* ănēt-: *p. 632,2.5.*

anas – Ente (cf. p. 616,33; v. et Gloss. III 294,7 St.-S. -a anit avis aquatica. 365,31 -a anetfogel): Lex Sal. Merov. 7,8 si quis anserem aut anedam (anedem *C 5,* anatam *Her.*) furaverit. Pactus Alam. V 8 anite (ante, anoda *sim. var. l.*), gariola ... requerantur. Capit. reg. Franc. 32,40 ut unusquisque iudex per villas nostras singulares ... enecas ... habeant. Salom. II. epist. 34 illi *(episcopo)* subministres ... -as (ann- *var. l.*) II. Notker. Balb. gest. 2,13 p. 76,11 falconem ... de -a ... extrahere. Ekkeh. IV. bened. II 81 escis decretam benedicat Christus -am. Hildeg. caus. 4 p. 206,14 rostrum -ae scilicet feminae ... accipiat. phys. 6,12 -a, quae domestica, gravem colorem habet. 6,13 silvestris ... -a. Iocalis 690 pullos, ut fugiant, mater -a movens. Acta imp. Winkelm. I 998 p. 756,24 *(de aestimatione)* pro anata gr. IIII. *al. v. et* *anetus.

***anetae,** -arum *f.* *anethum – Dill (per confusionem):* Marc. Graec. ign. 2 r(ecipit) ... oleum ... -arum.

***anetella,** -ae *f.* *pullus anatis – junge Ente:* Gloss. III 465[3] St.-S. -a diminutivum.

***anetellus,** -i *m.* *pullus anatis – junge Ente:* Gloss. IV 219,11 St.-S. -i anitinchili.

anethatus (-ta-), -a, -um. *anetho conditus – mit Dill gewürzt:* Aesculapius 35 p. 55,23 cum oleo -tato (anetino *cod. Augiens. 120*) unguentum. Antidot. Augiens. p. 41,30 *antidotum* facit ... pleureticis cum aqua -tata.

***anethicius** (-iti-), -a, -um. *anetho conditus – mit Dill gewürzt:* Antidot. Glasg. p. 156,35 oleo aniticio.

***anethileon** (-til-) *subst.* (ἀνηθέλαιον) *oleum anetho conditum – Dillöl:* Constant. Afric. grad. p. 364,1 -on epithimatum rigores febrium ... curat. Walth. Agil. med. 4 p. 95,2 -tileon ... quart. I. 17 p. 115,46 olei -on ... drachm. I. 66 p. 169,10 accipiatur libr. I de oleo -tileon.

anethinus (-tin-), -a, -um. (ἀνήθινος) *script.:* ana-: *l. 31.* *?ancini(us): *l. 32.*

anetho conditus – mit Dill gewürzt: Paul. Aegin. cur. 199 p. 128,6 embrocas ... faciendum de ... -tino oleo. Antidot. Sangall. p. 97,19 oleo -tino: oleo lib. V, aneti flores -V (Antidot. Glasg. p. 144,31). Tract. de caus. mul. 80 clistere uteris ... ex ... oleo anatino. *al. huc spectare vid.:* Tract. de aegr. cur. p. 130,10 fac pulverem et cum ... oleo ... ancinio ... distempera. *subst. neutr. i. q. unguentum anetho conditum – Dillsalbe:* Paul. Aegin. cur. 162 p. 92,18 eum calefaciendum et cum ... -tino. 172 p. 96,15 unguentis ... utendum calidioribus, irino, -tino.

anethum (-tum), -i *n.* (ἄνηθον) *script. et form.:* anhe-: *l. 60.* -ithon: Gloss. IV 1,8 St.-S. -eton: Gloss. III 469,11 St.-S.

1 *absinthium dulce – Dill (Anethum graveolens L., cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. I. p. 305sqq.):* Aesculapius 1 p. 2,9 ex decoctione ... -ti. Paul. Aegin. cur. 207 p. 140,12 sanare embroca ex pigano aut -to. 224 p. 164,19 -tum combustum siccum. Capit. reg. Franc. 32,70 volumus, quod in horto omnes herbas habeant, id est ... -tum (gloss.: dill; *cf.* Forma mon. Sangall. p. 14[a]). Pulvis contra febr. p. 23,15 -ti seminis (gloss.: tilli samo). Antidot. Glasg. p. 136,6 -ti radices. Consuet. Trev. 22 p. 21,26 legumina ... cum ... -to ... parata. Gloss. III 679,18 St.-S. auetum *(sic?)* tulle tullaih. IV 33,34 anéthum ⟨...⟩ prohibet etiam sternutamentum. Odo Magd. herb. 395 a medicis calidum siccumque refertur -um (-tum *codd.*) et dicunt, quod sit gradus huic in utroque secundus. Wilh. Hirs. const. 1,12 p. 944[c] pro signo -ti generali pollicem cum indice proximo naribus admove. Conr. Hirs. dial. 1261 sicut ... -tum conditis escis ... proicitur, sic *eqs.* Hildeg. phys. 1,67. Ioh. Platear. simpl. med. p. 4a[v] -tum herba est, cuius semen principaliter competit usui medicine, radix secundario, tertio herba; unde cum invenitur in receptionibus -tum, de semine est intelligendum. Ps. Otho med. 23 linguam pungit -um. Alphita I p. 276,37 -tum absynthium dulce idem. Albert. M. veget. 6,282 -tum (anhetum *var. l.*) est herba *eqs.* animal. 3,177 si capita ... piscium elixantur in aqua -ti. 23,105 accipe pulverem ... cannae de -to. *saepe.* 2 *anisum – Anis (Pimpinella anisum L., cf. Fischer, Pflanzenkunde. p. 278):* Gloss. III 576,13 St.-S. -tum anys. 3 -um agreste *i. q. meum – Bärwurz (Meum athamanticum Jacquin, cf. Fischer, op. cit. p. 175):* Alphita I p. 314,12 siler vel -tum agreste, id est men. p. 314,43 sister, -tum agri (agreste *var. l.*), men (meu II p. 174,49) idem. *huc spectare vid.:* Gloss. Salern. p. 7[b],33 lucia gaude -tum agreste. *v. et* *anetae.

aneticus, -a, -um. (ἀνετικός) *vacans ab accessionibus – frei von Anfällen:* Antidot. Augiens. p. 51,37 antidotum ...

[Baader]

facit ... in accessionibus et diebus -is vigilias in somnum perducere. *subst. neutr. i. q. remedium mitigatorium – beruhigendes Mittel:* Gloss. Salern. p. 11b,10 -a requiem dantia. *v. et p. 631,58.*

anetinus, -a, -um. *ad anatem spectans – Enten-:* Antidot. Sangall. p. 86,28 adipe -o.

anetum *v.* anethum.

***anetus**, -i *m.* 1 *anas (sexus masculi) – Ente(rich):* Gloss. III 203,43 St.-S. anas -us anetrecho vel aneth. 462,4 -i anitun. IV 167,11 -us antrech vel ganzo. *ibid. al.* 2 *anser sexus masculi – Gänserich: v. l. 9.*

aneurysma *(n.)* (ἀνεύρυσμα) *tumor arteriae – Schlagadergeschwulst:* Theod. Cerv. chirurg. 1,13 p. 140F est ... emborisma -a seu tumor mollis *eqs.*

***aneutinus**, -a, -um. (ἀνεύθυνος) *rationi reddendae non obligatus – nicht rechenschaftspflichtig:* Albert. M. pol. 2,8α p. 172b,20 'melius est ipsos *(ephoros)* non -os esse', id est sine correctione. *Baader*

***anexerum** *v.* *amiscer(e). **anexum** *v.* anisum.

***anfano**, -onis *(m.) (theod.vet.* hantfano *ut vid.) manipulus – Manipel (cf. J. Braun, Die liturgische Gewandung. 1907. p. 518):* Chart. Austr. sup. II 36 p. 49,24 (a. 903) tradidit ... stolas II cum -e auro et gremmis paratum *(sic?).*

anfibula *v.* amphibalus. **anfinus** *v.* anthemis.

anf(o)ra *v.* amphora. **anforismus** *v.* aphorismus.

anfractum, iter difficile, chera Gloss. IV 130,34 St.-S.

***anfractuositas**, -atis *f. curvitas – Krümmung:* Albert. M. animal. 1,169 ut -s *(viae auris)* sit elongans spatium viae. 1,171 figuram semicirculi et -is *auris.* Albert. M. (?) animal. quaest. 19,7/9 p. 306,65 tortuositas et -s pororum.

anfractuosus (amf-), -a, -um. 1 *proprie:* a *flexuosus – gekrümmt:* Ps. Galen. anat. 7 p. 185D *meatus auris* -us est *(item de auri:* Albert. M. animal. 1,168 foramen -um. 1,169 via -a). Albert. M. spirit. 1,2,4 p. 236b,19 per colla quaedam -a arteriarum. veget. 2,108 *vena* meatum habet -um. 2,136 materia floris ... efficitur -a (amf- *var. l.*). Albert. M. (?) animal. quaest. 2,9/12 p. 114,11 cervus ... habet ... cornua -a. *al.* b *asper – uneben:* Albert. M. metaph. 5,3,5 p. 332b,20 circumferentia *circuli* erit non indivisibilis, sed -a propter diversam positionem atomorum. c *versatilis – schnell wendend:* Regino chron. a. 860 p. 79,2 velocium equorum -os (amf- *var. l.*) recursus. 2 *translate i. q. confusus – verworren:* Cod. Lauresh. 4 p. 273,24 (a. 1170/75) leges ... casibus am-is vel preposteratis descripte.

adv. ***anfractuose.** *in imag. i. q. per itinera furtiva – auf Schleichwegen:* Arnold. Ratisb. Emm. 1,17 p. 553b,50 ad malitiae cryptas -e divertentes.

1. **anfractus**, -a, -um. 1 *proprie:* a *flexuosus, sinuosus – voller Krümmungen, Buchten:* Aethicus Ister 101 Baleares insolae -ae. b *effractus – zerbrochen:* Walth. Spir. Christoph. II 2,75 *(in imag.)* optimus -a perculsus imagine plastes *(i. Deus).* c *mus. i. q. plures tonos in una syllaba exhibens – mehrtonig auf einer Silbe:* Guido Aret. micr. 17,40 alius ... in compositis et -is vexationibus pascitur. 2 *translate:* a *tortuosus – gewunden:* Ioh. Neap. gest. 46 utilius est veritatem proferre quam ... ire per -am locutionem. b *deletus – untergegangen:* Aethicus Ister 70 texit historiam, -a regna maiora.

2. **anfractus** (amf-), -us *m. ?script.* aff-: *p. 634,2. ?acc. plur.* -as: *p. 634,42.*

I *proprie:* A *flexus, curvitas – Biegung, Krümmung:* 1 *de viis sim. (interdum i. q. devium – Umweg):* Willib. Bonif. 6 p. 30,12 per longos viarum -us. Lamb. Hersf. annal. a. 1075 p. 232,14 iter unius diei ... longos -us ... legendo vix triduo confecit. Chart. march. Misn. II 524 p. 363,3 omnia ecclesie ... contulimus cum ... fluviis et fluviorum -bus. Gunth. Par. hist. 5 p. 17,29 *strata* per angustos Tridentine vallis -us Veronam ducit. *al. in imag.:* Pass. Kil. II 9 quatenus cognito tramite veritatis abigere valeret am-us erroris. Rup. Mediol. Adalb. 8 ut ... non modo difficultatis, sed etiam impossibilitatis -us incurramus. Bruno Querf. fratr. 22 improvisa mors ... curvo -u incumbit. Hildeg. epist. II 29,12 inter tam ... periculis obnoxios vitae huius affractus *(sic?)* ... medio tutissimus ibis. *al. meton. de lineis curvis litterarum:* Aldh. ad Acirc. 70,5 lucida nigratis fuscans *penna* -bus arva *(i. pergamenum).* 2 *de partibus corporis:* Aldh. ad Acirc. 115 p. 157,19 varicibus, id est tortuosis venarum -bus (Albert. M. animal. 1,466). Marc. Valer. buc. 4,71 collorum longis ... am-bus. *tuber – Höcker:* Siseb. Desid. 21 *(de camelo)* est animal tortuosum ... habens et naturaliter quosdam -us. 3 *de rebus eminentibus:* Walahfr. Wett. praef. p. 302 vasti montium et saltuum ... -us (amf- *var. l.*). 4 *de mari i. q. sinus – Bucht:* Geneal. Flandr. VIc 12 post ... maris -us ac tractus. B *angulus – Winkel:* 1 *strictius de sidere:* Aldh. ad Acirc. 6 p. 72,20 obliquis linearum -bus. 2 *latius i. q. latebra, regio remota – Schlupfwinkel, abgelegene Gegend:* Vita Liutw. 5 cunctos illius *(loci)* -us ... peragravit. Theod. Amorb. Bened. I praef. p. 363,11 te ... Germanicis latitantem (*codd. recte,* laetantem *ed.*) -bus. Transl. Dion. Ratisb. 31 p. 368a,5 cunctos cryptae -us ... perlustravit. *al.* C *asperitas – Unebenheit:* Aldh. virg. I 23 p. 253,26 vox *(sc. Iohannis Baptistae)* verbi salebrosos complanans -us. D *de motu flexuoso:* 1 *circuitus siderum – Bahn der Gestirne:* Siseb. carm. 56 vagans *(luna)* errore rato cum devia tortos conligit -us. Honor. August. anim. 8 Hyginus per astrolabium ... -us solis ... obtendit. 2 *inflexio, inclinatio – Beugung, Verneigung:* Chron. Reinh. a. 1190 p. 545,17 de continuis brachiorum -bus ... fatigatus. Caes. Heist. mirac. I 5,4 p. 279,33 *puellae* variis -bus iuvenes invitantes. 3 *gyrus, saltus transversus – Volte, Seitensprung:* Liutpr. antap. 1,21 p. 20,11 Bagoarius equo versili varios perplexosque per am-us cepit discurrere. Mirac. Hucberti 2,15 *aper* post varios -us ... gradum figens. E *de voce:* 1 *mus. i. q. plures toni in una syllaba exsistentes – mehrere Töne auf einer Silbe (cf. E. L. Waeltner in 'Medium Aevum Vivum' [Festschr. W. Bulst]. 1960. p. 59):* Aurel. Reom. mus. 10 p. 43a,31 nec vox sinuosos decurrit per -us (16 p. 52a,36. 19 p. 59a,37). 19 p. 57a,17 ea melodia, quae fit in undecima syllaba, videlicet 'a', tractim prolixoque -u ... circumfertur. 2 *plur. i. q. voces reciprocae multiplicatae – vielfaches Echo:* Abbo Sangerm. bell. 2,514 -us ... per astra per arva volabant.

II *translate:* 1 *ambages – Irrweg, Verirrung:* Lull. epist. 103 p. 227,6 quatenus erroris mei -us (-as *var. l.*) ... certus cognoscam. Pass. Kil. II 15 uxor ... diversos -us nequitiae suae fraudibus praetendebat. Guido Aret. ign. cant. II p. 43a per -us multos deiectus. Epist. Teg. I 119 hunc ... suorum am-u errorum multum obesse. 2 *ambiguitas, perturbatio – Ungewißheit, Verwirrung:* Lamb. Tuit. Herib. 2,5 p. 1248,50 altiori am-u torquebatur. Const. III 220,2 p. 203,31 (a. 1278) ut ... obvietur futuris -bus. 3 *circuitio – Umschweif:* Gloss. IV 112,18 St.-S. -us umbisage.

anfreti *v.* amphitrite. **anfrovinum** *v.* aphronitrum.

anfus *v.* hanappus. **anfysibena** *v.* amphisbaena.

***anganellus** *v.* *manganellus. *Ladner*

angaralis *v.* angarialis.

***angararius**, -a, -um. 1 *adi.: angariis obnoxius – frondienstpflichtig:* Acta imp. Winkelm. I 834 (a. 1239) villani -i baronie sue ... ad loca propria redire contempnunt (920 p. 695,40). 2 *subst. masc.: qui angariis obnoxius est – Fronarbeiter, Frondienstpflichtiger:* Acta imp. Winkelm. I 63 p. 60,32 (a. 1211) ut, quicunque ... domibus hospitalis ... se ... offerre voluerint, liberam habeant facultatem exceptis -ris (127 p. 108,16 e. -iis. 134 p. 113,19 e. anga⟨ra⟩riis). Ryccard. chron. a. 1232 p. 180,26 notarius publicus ..., qui vilis conditionis sit, villanus aut -us forsitan. *v. et* angarius.

angaria, -ae *f.* (ἀγγαρεία) *script.:* anc-: Chart. Sangall. A 91. -e(a): *p. 635,28. metr.* -rI-: *p. 635,11.17. rhythm.* -gár-: *p. 635,5.*

I *gener.:* A *strictius:* 1 *compulsio, coactus, vis – Zwang, Gewalt (cf.* Gloss. III 224,50 St.-S. -a genotunge): Ruotg. Brun. 37 p. 39,22 quid in -a ... agendum esset. Tract. de ord. pont. (MG Lib. Lit. I p. 10,19) -a oblatrantium circumseptus. Gesta Camer. cont. I A 16 qui ... lignarium per -am

[Schneider]

colligit. COSMAS chron. 2,4 p. 86,18 decreti per -am. GESTA Ern. duc. I p. 38,7 dux annuit, sed in -a. HERBORD. Ott. 2,26 p. 738,2 crucem cum Symone in -a portavi ([*cf. Vulg. Matth. 27,32*]. HIST. peregr. p. 145,11. *al.*). CARM. Bur. B 17,3,6 sors salutis ... est affectus et defectus semper in -a. CHRON. reg. cont. V a. 1239 p. 275,33 terras adversariorum ... per -am evacuat. *al.* **2** *oppressio, vexatio – Bedrückung, Heimsuchung:* CHRON. Hild. 28 p. 861,7 -as et oppressiones liberorum ... comicie. ANNALISTA Saxo a. 1124 p. 761,54 regionem ineffabili -a vexando exhausit. LIGURINUS 2,339 ab -is Italorum pene solutus. CHART. Port. 81 p. 107,6 conquesti sunt super vexationibus et -is, quas paciebantur ... a decimatoribus. *al.* **3** *labor, tribulatio, angor – Mühsal, Not, Beklemmung:* EBO BAMB. Ott. 1,16[med.] post ardue peregrinationis -am. PASS. Thiem. II 8 p. 57,6 pro regno Dei ... tam dura -a quam diutina agonizabat. CONR. FAB. Gall. 24[med.] -as mentis cur dicere tardas? **4** *molestia – Belastung, Bürde:* MIRAC. Adalb. Wirz. 11 p. 64,33 vir mestitudinis -a confractus. SALIMB. chron. a. 1261 p. 405,11 tales -as nobis *(sc. praedicatoribus)* vultis imponere. **B** *meton.:* **1** *onus – Last:* TRANSL. Modo. 33 *(de scrinio reliquiarum)* aliis ... suae felicitatis -am suscipientibus. **2** *plaustrum, carrus – Last-, Packwagen (cf. Lamprecht, Wirtschaftsleben. II. p. 248):* DIPL. Karoli III. 125 p. 201,13 dentur ... cilitia nec non tempore militiae -a I, id est carrum unum. FLOD. annal. a. 923 p. 13,20 perditis multis -is, quas ... comes ... abduxit. RICHER. REM. hist. 3,77 -as ... accelerare. *al.* **3** *oneraria – Lastschiff:* HIST. Lang. Goth. 5 p. 10,1 misit movere -eas. *cf.* angarialis *p. 636,39.* **4** *cadus, cupa – Standfaß, Kufe:* GLOSS. III 650,37 St.-S. -a stanta. *ibid. al.*

II *iur.:* **A** *servitium vel opus (imprimis publicum) – (vorwiegend öffentliche) Dienstleistung, Frondienst, Frone (def.: p. 636,63):* **1** *strictius de munere vehendi i. q. vectura (imprimis publica), bastaga – (vorwiegend öffentlicher) Fuhrdienst, Transport-, Fuhrfrone, Anger(fahrt), Fronfuhre (cf. A. Dopsch, Wirtschaftsentw. d. Karolingerzeit. II. 1922. p. 221):* FORM. Marculfi 2,1 p. 72,16 ut ... paraverida vel carrarum -a ... non requiratur. LEX Baiuv. 1,13 -as (gloss.: vel fuora) cum carro faciant usque quinquaginta leugas. CHART. Sangall. A 18 recollegere et intus ducere et -a, ubi obus est. LEX Raet. Cur. 8,2[tit.] de cursu publico, -is et parancariis ([-ga- *Ac. Bb*]. CONST. I 175 regalia sunt ... -arum et parangariarum et plaustrorum et navium prestationes). CAPIT. reg. Franc. 297,14 p. 437,35 neque per -as in tempore incongruo illos *(servos)* affligant. CHART. Rhen. med. I 135,6 ducit ad monasterium de spelta modios XV -am integram. 135,24 p. 156,34 in -a detur ... gubernatori navis ... panes V (*cf.* ibid. p. 157[1] curie ... -as illuc navigio facere tenebantur). 135,54 solvit unusquisque ... -as II, unam de vino, alteram de annona. *al.* DIPL. Karlom. (II.) 6 p. 293,32 nullas ... excubias, nullas paratas vel -as facere sive persolvere cogantur *monachi.* REGINO syn. caus. 1,384 tria carraria opera licet fieri ..., id est hostilicia carra, victualia vel -a. DIPL. Otton. II. 250[a] p. 284,33 foderum vel -am aut aliquam publicam funccionem exigere (DIPL. Conr. II. 92 p. 126,7 fotrum et -a seu publicum servitium ... et alias -as ... dare). DIPL. Heinr. IV. 411 p. 546,35 nullus ab eis *(Iudaeis)* equum ad profectionem regis ... aut -am regie expedicionis requirat. CHART. Lamb. Leod. 30 p. 49,2 (dipl. Heinr. V.) si quis rusticus aliquam -am nostram nobis de villa prosequtus fuerit. *al.* *remissius i. q. opera quaelibet animalium – beliebige Arbeit(sleistung) von Tieren:* LEG. Wisig. 5,5,2[tit.] de animalibus in -am prestitis. **2** *latius de variis vel incertis muneribus servilibus (cf. Ph. Dollinger, L'évolution des classes rurales en Bavière. 1949. p. 152sqq.; fortasse huc spectant etiam nonnulla loca supra allata, e. g. l. 44.51.54):* LEG. Wisig. 12,1,2 exactionibus, operibus vel -is ... populos adgravare. CAPIT. reg. Franc. 93,5 ut servi ... non ... ad ulla -a seu servitio publico vel privato cogantur (*cf.* LEG. Lang. p. 505[b],3 ita est exponendum, scilicet sive ipsa -a sit servitium publicum vel privatum). DIPL. Karoli III. 21 p. 36,8 quaslibet -as ... contra morem canonicum ... obponere. DIPL. Otton. I. 258 p. 368,31 inlicitas redibiciones aut publicas -as exigere. DIPL. Loth. III. 102 a custodia castri vel etiam ab aliis conditionibus seu -is ... liberam esse volumus *ecclesiam.* ANNAL. Ianuens. I p. 50,12 ut ab omni -a et perangaria habitatores civitatis ... debeant ... excusari (CHART. Port. 254 mansum ... absolutum ab omni -a advocacie et perangaria. *al.* *remissius:* ALBERT. M. pol. 5,4[b] -is ... et perangariis opprimendo populum. summ. theol. I 20,80[a],2,1 p. 870[a],42). CHART. Oelsn. 23 ut sint liberi ab -is ..., que vulgo dici solent povoz, prevod, slad, preseka *eqs.* (*sim.* CHART. Heinrichow. 28 p. 176,13). REGISTR. Patav. I p. 57,3 pro -is vernalibus et autumpnalibus X sol. CHART. Sil. C 42 p. 331,16 liberi erunt ab ... exactionibus et operibus, id est -is personalibus vel predialibus. *saepe. v. et p. 635,56. fort. add.:* AGNELL. lib. pont. 168 ligna ... et quae necessaria erant ... cives volventes in -a cum funibus. *de servitio extraordinario:* CHART. Wirt. V 1287 p. 51,16 (a. 1254) cum per -as, id est extraordinaria servicia, ... sit gravata *grangia.* **B** *exactio, vectigal, tributum – Abgabe, Steuer, Zins:* CAPIT. reg. Franc. 180,26 a subiecto sacerdote ... dationes ... exigere aut superposita in -is inferre (*cf.* GLOSS. II 137,54 St.-S. -a scara i. [vel *c. d*] cinsa). DIPL. Conr. II. 146 p. 197,40 curaturam vel teloneum sive -am aliquam tollere. FLOR. WIG. chron. a. 1031 (MGScript. XIII p. 127,18) ut ... viatores absque omni -a clausurarum et thelonearium ... eant et redeant. CHART. Babenb. 15 p. 21,16 ut nullus ... silvę procuratorum ... precium seu qualiscumque -ę gravamen ... faciat. DIPL. Heinr. IV. 456 (spur. s. XII. ?) ut ... moneta sine omni contradictione vel -a libere cudatur. CONST. II 389 quedam exactio sive -a, ungelt appellata. CHART. Babenb. 122 -as pati ..., quotiens ... forum adire necesse habuerint. ACTA imp. Böhmer 396 ab hac -a, que ... dicitur houbetreht, ... sint exempti. *al. v. et p. 407,56.637,23.* **C** *sarcina quaedam poenae causa portanda – Sühnelast (cf. J. Grimm, Deutsche Rechtsaltert. [4]II. 1922. p. 309):* DIPL. Arnulfi 188 qui ... per miliare unum ab urbe -as ferentes ... -as deposuerunt. *v. et* *angarus.

angarialis, -e. *script.* -ral-: *l. 44.46.* **1** *adi.:* *onerarius – Last-, Fracht-:* ORIGO Lang. 5 misit navem -em. **2** *subst. masc.:* *qui angariis obnoxius est – Fronarbeiter, -knecht, Frondienstpflichtiger:* DIPL. Arnulfi 140 p. 212,35 *(ex Dipl. Ludow. II. imp. a. 853)* contulit ... in Cerri -es (*cf.* DIPL. Otton. I. 237 p. 329,16). GREG. CAT. chron. app. I p. 297,20 -rales nostros constituimus in nostris manualiis operas ... exercere. p. 298,3. p. 300,20 concedimus ... duos homines, -rales nostros ..., qui ipsam terram laborant. CHART. Ital. Ficker 133 p. 175,44 liber homo, qui non sit servus aut -is alicuius.

***angariatio** (-cio), -onis *f.* *officium praestandi servitia vel exactiones – Verpflichtung zur Leistung von Frondiensten oder Abgaben:* CHART. archiep. Magd. 321 p. 415,38 (a. 1166) ut ab omni -cione et peticione ... sint liberi *inhabitatores.* CHART. Heinr. Leon. 93 fratribus ... aquam ... absque omni -e et promulgatione sententię ... possidendam permisimus. CHART. archiep. Magd. 404 p. 532,42 villa ... ab omni -e et iure advocati ... libera est.

***angaridia**, -ae *f.* *vectura publica – öffentlicher Fuhrdienst, Fronfuhre:* CHRON. Ven. Alt. p. 80,23 parati et recepta sive gundolis et -is dominus dux (*i.* -i) faciebat (*i.* -bant) toti Capurlenses (p. 166,8. 170,15). p. 172,3.

angario, -avi, -atum, -are. *form.* -rare: DIPL. Otton. I. 262. *metr. et rhythm.* -rl-: *p. 637,18.19.25. adde* NICOL. BIBER. carm. 1046 (ed. Th. Fischer. 1870). *signif.:* GODESC. SAXO gramm. 1,83 -ari cogi, compelli; venit ... ab 'angaria' nomine, quo significatur publicum servitium, ad quod ... compelluntur homines.

I *gener.:* **A** *strictius:* **1** *cogere, compellere, incitare, commovere – zwingen, (an)treiben, nötigen, veranlassen:* SIGEB. GEMBL. chron. a. 1096 omnes ... nullum ullo -ante ... concurrunt. OTTO FRISING. chron. 7,7 p. 317,11 presul ... ad ydolatriam ... -atur. PASS. Thiem. II 11 p. 58,40 paganos ... -are ad servicia cottidiana consuerunt, ligna ... de procul

[Schneider]

baiolare. CHART. Rhen. med. I 641 p. 700,31 homines ... ad facienda aliqua ruralia opera -bit. CONST. I 283 p. 389,24 ad solvendas ... collectas. *c. inf.:* TRANSL. Auct. 7 quem ... matrona ... -vit pransum ... ire. *v. et p. 636,72. pendet* ut: GERHOH. psalm. 34,1/2 p. 331,21. *absol.:* ARNULF. MEDIOL. gest. 3,12 -ante ipso *(notario)* cum laycis. *de motu i.q. agitare – hetzen:* VITA Serv. 50 p. 122,10 *puerum* sepe in ignem, sepe in aquam a demone -tum (*cf. Vulg. Marc. 9,21* misit). **2** *premere, opprimere, vexare – bedrängen, bedrücken, heimsuchen, quälen:* PAUL. DIAC. Lang. 3,16 nemo aliquem iniuste -bat. EPIST. Mog. 18 p. 348,9 quasi pupillae Domini -antur, exterminantur, excaecantur *episcopi.* EPIST. Worm. I 2 p. 17,9 -or egestate. GERHOH. aedif. 8 p. 142,8 in spiritualibus dignitatibus ... aecclesiam ... -are. ROB. TOR. chron. a. 1127 super his ... rex -tus consilium tenuit. THEOD. HIRS. loc. sanct. 24 p. 62 comprehenderunt eum *(Dominum)* et -verunt. NICOL. BIBER. carm. 1170 (ed. Th. Fischer. 1870) *presul* deterior pharaone -ans clerum. *al. absol.:* BERNH. GEIST. palp. 2,252 quae magis -at crux? **3** *molestare, inquietare – belästigen, behelligen:* CHART. Raitenh. 28 (a. 1173/80) eos *(fratres)* -are pro censu reddendo. ACTA imp. Winkelm. I 174 ecclesiam ... exactionibus vel angariis -are. CAES. HEIST. hom. I p. 108[a] cuius insolentia apostolus toediatus et -tus ... dicit. CARM. var. (NArch. 2 p. 424) virum et matronam -ant pro brasio. CHART. Wirt. VIII 2773 p. 97,11 monachos ... -vimus servitiis indebitis. *al.* **4** *damno afficere – schädigen:* HIST. de exp. Frid. imp. p. 26,12 in ... conmutatione denariorum ... graviter Ungari nostros -verunt. **B** *latius i. q. vehere – fahren:* CHART. Argent. I 171 p. 135,7 (a. 1218) qui -ant lapides ad opus ecclesie.

II *iur.:* **A** *servitiis (imprimis publicis) subicere – (vorwiegend öffentlichen) Frondiensten unterwerfen:* DIPL. Karoli III. 47 p. 78,40 supra res ... ecclesiae residentes distringere, pignerare vel -are. DIPL. Otton. I. 237 p. 329,28 famulos flagellare vel -are. DIPL. Heinr. II. 426 collectas facere vel homines -are (CHART. eccl. Werd. 69 p. 89,8 h. ... -ant et perangariant). TRAD. Ratisb. 773 mulierem. *al. absol.:* CHART. Wirt. II 306 p. 1,17 (a. 1138) ne comes ... -andi... potestatem habeat. **B** *exactionibus vel vectigalibus subicere – Abgaben unterwerfen:* CHRON. Ven. Alt. p. 172,9 -bant ... duces et omnes tribuni ... venientibus (*i.* -es) de littus ... usque ad ... castrum. TRAD. Reichersb. 65 -are ... naves bona ... portantes. CHART. Babenb. 155 si quisquam ... fratres ... -verit.

adi. **angarians,** -antis. *gravis – drückend, quälend:* GEBER. summ. 1,17 delusio -s ... moerorem attulit.

angarium (agg-), -i *n. (an adi.?) tributum, exactio – Abgabe, Steuer:* CHART. Rhen. inf. II 201 (a. 1235) quicquid ... superest quinque marcis denariorum aggariorum Mersnensium ..., contulit sacerdoti possidendum.

angarius (ha-), -i *m. qui angariis obnoxius est – Fronarbeiter, -knecht:* CHART. march. Misn. II 458 (a. 1172/81) vobis *(sc. villicis)* precipio, ut ... hangarios meos ab invasione illorum *(fratrum)* revocare studeatis. *v. et p. 634,62.*

angarizo, -are. *compellere – zwingen:* STEPH. EDD. Wilfr. 28 p. 222,6 si te subterfugientem ... episcopum -rem et ... retinerem.

angaro *v.* angario.

angarus (-er-), -i *m. vel* ***angera,** -ae *f. (cf. theod. vet.* anger, enger; *v. et Dt. Rechtswb. I. p. 644) vectura, bastaga – Anger(fahrt), Fronfuhre (cf. Lamprecht, Wirtschaftsleben. I. p. 816. v. et p. 635,36):* CHART. Rhen. med. I 135,7 (a. 893?) facit ... iugera II, -era integra (135,8 -era i.). 135,10 in -era ducit de vino carradam I. 135,53 colligunt ... annonam in -arum carrum I. 135,83 corvadas III, -erum I. 135,95 solvit unusquisque ... -aros II (135,104 s. ... -arum ad monasterium, id est modios VIII). *ibid. al. v. et* angaria. *Schneider*

***angelicatus,** -us *m. dignitas sacerdotalis – Priestersendung:* RATHER. prael. 4,17 p. 265[b] principatum illum *(sc. episcopi),* -um illum, apostolicatum illum, pontificatum illum ... non possis *(sc. rex)* tua vi ..., tua tollere potestate.

***angelicida,** -ae *m. angelorum occisor – Engelmörder:* EKKEB. SCHON. opusc. 2 p. 262,32 ab initio in nobis homicida fuisti *(sc. lucifer),* sed prior in te ipso tuisque consortibus ... -a factus es.

angelicus, -a, -um. (ἀγγελικός) *script.:* angelia, anglic(i)a, anglitia: *l. 72.* -ik-: *l. 37. form. gen. pl.* -um: *l. 64.*

IV *usu bibl. c. sensu aeternitatis (cf. Vulg. Dan. 7,9):* SALOM. III. carm. 1,195 in A-um qui credit . . . dierum (RUP. TUIT. off. 10,1 p. 263^{A}). HILDEG. epist. II 10 p. 349,7 advocemus A-um.

subst. neutr.: *quod vetus est – das Alte:* **1** *solitum – das Altgewohnte:* EGBERT. fec. rat. 1,251 'ludimus -um' rapiens aquila inquit ad aucam. EPIST. Meginh. 35 iterum certe -um prestabimus *eqs.* **2** *plur. i. q. fabula – Sage:* MILO carm. 3,4,1,821 de vertice cuius *(anguis)* ortos multiplices ydros -a loquuntur. **3** *usu adverb. de tempore* ab, ex -o (-is) *i. q. antiquitus – von alters her:* DIPL. Arnulfi 112 quę *(abbatiae)* ab -o collatae fuerant (DIPL. Otton. I. 287 ut ab -is fuit. CHART. Solod. 404. *al.*). DIPL. Heinr. II. 58 p. 72^{a},3 regalium ex -is coenobiorum nostri regni . . . libertate concessa (OTTO FRISING. gest. 1,32 p. 49,16 provincia . . . ex [ab *A*] -o Pannonia dicta. *al.*).

adv. **antique.** *secundum morem – nach alter Sitte:* CHRON. Sigeb. cont. Aquic. a. 1157 p. 408,24 (epist. Frid. I.) cum Romano pontifici scribimus, iure et -e nomen nostrum vestro preponimus.

2. antiquus *v.* anticus.

***antira** (-ci-) *subst. (orig. inc.) tithymallus – Wolfsmilch (Euphorbia L., cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. II. p. 362; v. et Diefenbach, Gloss. p. 37^{c} s. v.* anthera): GLOSS. III 524,35 St.-S. -cira woluesmilich (535,53 -tira [-cira *var. l.*]. 549,8 -tira [aut- *var. l.*]).

***antiron** (ati-, -ci-, -ria, -rinon) *subst. (orig. inc.) Sabina – Sadebaum (Iuniperus Sabina L., cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. II. p. 1094):* GLOSS. III 469,25 St.-S. -n id. savina seuiboum (*cf.* 485,38 -ria. 494,5 -rinon. 535,60 -n [-ci- *a*, atiron *b*]).

antisigma (-imma) *n.* (ἀντισιγμα) *sigma inversum – umgekehrtes Sigma, Gegensigma:* HINCM. Remig. prol. p. 259,4 paragraphus Ⅎ preponatur ad separandas res . . ., -imma vero Ↄ subiungatur, ubi sunt finienda, quae paragraphus prenotavit.

***antisma** *v.* *anthisma.

antispasis (-ipa-), *acc.* -im (-in) *f.* (ἀντισπασις) *script.:* ante-: *l. 61.* -ifra-: *l. 68.* -ipa-: GLOSS. Salern. p. 14,1. TRACT. de aegr. cur. p. 121,1. *al. v. et l. 58.66.68.* -ipha-: *l. 65.* -ipass-: *l. 66.* *?form. acc. sg.* -en: TRACT. de aegr. cur. p. 215,39 antipasen.

medic. i. q. deductio humoris in oppositam partem – das Abziehen der Flüssigkeit nach der entgegengesetzten Seite: Ps. HIPPOCR. phleb. 90 antespasin fit, quando ex ipsa parte, quę infirmatur, proximum patienti loco vena incidatur *(ex Oribas. syn. 1,10).* MAURUS phleb. p. 6^{a} minucio alia fit per metacentesim, alia per -im *eqs.* GLOSS. Salern. p. 21,28 -iphasis ab anti, quod est contra, et phasim, quod est positio. TRACT. de aegr. cur. p. 373,38 per -ipassim, id est contrariam detractionem, evacuare sanguinem. WILH. CONG. chirurg. 1095 fiat flebotomia per -ifrasim (-ipasym *B*). *al.*

antispasticus, -a, -um. (ἀντισπαστικός) *metr. i. q. ex antispastis constans – aus Antispasten bestehend, antispastisch:* BONIF. metr. p. 585,10 metra . . . octo esse principalia . . ., choriambicum, -um.

[Pape]

antispastus, -i *m.* (ἀντίσπαστος) *script.:* ante-: *l. 7.8.9. al.* -tip-: *l. 8.11.* -spat-: *l. 8.*

metr. i. q. pes constans e duabus syllabis brevibus duas longas circumcludentibus – Versfuß, der aus zwei Kürzen und zwei von ihnen umschlossenen Längen besteht, Antispast: ALDH. ad Acirc. 112 p. 151,11 pedes, qui aequam divisionem sortiuntur . . ., id est pirrichius . . ., -us (ante- *N*). 129$^{tit.}$ de ante-o (anti-, -tip-, -spat- *var. l.*). 129 p. 177,16 exempla . . . ante-o congruentia. BONIF. metr. p. 578,11 partimur ergo in aequo . . . ditrochaeum, -um. ANON. mus. plan. Coussemaker p. 491^{b} antipastus dicitur ab anty, quod est contra, quasi contrarius suis spatiis; constat enim ex iambo et trocheo, qui sibi sunt contrarii. *al.*

antistes, -itis *m. (f.: l. 45. p. 722,17)*; *script.:* ante- *(cf.* EUGEN. VULG. syll. 35,16 antestes, non -s, quia regulariter non corrumpitur; *occurrere vid. tantummodo usque ad s. XI.$^{in.}$): l. 19.45.52.72. p. 722,6. adde* CONC. Merov. p. 2,18. DIPL. Heinr. II. 291 p. 356,19. *al.* -stet-: CONC. Merov. p. 32,31. 60,28. *form.:* *sing.:* *nom.:* -testis: *l. 45.72. p. 722,9. adde* CONC. Merov. p. 143,7. *al.* -tistis: *l. 45. p. 722,5. adde* ALCUIN. carm. 1,210. *al.* -istitis *(var. l.):* VITA Lupi Trec. 5 (MGMer. VII p. 298,2). *v. et l. 45.* -stites: TRAD. Frising. 1112. THIETM. chron. 7,31 *(cod.).* 7,56 *(cod. a. corr.). gen.:* -stit(a)e: FORM. Marculfi suppl. 1. VITA Lamb. Traiect. 29 (MGMer. VI p. 384,16). -stites: WILLIB. Bonif. 5 p. 20,5 (-stitis *var. l.*). *decl. isosyllaba (occurrere vid. fere usque ad s. XI.$^{in.}$; cf. N. Fickermann, JbGeschMitteld. 6. 1957. p. 53):* *sing.:* *gen.* -is: LIBER diurn. 84 p. 97,4. THIETM. chron. 6,31. *al. v. et p. 722,14.* *dat.* -i: FROTH. epist. 7$^{tit.}$ THIETM. chron. 5,5 *(cod. a. corr.).* *acc.* -em: TRAD. Frising. 394. *abl.* -e: THIETM. chron. 5,4 *(A;* -it- *suprascr. V).* *plur.:* *dat.* -bus: LIBER diurn. 9. *acc.* -es: BEDA hist. eccl. 5,8 p. 295,31 *(var. l.). al. v. et l. 54.* *etym. et signif.:* HONOR. AUGUST. sacram. 24 p. 760^{C} -s quasi ante stans sive contra stans, scilicet haereticis *eqs. (cf.* FORM. Sangall. II 44).

I *sacerdos – Priester (de re v. l. 45):* **A** *paganorum:* ALDH. epist. 3 Lupercorum bacchantum -es. VITA Otton. Bamb. III 3,12 p. 97,11 profanus . . . ydolorum -s. **B** *christianorum:* WILLIB. Bonif. 8 p. 54,7 Domini (FORM. Sangall. II 48 p. 430,11. *al.*). LIUTG. Greg. 5 electus Dei -s. EIGIL Sturm. 15 p. 372,24 sanctum Christi -em (HRABAN. epist. 20 p. 426,16). WALAHFR. Wett. 340. *v. et l. 35.* *tutor, advocatus – Sachwalter, Anwalt:* LEG. Wisig. 1,2,2 lex est emula divinitatis, antestis (-tistis *V2*, -istitis *E1. V3*) religionis. HUGEB. Willib. praef. p. 87,26 *(de Christo)* Dominus Deus nosterque -s.

II *rector (ecclesiae episcopalis vel congregationis ecclesiasticae), praelatus – Vorsteher (einer Bischofskirche oder eines kirchlichen Verbandes), geistlicher Würdenträger:* **A** *strictius i. q. episcopus – Bischof:* **1** *in univ.:* IONAS BOB. Columb. 2,13 p. 263,8 beati antestitis Martini. BEDA hist. eccl. 5,11 p. 303,15 *Willibrordus* alios quoque . . . ipse constituit -es ([antistes *N*]. *de re cf. V. Fuchs, Der Ordinationstitel. 1930. p. 219).* LULL. epist. 128 Lullus, . . . humilis antestis. CHART. Sangall. A 135 Constantiensis urbis . . . antestis. TRAD. Frising. 353 vir venerabilis Hitto, dilectus antestis. EPIST. var. II 22 *(de chorepiscopo)* Theganus peccator, licet -s. DIPL. Karlom. (II.) 15 tradidit . . . in manum . . . -is advocatique illius. ANNAL. Fuld. II a. 864 Karolus . . . Liutbertum archiepiscopum et Altfridum -em elegit. GERH. AUGUST. Udalr. I 28 p. 416,17 legebant canonicas lectiones de electione -um. DIPL. Heinr. II. 1 ob interventum . . . Mogontinae sedis venerandi archipręsulis et . . . Wirciburgensis aeclesiae illustris -is. THIETM. chron. 6,30 concilium . . . ab omnibus cisalpinis -bus visitatur. THANGM. Bernw. 48 futurum pontificem cum . . . consecrare deberet . . . -s Bernwardus. CHART. Salem. 54 p. 83,36 (privil. papae) liceat vobis, quemcumque malueritis, catholicum adire -em. *saepissime.*

2 *de archiepiscopis, patriarchis:* ALDH. virg. I 28 p. 265,4 Athanasius, Alexandrinus -s. TRAD. Lunaelac. 7 p. 4,30 venerabilis Arn, Salzpurgiensis antestis. LIBRI Karol. 2,20 Cyrillum, Alexandrinae urbis antestitem. RUOTG. Brun. 17 designatum -em. 43 summus -s Bruno. ADAM gest. 2,82 p. 140,18 corpus -is . . . tumulatum est. *saepe.* **3** *de papa:* LIBER diurn. 83 p. 90,10 futurus . . . huius apostolicae sedis antistis (-stes *var. l.*). CONC. Karol. 5 p. 38,26 iubente . . . antestite apostolico (NOTKER. BALB. gest. 1,26 p. 36,16. *al.*). ARBEO Corb. 6 sub ditioni summi antestitis huius liminis (POETA Saxo 3,461. *al.*). ERMOLD. Ludow. 2,235 o sacer antestis, Romani pastor ovilis. REGINO chron. a. 655 p. 40,12 nec Augustorum nec -um numerus annorum. OTTO FRISING. gest. 2,28 p. 132,29 Romanus -s Adrianus. HEINR. LETT. chron. 4,7 Romane sedis. *al.* **B** *latius i. q. abbas, abbatissa – Abt, Äbtissin:* BOBOL. Germ. 14 (MGMer. V p. 39,14) corpus beati antistis. FORM. Dion. 9 p. 503,3 monasterii. MIRAC. Furs. 2 (MGMer. IV p. 440,13) pius . . . antistis (-stes *var. l.*) Furseus. EPITAPH. var. II 42,3 candida lacteoli coetus -s (*sim.* PASS. Ursulae I 8).

antistitium (-cium), -ii *n. praelatura, officium episcopi – geistliche Würde, Bischofsamt (spectat fere ad episcopatum; ad archiepiscopatum: l. 22):* VITA Rigob. 28 (MGMer. VII p. 77,8) corpus . . . transtulit . . . Remorum archiepiscopus . . . anno . . . -i (-ti 2^{b}) sui primo. FOLCUIN. Lob. 21 qui *(pontifex)* . . . Farabertum . . . -i sui reliquit heredem. WOLFHER. Godeh. I 9 p. 175,19 -cii . . . regimen subire. VITA Leon. Nobil. 3 (ASBoll. Nov. III p. 151^{B}) cupiunt infulas -cii. ANNAL. Hild. a. 1036 p. 41,10 regalis capellanus . . . -cium *(Mindonense)* . . . accepit. CHRONOGR. Corb. p. 53,3 -cii locus illius dispositore vacabat. CONST. III 16 p. 19,25 prefulgentes -cii dignitate. *al.* *adde:* WOLFHER. Godeh. I 8 p. 174,8 eum . . . a suae dignitatis -cio deiecit.

***antistito**, -are. *praelati vel episcopi officio fungi – das Vorsteher-, Bischofsamt ausüben:* VITA Bard. 4 p. 324,50 cum rex . . . nullum -are volentem invenerit, . . . me constituet antistitem. 14 p. 329,19 te eiusdem ovilis *(sc. dioeceseos)* -are statuimus. *Pape*

antisto *v.* antesto.

antithesis, -is *f.* (ἀντίθεσις) *oppositio, contrapositum – Gegenüberstellung, Gegensatz:* HONOR. AUGUST. eluc. 3,21$^{tit.}$ -es beatorum et damnatorum. ALBERT. M. summ. theol. II 11,62,2 p. 600^{b},31 dicit Augustinus . . ., quod pulchritudo universi contexitur per -im (*civ. 11,18* antitheta), sicut pulchritudo sermonis, in qua etiam malum commendat bonum, ut eminentius appareat *(cf.* p. 603^{b},21; *v. et l. 51).*

an(ti)theticus, -i *m.* (ἀντιθετικός) *adversarius – Gegner:* GESTA Apoll. 373 illius *(Apollonii)* antheticum saevo mucrone paratum.

antithetum, -i *n.* (ἀντίθετον) **1** *oppositio, contrapositum – Gegenüberstellung, Gegensatz* (*cf.* ALDH. ad Acirc. 124 p. 171,11 -a contraposita): ALBERT. M. sent. 1,47,2 p. 465^{b},27 Augustinus . . . loquitur de ordine universi, quod est distinctum quibusdam -is interpositionibus mali *(cf. l. 41).* **2** *contradictio, obiectio – Gegenrede, Einwand:* EPIST. var. II 32 p. 354,42 quin . . . singulis . . . perverse obiectis rationalibus atque piissimis -is ad liquidum obviarem. WALTH. SPIR. Christoph. II 3,239 contra nullum vox regia fecit -um.

antitona *v.* antichthona. ***antivolatum** *v.* *antiboladium.

antlia, -ae *f. script.:* ancla: *p. 627,36.* anthlia: *l. 61sq.* antla: GLOSS. ZDtAlt. 64 p. 78. anthilia: *l. 63.*

instrumentum putei aptum ad aquam hauriendam – Schöpfvorrichtung am Brunnen (cf. GLOSS. II 14,39 St.-S. -thlia curba [*a*] galgaruota ruota fontana [*c*] *eqs.* 22,4 uuazaruuinda): ALDH. virg. I 9 p. 237,7 limpha, quam anthlia (-thilia *var. l.*), hoc est rota hauritoria, exanthlamus (*cf.* II 219). ARNOLD. RATISB. Emm. 2 p. 1065^{B} per -am laticem de puteo exantlavi. HUGO TRIMB. laur. 226 *(v. p. 627,36).*

antoeci, -orum *m. script.* -thec-: *p. 723,1.*

qui in contrariis partibus (terrae) habitant – Bewohner entgegengesetzter Teile (der Erde): MANEG. c. Wolfh. 4 (PL 155,154^{C}) quod . . . de quatuor habitabilibus maculis in circuitu terreni puncti secundum fidem tui Macrobii constitutis et de antipodis seu -is per eas incommeabiliter dispositis affirmatur *(cf. Macr. somn. 2,5,33).* OTTO FRISING. chron. 1,1

[Sroder]

p. 37,27 (cod. B^2) quia anthecos nostros quidam manere somniant *(cf. notam ed.)*.

***antofalus, *antofanus** *v.* *antofilus.

***antofilus** (-um?), -i *subst.* *(fort. ab* ἄνθος *et* φύλλον, *cf. ital.* antofili; *v. et Diefenbach, Gloss. p. 38c s. v.* antofalus; *DuC. gr. s. v.* ἀντόφαλι) *script.:* aut-: *l. 13.* anch-: *l. 15.* -tiof-: *l. 15.* -fal-: *l. 12.* -fan-: *l. 11.*

caryophyllon, sc. flos vel fructus siccatus loti Indicae (Eugenia caryophyllata Thunb., cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. II. p. 336) – Gewürznelke: ANTIDOT. Augiens. p. 62,30 muscu ‹I, -fani -I s. GLOSS. Salern. p. 6b,39 gariophili magni, -fali, id est ante nati. TRACT. de aegr. cur. p. 247,14 fiat ... pulvis aromaticus ex ... gariofilo, auto-o. ALPHITA I p. 277,8 -i, id est maiores gariofili, et sunt idem antio-i gariofili quod grossi ficcubus. II p. 10,3 ancho-i ... gariofili magni idem.

***antola** *v.* *antora.

antonomasia, -ae *f.* (ἀντονομασία) *substitutio vocis communis pro speciali, pronominatio – Verwendung einer allgemeinen Bezeichnung statt der speziellen, Antonomasie:* BERTH. ENGELB. assert. 13 (Angelomontana p. 160) aer solum avium, aqua vero navium, terra demum hominum ...; enimvero terra, licet pro sua mole solidior ceteris hoc vocabulum sibi per -am prae aliis principaliter vindicaverit *eqs.*

***antonomasiatim** *adv. substitutione vocis communis pro speciali, modo pronominationis – mit einer allgemeinen Bezeichnung statt der speziellen, nach Art der Antonomasie:* BERTH. ENGELB. assert. 13 (Angelomontana p. 161) si dicimus: apostoli est auctoritas ista, -m intellegitur Paulus. *v. et l. 37.*

antonomastice (anth-, aut(h)-, antin-, -asi-, -ati-) *adv.*

1 *strictius i. q. modo pronominationis – nach Art der Antonomasie:* **a** *substitutione vocis communis pro speciali, per excellentiam – mit einer allgemeinen Bezeichnung statt der speziellen, vorzugsweise:* RUP. TUIT. medit. 1,12 p. 370A istum specialem sive proprium angelum, qui antinomatice dicitur angelus. OTTO FRISING. gest. 1,54 p. 77,2 -asice Paulum solemus vocare apostolum vel gloriosam Dei genitricem virginem singularem (CHART. Livon. B 25 p. 33,35 auto-e). CAES. HEIST. mirac. I 5,1 p. 274,24 daemones anthonomasice (anthonomatice *var. l.*) dicuntur tentatores. IOH. IAMAT. chirurg. 8,9 p. 58,18 ydropem quidem authonomatice leucoflegmantiam appellant. ALBERT. M. bon. 268 p. 155,54 sic -e (-masice *codd.*) dicitur hic mundum. cael. hier. 7,14 p. 208b,14 causa finalis *(sc. Dominus)*, quae -e dicitur causa. veget. 6,423 auto-e (-atice, antonomasice, antonomatice *var. l.*) radix vocatur *herba, cuius radix est valde magna.* Is. 22,2 p. 261,18 apud nos -e urbs ut Roma intelligitur. CONR. MUR. summ. 6,1 p. 425,8 papa et imperator anthonomasice appellantur principes (*cf.* 6,61 p. 449,17). ANON. mus. Sowa 2b p. 97,11 que ... hoquetatio ... authonomatice nuncupari poterit armonia. *al.* **b** *substitutione vocis partem principalem significantis pro voce totam compositionem significante – mit der Bezeichnung des Hauptbestandteiles statt derjenigen einer Zusammensetzung:* MAURUS urin. I p. 4,14 Theophilus ... per sanguinem anthonomasice intellexit alios humores, cum sanguis dignior sit aliis.

2 *latius:* **a** *de una eademque voce i. q. egregie – auf besondere Weise:* ALBERT. M. resurr. 79 p. 287,35 -e dicitur de Christo homine, quod sit in dextera patris, de aliis *(sanctis)* autem communi modo. CONST. II 424,14 cui *(Friderico)* antiqua consuetudine imperandi -asice (-mastice *var. l.*) natura imperii arridebat (*cf.* 424,22). ANON. mus. Sowa 1b p. 41,30 que *(figurae)* cum proprietate propria nominantur authonomatice, quia sunt aliis pulcriores. *al.* **b** *modo eiusdem significationis pluribus vocibus expressae – nach Art einer Tautologie:* GUNTH. PAR. (?) orat. 11,5 p. 205C forma ... orandi canonica est eorum, qui -e canonici regulares appellantur, cum tamen canonicus nihil aliud quam regularis.

***antora** *subst. (ital.* an(ti)tora, *fort. ab* anti *et* φθορά, *cf. C. Battisti–G. Alessio, Dizion. etim. ital. I. 1950. p. 230.232) script.:* ancho-: *p. 724,10.* antho-: *p. 724,4.* -tola: *p. 724,4.*

1 *aconitum salutiferum – fahler Sturmhut (Aconitum anthora L., cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. I. p. 98):* BOTAN. Sangall. 48,1 herba -a dragmas III teris *eqs.* RECEPT. Sangall. II 58 herba antola. ALPHITA I p. 276,45 anthora herba est sic dicta, quod contra thoram, id est herbam venenosam (*sim.* II p. 10,27). **2** *luparia – gelber Sturmhut (Aconitum vulparia Rchb., cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. I. p. 108sq.):* GLOSS. IV 362,19 St.-S. -a wolsegeda (wolfegelegeda *ci. ed. in nota*). **3** *sanicula – Sanikel (Primula auricula L., cf. Fischer, Pflanzenkunde. p. 280):* ALPHITA II p. 11,11 anchora i. sanicula gilba.

***antraculus**, -i *m. (ab* antrum*?) ?(oculi) cavea – ?(Augen-)Höhle:* BENVEN. GRAFF. ocul. 2 p. 8,23 (rec. B) -us ille, in quo est occulus positus.

***antranus** *v.* *antianus. **antrax, -ix** *v.* anthrax.

***antropus** *sim. v.* *anthropus.

***antrorsum** *adv.* (ante *et* versum, *cf.* retrorsum) *in parte antica – vorn:* CHART. Wirt. II 330 p. 49,30 (a. 1149/52?) circa ipsum monasterium, dextrorsum, sinistrorsum, retrorsum et -m sita *bona.* ODO Ern. duc. 5 p. 349D paries ... paratur -m clypeis.

antrum, -i *n. (f.: l. 26) script.* -thr-: *l. 57. p. 725,5.*

I *strictius i. q. spelunca, caverna – Höhle, Grotte:* **A** *proprie:* ALDH. virg. II 787 in obliquum latices *fontis* effuderat *glarea* -um. VITA Cond. 9 (MGMer. V p. 650,14) vulpis ... ad suam (suum *var. l.*) ... remeabat -um. ERMENR. ad Grim. 29 p. 567,5 -a Musarum. ECBASIS capt. 430 leonis ad -um. *al. (v. ind.).* ADAM gest. 4,41 homines in -is subterraneis ... latitantes. OTTO FRISING. chron. 7,35 p. 373,16 alii vitae suae solum Deum testem habere cupientes -is, speluncis, parietibus se includunt. ALBERT. STAD. annal. p. 338b,36sq. est -um naturale in monte et urbs de -o facta. ALBERT. M. animal. 22,46 cuniculus est animal ... in -is sub terra habitans. *al. in nom. propr.:* MARTYR. Fuld. VIII. kal. Apr. in pago Namnetico insula, quae dicitur A-um *('Indre', olim 'Antre').* CHART. Carniol. II 317 p. 249,27 Carniole A-um et castrum Lapis (*cf.* p. 250,3). **B** *in imag.:* **1** *c. sensu obscuritatis vel pravitatis:* ALDH. carm. eccl. 4,12,6 tetris herebi gaudens emersit *Christus* ab -is (MILO carm. 1,6,2,271 malis poenae quae conserventur in -is). HRABAN. epitaph. Eigil. (MGPoet. II p. 117) perparvi domatis -um *(cf.* VITA Gang. I 13 [MG Mer. VII p. 166,19] corpus in -o tumulandum sepulchri. *al.).* EINH. (?) Marc. et Petr. II 17,1 -i carceralis *(cf.* HROTSV. Dion. 174 tristifico ... in -o. PURCH. Witig. 6 sub carceris -o. *al.).* HROTSV. Agn. 210 in ... lupanaris nigrum ... -um *(cf.* 224 sordidulum ... in -um. WALTH. SPIR. Christoph. II 4,134 obscoenum ... libidinis -um *[cf. Arator act. 2,7]. al.).* EKKEH. IV. bened. I 54,25 absint prędonum specora, procul -a (*cf. Vulg. Marc. 11,17* speluncam) latronum (*cf.* PETR. DAM. grat. praef. p. 17,19 -a monetae). LAMB. LEOD. Matth. I 1489 demonis egit opus aliquis, fit demonis -um. **2** *c. sensu absconsionis vel profunditatis:* WALAHFR. carm. 24,33 intima cordis -a (CARM. Walahfr. app. 5,5,5 c. mundi -a. AMARC. serm. 4,140 amor conponit c. in -o. *al.*). EPIST. var. II 34 conservato vobis ... in -o pectoris mei fide et amore (GODESC. SAXO carm. I app. 2,10,6. *al.*). SEDUL. SCOT. carm. app. 2,39 altitronus denudat anthra sophiae. *fort. add.:* AETHICUS ISTER 79 p. 60,14 -a e contrario tamdiu polita Hister resumit. **3** *c. sensu ambaginis vel difficultatis:* CARM. Scot. II 1 sol. 4,2 lector ... expediat numerorum numinis -a ordinibus variis. CHRON. Gozec. 1,25 laborintheo ... in -o. **4** *c. sensu secessus:* WALAHFR. Wett. 138 redeunt ... Augense sub -um (*cf.* 88). **C** *alleg.:* HRABAN. univ. 13,8 p. 370D -um significat hominem peccatorem. **D** *meton. i. qui in antro congregati sunt – die in der Höhle Versammelten:* ECBASIS capt. 556 qui te commorit ..., verbere contorto toto torquebitur -o.

II *latius:* **A** *cavitas – Hohlraum:* VITA Erasmi 360 statue ... ab -o. NORB. IBURG. Benn. 18 p. 884,17 -um ... interius *(altaris)* reperit ad sui receptionem corpusculi sufficienter extentum. **B** *fovea, cavum – Grube, Loch:* EKKEH. IV. pict. 522 super -a (gloss.: latibula; *cf. Vulg. Dan. 14,35*

[Strodter]

acum) leonum. NARR. itin. nav. p. 189,22 ab -o (aratro *Ta*) quodam, quo frumentum servabatur. *in imag.:* ARNULF. delic. 247 precaveat lapsum, qui fratri suffodit -um (foveam *Vulg. prov. 27. al.*). **C** *sepulchrum – Grab:* HUGEB. Wynneb. 13 p. 116,10 fodentes ad anthro (-thor *1*) venerunt. EPITAPH. var. I 22,1 ossibus et nervis iam sum disiunctus in -o. TRANSL. Athan. Neap. 11 ad beatissimi presulis -um. THEOD. TUIT. revel. p. 293,28 hic iacet in -o sanctus martir Quirillus. *al.* **D** *crypta – Krypta:* CAND. FULD. Eigil. I 17 subtus terram, ubi pervium circuit -um. II 15,25 in parte occidua constructum cernitur -um. 19,4. **E** *carcer – Gefängnis:* VITA Erasmi 216 sunt visę . . . in -o ardere lucernę. **F** *cellula – Eremitenzelle:* ANNAL. Sangall. IV a. 980 Hartker mox -um postquam se damnat in ipsum. **G** *latebrae – Unterschlupf:* WALAHFR. Mamm. 4,3 praecisis . . . arboribus struit -a magis quam . . . tecta.

antrustio (andr-, adtr-, anstr-, andustr-, -scio, -ssio, -utio, -sticio, -usco *sim.*), -onis *m.* (*franc.* *antrôstjo, *theod. vet.* trôst) *form.:* *gen. pl.* -onorum, -anorum: *l. 39.* *? abl. pl.* -onis: *l. 43.*

1 *comes, satelles regum Francorum – Begleiter, Gefolgsmann der Frankenkönige (cf. H. Mitteis, Lehnrecht und Staatsgewalt. 1958. p. 20sqq.):* LEX Sal. Merov. 42,1 (rec. B) si quis . . . hominem ingenuum . . . adsallierit . . ., si andruscio dominicus (in truste dominica [rec. A. C]) fuerit (*inde* LEX Sal. Pipp. 70,1 [rec. D] -scio, -sticio. 70,1 [rec. E] si quis . . . -em [anstru(c)tionem *var. l.*] . . . adsallierit). 42,2 (rec. B). 70,2 (rec. A) si -scione (-ussionem [rec. B]) vel feminam talem ordine interfecit. 73,1 (rec. A) si -scione -scio (andustrione [rec. A 17]) . . . admallare voluerit. 73,6 p. 376^{b},67 (rec. B) -sco. 73,7. 106 cum viris magnificentissimis obtimatibus vel -bus. *al. (v. ind.).* LEX Sal. Merov. caus. 8,7 si quis andrustione, qui inter duos reges pagaverit, qui eum adsallierit et occiserit. FORM. Marculfi 1,18$^{capit.}$ de regis -e (-em *A 2*, anstrustione *A 1*, andrusticione *A 3*). p. 55,9 fidelis . . . noster veniens ibi in palatio nostro . . . in manu nostra trustem et fidelitatem nobis visus est coniurasse: propterea per presentum preceptum decernemus ac iobemus, ut deinceps memoratus ille inter numero -scionorum (-stionorum *A 2*, andrustianorum *A 3*) conputetur. LEX Sal. Karol. app. p. 534,48 qui -usionem, quo puer regis est, occiserit. *al.* **2** *adiutor – Helfer:* LEX Sal. Merov. 113 p. 430,25 graphio cum VII rachymburgiis antrutionis bonis credentibus . . . a casa illius ambulent. p. 430,53 qui mallat, ipsum ad nos adducant et adtrutionis secundum legem consecutus habuerit.

***anuabile** (annu-) *subst.* (*orig. inc., ni cohaeret c.* manus, manualis; *vix ab* annalis, *ut ci. Diefenbach, Gloss. p. 39^{b} s. v.* annuabile) **1** *genus ferramenti – ein Eisenwerkzeug:* GLOSS. III 265,61 St.-S. -e halbisen; agum *(i.* sagum *ed.)* lachin (*cf.* 294,17 annuabile halbisin lachin). 639,37 -e habenisen. **2** *genus vestimenti – ein Kleidungsstück: v. l. 50.*

***anuatim** *adv.* (1. anus) *retrorsum – nach hinten:* RUODLIEB XIV 21 per sępem ut -m sit sibi t⟨ractum⟩.

***anudum** macht man GLOSS. III 525,38 St.-S. *(orig. et interpr. inc., subesse vid. nomen plantae).*

1. anula, -ae *f.* *muliercula senex – alte Frau* (GLOSS. II 445,47 St.-S. -a alticha [*spectat ad Prud. perist. 6,149*]): VITA Austrig. 3 (MGMer. IV p. 192,29) pauper veteranus cum -a (anenula *1^{a}*) sua.

2. *anula. *(orig. inc., ni cohaeret c.* Ani El; *cf. A. Franz, l. c.) vox quaedam arcana:* ADIUR. febr. 6 (ed. A. Franz, Kirchl. Benediktionen im Mittelalter. II. p. 481,13) Christus, qui venturus est . . .: -a, sinula, adea, libera . . . de frigoribus.

anularia (angu-), -ae *f.* *genus coloris albi ex gemmis anularibus effecti, anulare – Ringfarbe, Ringkreide (cf. Vitr. 7,14,2; Plin. nat. 35,48):* HERACLIUS II 55 cum in formosam seu angulariam vitro miscentes inficiunt ex ea colores *(v. notam ed. p. 145sq.).*

anularis (annu-), -e. **1** *adi.: ad anulum pertinens – Ring-:* WILH. SALIC. chirurg. 1,42 p. 316^{E} inter ann-em digitum et auricularem manus. *remissius de digito pedis:* WILH. SALIC. chirurg. 5,2 p. 356^{H} in planitie . . . pedis inter auricularem digitum et -em. **2** *subst. masc.: digitus, qui anulum ferre solet – Ringfinger* (*cf.* GLOSS. III 178,19 St.-S. -is vel medicinalis goltfinger. 439,17 vingerlaere. IV 34,25 golt trago): LEX Frision. 22,31 si ann-em absciderit, VIII solidis componat (*cf.* add. 2,4). HILDEG. fragm. 728 sensus in pollice, intellectus in indice, electio in medio, inceptio in -i, perfectio in auriculari, et sic sunt quinque sensus hominis . . . ut quinque digiti in manu. ALBERT. M. animal. 1,332 iste *musculus* duas cordas -i et auriculari transmittit (*cf.* 1,412).

anulatus (annu-), -a, -um. *anulo ornatus – mit einem Ring versehen:* GERHOH. glor. 21,2 p. 1152^{D} filius ann-us ferendo annulum non mutatur in illum nec annulus in ipsum (20,4 p. 1149^{B}. tract. p. 290,24 filio -o [*v. notam ed.*]). *subst. masc.:* ALBERT. M. princ. 7,1 p. 360^{a},42 ann-us secundum digitum simpliciter est ann-us, quia annulus digiti est ornamentum totius.

***anulifex**, -icis *m.* *anulorum faber – Ringmacher:* BERNH. PROV. comm. 5,5 p. 289,7 margarite pertusate, que reperiuntur apud -es.

***anulositas**, -atis *f.* *zool. i. q. figura in seriem anulorum disposita – ringförmig aufgeteilte Form:* URSO anat. 109 -i eius *(trachiae)* alliditur *vox.* ALBERT. M. animal. 4,6 terrestria *animalia*, quae sunt anulosi corporis, quorum est multa diversitas, quia -s (*p. 523^{b},14* ἐντομάς) eorum aut erit in ventre aut in dorso aut in utroque simul. 4,66 est *membrum erucae* aequalis -is per totam corporis longitudinem (*cf.* 4,46). 14,3 per -em . . . efficitur *animal* curtum, postquam fuit longum *eqs.*

***anulosus** (annu-), -a, -um. *in seriem anulorum dispositus – ringförmig aufgeteilt:* **1** *zool.:* URSO anat. 107 trachea . . . rotonda et -a (*cf.* FRID. II. IMP. art. ven. 1 p. 91,29 canna . . . pulmonis cartilaginosa et -a est. ALBERT. M. spirit. 2,2,2 p. 248^{b},21 est compositio eius [*trachiae*] ex ann-is circulorum portionibus). ALBERT. M. anim. 1,2,16 p. 188^{b},42 in his animalibus, quae ann-a vel rugosa (*p. 411^{b}, 20* τῶν ἐντόμων) dicuntur. veget. 4,57 per totum corpus -am (annu- *var. l.*) accipiunt *animalia lumbricalia* figuram. animal. 4,65 in genere . . . -i animalis multi sunt modi sicut vespa et apis *eqs.* 12,138 animalia . . . -a habent suum exterius durius . . . et positi sunt in ipso sui anuli ligati *eqs. ibid. saepe (v. ind.). subst. neutr. i. q. animal, cuius corpus in seriem anulorum dispositum est – Insekt:* ALBERT. M. animal. 1,9 in consideratione vermium et -orum. 1,176 -a, ut apis genera. *ibid. al.* **2** *bot.:* ALBERT. M. veget. 6,56 in corticibus ramusculorum cypressi inveniuntur maculae albae, ac si sint incisae in eis in loco rupturae foliorum per circuitum, quasi cortex eius compositus est ex corticibus -is.

anulus (annu-), -i *m. (?n.: p. 727,45sq.) script.:* an(n)ol-: *l. 69sq. p. 727,44.46.48.71.728,17.35sq. al.* anal-: *p. 727,65.* -ull(us): *p. 727,54.69.728,14.16. form. acc. pl.* -us: *l. 69sq. p. 728,20. metr.* ăn-: *p. 728,22.*

circulus – Ring: **1** *de circulis in digito portandis (fere metallinis; vitreis: l. 63; de usu cf.* HONOR. AUGUST. gemm. 1,216 annuli usus ex evangelio [*Luc. 15,22*] acceptus creditur. *alleg.:* HRABAN. univ. 21,24 p. 584^{A} annulus . . . fidei signaculum significat . . ., item annulus obsignatio sacrae legis est. *in libri titulo:* REIN. LEOD. inept. 1 p. 596,40 tractatum . . . A-um titulavit *Rupertus Tuitiensis):* **A** *de ornamento:* VITA Boniti (MGMer. VI p. 123,22) non praeponebat pauperi divitem neque aureum habentem -um. ALCUIN. epist. 34 p. 76,25 digitos -is ostentationis radiare. THEOPH. sched. 2,31$^{in.}$ ex vitro etiam fiunt -i hoc modo *eqs.* VITA Otton. Bamb. III 2,13 p. 58,17 filiis . . . potentum -os et baltheos . . . contulit. CAES. HEIST. Elis. I 9 p. 358,25 -os et quodlibet aliud ornamentum. *saepe. proverb.:* EGBERT. fec. rat. 1,330 -us in digito, digitus cenosus in ungue. *in chart. de cessione, pigneratione:* FORM. Andec. 1° p. 5,10 cido tibi inaures . . ., annolus valentus soledus tantus. 54 transcribo ad ipsa *(sponsa)* . . . anolus de soledus tantus. CHART. Tirol. notar. II 440 -os de argento, quod dicebat sibi pignus stare (*cf.* 172).

B *de signo dignitatis:* **1** *principum (cf. Waitz, Verf.-*

Gesch. ²*VI. p. 300sq.)*: Ioh. Neap. Sever. 4 (1) -um, quod magni regis erat insigne. Pontif. Rom.-Germ. p. 135ª,1 armillas et pallium et annulum accipiat *rex* dicente metropolitano: accipe regiae dignitatis annulum et per hunc in te catholicae fidei cognosce signaculum (*cf.* Ord. coron. imp. 11,7. 14,33). Ord. coron. imp. 13,1 in digito habet *imperator* unum annulum episcopalem *(cf.* Benzo ad Heinr. 1,9 p. 602,30 cum -o pontificali; *de re cf. B. Schwineköper, Der Handschuh im Recht. 1938. p. 42)*. Benzo ad Heinr. 7,2 p. 671,12 desponsatur *rex* patriciali -o. Annal. Bland. a. 1106 misit *Heinricus IV.* filio -um imperialem cum gladio. Helm. chron. 32 p. 60,1 coronam, -um et purpuram ceteraque ad investituram imperialem pertinentia. *al. nobilium Romanorum:* Conr. Hild. ad Hartb. p. 194,5 cum -is tunc temporis *(sc. Hannibalis)* tantum nobiles uterentur. **2** *episcoporum (cf. Waitz, Verf.-Gesch.* ²*VII. p. 279sqq.; LThK. VIII. p. 900)*: Conc. Karol. 61,3 p. 810,22 dedit *Ebbo episcopus* eis *(episcopis electis)* . . . -os et baculos suae auctoritatis in confirmationem eorum ordinationis. Bruno Querf. Adalb. A 15 episcopus ad episcopium redit, pro cuius regimine virgam, pro pignore -um dante apostolico, accepit. Humb. Sim. 3,6 p. 205,13 quid . . . ad laicas pertinet personas sacramenta ecclesiastica . . . distribuere, camyros scilicet baculos et -os? Chron. Hild. 20 p. 856,5 -os . . . duos pontificales suo nomine inscriptos. Carm. de anulo 4,1 (MG Lib. Lit. III p. 726) -us et baculus sunt pontificalia sacra, quę falso cesar arrogat esse sua. Const. I 91 papa Paschalis concedet . . ., quod domnus rex illum *(episcopum electum)* -o et virga investiat. Cosmas chron. 3,8 cesar . . . dans Hermanno -um et virgam episcopalem. Const. I 107,1 ego Heinricus . . . dimitto . . . catholicę ecclesię omnem investituram per -um et baculum. *saepe.* *expressius de iure investiendi episcopos:* Otto Frising. gest. 1,29 p. 46,38 papa concessit Siculo virgam et -um, dalmaticam et mitram atque sandalia. **3** *abbatum:* Dipl. Karoli III. 182 p. 304,33 (spur. s. XII.) investientes ipsum abbatem ⟨et comitem⟩ per -um aureum de prefato comitatu. Chron. reg. a. 1143 (rec. I) hic *abbas* a domno apostolico ad decus ecclesiae suae promeruit -um antecessoribus suis non concessum. Herm. Altah. advoc. p. 375,9 abbas per Hermannum . . . privilegium infule et -i . . . inpetravit. **4** *magistrorum ordinis Teutonici:* Statut. ord. Teut. p. 95,14 frater . . . ducat electum *(sc. magistrum)* ante altare . . . assignans sibi officium cum -o et sigillo *eqs.* **C** *de signo sponsalium:* **1** *saec.:* Chron. Fred. 2,62 p. 85,23 commutantis ab invicem anolis. 3,18 p. 99,30 hoc -um tibi direxit *Chlodoveus.* p. 99,32 accipe . . . anolum hoc meum. Leg. Wisig. 3,1,3 cum . . . -us arrarum nomine datus fuerit vel acceptus. Liber hist. Franc. 11 p. 255ª,17 (rec. A) anolus eius et reliqua ornamenta sponsalia. Capit. reg. Franc. 296 p. 426,6 accipe -um, fidei et dilectionis signum atque coniugalis coniunctionis vinculum. Chart. Argent. I 617,45 p. 480,16 annuli visitales, annuli sponsales. Otto Sanblas. chron. 51 p. 86,16 a quo *(rege)* . . . amplexata *filia Philippi* publici signo osculi mutacioneque -orum subarratur. Chart. Tirol. notar. I 47ª p. 21,37 eam annullo desponsavit. *al.* **2** *eccl.:* Aldh. virg. I 45 p. 298,19 ab alio amatore praeventa sum, qui me -o fidei suae subarravit. Pontif. Rom.-Germ. p. 143ᵇ,26 accipe annulum fidei . . ., ut sponsa Dei voceris. Land. Mediol. hist. I 2,35 p. 72,44 urbani sacerdotes in manibus dexteris -os cotidie deferebant, quatenus ecclesiae sponsos esse ostenderent. Wibald. epist. 235 misimus tibi -um subarrationis, ut nullum preter Christum amatorem admittas. *al.* **D** *de sigillo (cf. Bresslau, Urkundenlehre.* ²*II. p. 548sqq.)*: **1** *proprie:* **a** *principum:* Form. Marculfi add. 2 manu propria subter firmavimus et de -o (analo *cod.*) nostro sigilavimus. Lex Baiuv. 2,13 -um aut sigillum. Dipl. Pipp. 3 p. 6,4 -o regio adfirmare. 15 p. 21,29 -i nostri inpressione adsignari (Dipl. Ludow. Germ. 13 p. 16,32. Thegan. Ludow. 19. Dipl. Conr. I. 14 anulli nostri i. Dipl. Heinr. III. 228 p. 305,4. *saepe. cf.* Dipl. Arnulfi 30 p. 45,19 -o nostrę impressionis). Chart. Fuld B 43 p. 76,19 de anolo nostro sigillare. Vita Boniti 2 (MGMer. VI p. 120,18) -o ex manu regis accepto referendarii officium adeptus est *Bonitus (cf.* Vita Ansb. 4 [MGMer. V p. 621,24] gerulus -i regalis; *de re cf. Brunner, Rechtsgesch.* ²*II. p. 156)*. Vita Melan. 5 (MGMer. III p. 374ª,29) per -um suum . . . concessit *rex villam.* Trad. Ratisb. 95 praecepto -oque prefatę magnitudinis firmetur *commutatio.* Dipl. Karoli III. 143 p. 230,19 de annulo nostrae dignitatis consignari. Dipl. Arnulfi 25 p. 37,25 -o . . . imaginis nostrae . . . insigniri. Dipl. Zwent. 3 -um . . . nostrum imprimere. Dipl. Otton. I. 140 p. 221,21 -o nostre munitionis. Dipl. Otton. II. 63 -o . . . nostri imperialis palatii. Chron. Reinh. a. 1227 p. 610,53 annulum, quo pro discreto sigillo utebatur *princeps Heinricus.* Chart. Burgenl. 510 p. 342,6 privilegium . . . regis dupplici sigillo et annulo . . . signatum. *saepe.* **b** *magistratuum sim.:* Leg. Wisig. 10,2,6 p. 394,21 -o (anullo *var. l.*) iudicis aut saionis (*cf.* p. 395,21). p. 395,20 si aliquid ibi repositionis habeatur et -o (anullo *var. l.*) domini sui non est signatum. Dipl. Merov. I 78 p. 70,5 de anolo ipsius Grimoaldo, maiorem domus nostri, sigellatum *sacramentum.* Lex Raet. Cur. 3,19,4 pecunia omnia in uno collegatur . . . et de anulus (-os *var. l.*) ipsorum bonorum hominum segelletur. Audrad. carm. 3,12,132 praeses . . . praecipit illum . . . carcere claudi cum sanctis -oque suo signavit et ipse. **c** *episcoporum:* Capit. reg. Franc. 1 vestras epistulas de -o vestro infra signatas. Form. extrav. 20 -o ecclesiae nostrae bullare. Adso Frodob. 30 (MGMer. V p. 85,16) ossa . . . pontificali -o diligentius signans. Sido ad Gozw. p. 244,4 episcopus . . . -o suo libertatem resignans privilegio sua bulla insignito confirmavit. *al.* **2** *in imag.:* Form. Laudun. 5 p. 515,6 dile⟨ctionis⟩ -o in corde nostro esse signatum. **3** *meton. i. q. vocatio in ius anulo ducis obsignata – gerichtliche Vorladung, die das herzogliche Siegel trägt:* Chart. Pommerell. 214 p. 176,15 (a. 1266) coram nobis, cum nostro annulo fuerint evocati, . . . respondebunt. **E** *de signo virtutis cuiusdam magicae sim.:* Sermo de sacril. 21 qui de anolo aureo vulnus circat, vel qui propter dolorem oculorum annolum qualecumque sibi super ipsum oculum ligat (*cf.* 22). Godesc. Saxo gramm. 2 p. 476,15 Gigas . . . vidit -um in digito hominis mortui *(cf.* Epist. Ratisb. 6 p. 294,2 *[v. et notam ed.])*. Hildeg. phys. 5,8 oculum piscis . . . in argenteo annulo besmyde (*cf.* 6,7 p. 1292ᴬ). Rahew. gest. 4,45 p. 285,8 preciosa . . . quasi munuscula . . ., medicinas, -os, gemmas . . . venenatis furfuribus circumlita (*cf.* Theod. Palid. annal. a. 998). *fort. sensu symbolico:* Ars med. 1 p. 418,13 chirurgiae . . . -um ferreum, diaeteticae . . . baculum. **II** *usu vario:* **A** *strictius:* Theoph. sched. 3,56 -us, per quem inserto digito portari possit *colum.* Caes. Heist. Elis. I 3 p. 350,14 in quolibet . . . ludo sive -orum sive denariorum (*cf.* 12 p. 361,6. Vita Ermin. 35 p. 497,2 cum . . . vitreis -is [annulis *4*] more luderet *Leukardis* puellari). Frid. II. Imp. art. ven. 2 p. 150,14 hii annuli *(sc. in iactis)* sive sint ferrei sive enei sive cornei *eqs.* Chart. Hans. I 432 p. 144,21 navis . . ., que habet retro -os *('Ösen' P. Heinsius, Das Schiff der hansischen Frühzeit. 1956. p. 123)* ferreos. *al. v. et p. 729,4. alleg.:* Absal. serm. 28 p. 163ᴬ per quatuor -os (circulos *Vulg. exod. 25,14*) aureos quatuor exercitia praelatorum . . . debemus accipere. **B** *latius de rebus circuli formam exhibentibus:* **1** *zool. de dispositione continua circulorum:* Constant. Afric. theor. 3,20 p. 12bᵀ deforis panniculos habet unusquisque -us sicut operimentum canalis pulmonis (*cf.* Ps. Galen. anat. 23 p. 203ᶜ). Albert. M. animal. 1,29 quod *(animal)* habet rugas -orum (*p. 487ª,33* ἐντομάς) in corpore suo anterius aut posterius. 4,7 habent *animalia* -os duplicatos, ita quod unus corrugatur super alium, quando se contrahunt animalia illa. 26,1 corpora eorum *(animalium)* ubique esse insecta et quasi ex -is ex centro generationem habentibus composita. summ. theol. II 4,14,3,1 p. 175ª,15 pennas, pinnulas, annulos. *ibid. al.* **2** *techn. de corona ex granis formata:* Theoph. sched. 3,26ᵐᵉᵈ. designabis -um, qui inter nodum et pedem *calicis* . . . debet esse *eqs.* 3,43 -um . . . deaurabis *eqs.* **3** *de compede:* Chron. Albr. a. 1208 p. 888,12 quos *(fratres)* . . . in diligenti custodia in annulis detinuit.

[Sroder]

1. anus, -i *m.* *metr.* ăn-: *l. 23.*

I *gener. i. q. circulus – Ring* (*cf.* GLOSS. IV 223,35 St.-S. ringa): CHRON. Noval. 2,7 p. 86,9 in cuius *(baculi)* summitate plurimis configi precepit anulis, qui per singulis ipsorum -orum singulis tintinnabulis appendi fecit. NIVARD. Ysengr. 5,1263 quod foribus nostris omnes detraxeris -os (*cf.* 1295).

II *anat.:* A *strictius i. q. orificium intestini recti, culus – Mündung des Mastdarms, After* (*cf.* GLOSS. III 433,54 St.-S. arsloch): AESCULAPIUS 43 p. 73,5 in -o multę fiunt caussae *eqs.* (*sim.* GLOSS. med. p. 77,11). UNIBOS 18,1 (ed. K. Langosch, Walthartus, Ruodlieb, Märchenepen. p. 256) -um dum certat tergere, herbam festinat rumpere. FRID. II. IMP. art. ven. 1 p. 61,1 trahentes *pulli* -um ad marginem nidi ... non sordidant nidum. BRUNUS LONG. chirurg. 2,6 p. 124^{D} exitura -i. ALBERT. M. animal. 1,480 quod circumstat ipsum *(sphincterem)*, est -us, qui est callis stercoris vehementis sensus positus in clibani parte infima. 4,45 habet *membrum intestinale* -um (*p. 529^{a},13* ἡ τελευτὴ τοῦ ἐντέρου) supra caput suum. 22,97 ericius ... duos -os ad stercus eiciendum solus dicitur habere. WILH. SALIC. chirurg. 4,4 p. 37,10 longaon ... finitur in -o, et circumdant ipsum -i foramen quinque venae. *al.* *c. sensu detrectationis:* EGBERT. fec. rat. 1,32 ignis -o, cibus ore licet – privignus at idem *(cf. notam ed.).* SALUTARIS POETA 67 (ed. P. Leyser, Hist. poet. et poem. p. 2061) in nebulone nihil differt sonus oris et -i. NICOL. BIBER. carm. 932 (ed. Th. Fischer. 1870) iuris perversor, -i cum pollice tersor. *v. et l. 55.* B *latius:* 1 *sphincter – Aftermuskel:* TRACT. de aegr. cur. p. 323,37 sister, id est -us, paralisim pati dicitur. 2 *intestinum rectum – Mastdarm:* ARS med. 5 p. 423,22 longaon vel -us. RICHARD. ANGL. anat. I 374 ultimum *intestinum* longaon vel -us, qui etiam rectum intestinum nuncupatur. 3 *infima pars spinae – unterster Teil der Wirbelsäule, Steißbein:* CONSTANT. AFRIC. theor. 2,4 p. 6b^{r} spondiles ..., que sunt iuxta -um, duorum sunt ossium, quorum unum vocatur iuxta -um ..., alterum os vocatur ipse -us, similiter de tribus factum ossibus (*cf.* 2,8 p. 6a^{v}. IOH. IAMAT. chirurg. 6,1 relicum *os* appellatur -us).

2. anus, -us *f.* *acc. sg.:* -em: *l. 50.* -am: *l. 51.*

mulier senex – alte Frau (*cf.* GLOSS. III 437,10 St.-S. altzwip. 715,25 -us vel vetula quene. *adde:* II 470,31 -us i. stiuf⟨muoter⟩ *[ad Prud. c. Symm. 2,177, non accurate versum]):* 1 *gener.:* CONC. Karol. 39^{B},23 propter -us ... et infirmas debet intra claustra ab abbatissis mansio fieri. MIRAC. Trud. 6 quaedam -us mansionarii officio functa. ALBERT. M. animal. 10,46 mulier multum pariens ... cito fit -us. *al.*

2 *c. colore quodam:* a *c. sensu verecundiae:* COSMAS chron. 3,11 dimitte -um *(cf. app. crit.)* quiescere in pace. EPIST. Hildeg. 25 p. 401,10 hauriendo de pectore veterano sanctae -us aquas sapientiae (*cf.* p. 402,3). b *c. sensu detrectationis:* ARBEO Corb. 29 ut ipsam iam anem (-um *1 p. corr.*, canem *corr. in* anam *2*) propriis cederet *vir Dei* manibus. EMBOLIS Amalar. 15 -us ... dicuntur vetulae feminae, de quibus ... dicitur, quod habent usum supervacua quaeque ... referre. CONFL. ovis et lini 28 foeda ... -us. NIVARD. Ysengr. 2,128 anus -usque pavent, sed magis anus -u. CARM. Bur. B 81,4,5 -us, licet vetula, mire petulatur. *al.*

anxia, -ae *f.* *constrictio, angustia (spiritus) – Beklemmung, (Atem-)Beschwerde:* ANTIDOT. Bamb. 38 nec angustiam nec -am, sed confortationem ... corpori prestat *antidotum* epilemticis.

***anxiabiliter** *adv.* *studiose, enixe – eifrig, angelegentlich:* CHRON. Salern. 128 cenobium beati Benedicti -r pergere cupit *Guaiferius.* 153 eadem ... verba ancxiabiliter repetebat.

***anxialis**, -e. *trepidus – angstvoll:* ANNAL. Xant. a. 871 ecclesia ... -i spiritu gemens.

***anxianus** *v.* *antianus.

***anxiatio** (ansiacio), -onis *f.* *dubitatio, ambiguitas – Ungewißheit, Zweifel:* ACTA imp. Winkelm. I 633 p. 512,33 (a. 1233) si ... oriretur ... aliqua dubitacio inter partes ..., illa dubitacio et ansiacio diffiniatur ... et interpretetur ad ... voluntatem dicti domini Persavalli.

anxietas, -atis *f.* *script.* ansi-: *l. 35.*

1 a *trepidatio, sollicitudo, tristitia – Angst, Kummer, Betrübnis (def.:* ALBERT. M. bon. 366 p. 201,4 dicit ... Gregorius et Iohannes Damascenus, quod quattuor sunt genera tristitiae, scilicet achos, -s [*PG 40,688A et 94,932B* ἄχθος], invidia, misericordia. 375 p. 205,27 -s ... vocatur tristitia aggravans et praecludens cordi et rationi vias evasionis et ideo dicitur angustum et anxium): RIMB. Anscar. 26 p. 57,4 cum ... pro hac re in maxima esset positus -e. POETA Saxo 1,103 ut ... pontificis succurreret -i. HROTSV. Gall. I 2,1 -e cordis fatigor. RUOTG. Brun. p. 18,4 -s et metus ... comitum *(gen. obi.).* CARM. Bur. B 163,4^{a},4 (p. 274) laxum mee vinculum fac -is. *al.* *seq.* qualiter: OTTO FRISING. gest. 2,7 p. 107,19 erat ... multa ... principis -s, ... qualiter controversia ... terminari posset. *proverb.:* ADALBOLD. Heinr. 32 cuique modesto ... proximi calamitas propria fit -s. *c. sensu misericordiae:* CONC. Merov. p. 32,29 quidquid aerumnarum ... unus susciperit, consolatio fraternae ancxietates relevit tribulantes. b *afflictatio, pressura – Bedrückung, Drangsal:* WETT. Gall. 9 meroris -s. ANNAL. Fuld. Ratisb. a. 896 p. 127,25 totus ... exercitus maxima -e et penuria preoccupatus (*cf.* p. 127,27). EPIST. Worm. I 10 p. 27,12 sollicitudinum obpressi -bus. TRAD. Frising. 1458^{a} soluti ab omni servili -e. SIGEB. GEMBL. Theod. 22 p. 482,14 evomens ... ab animo omnem curialis -is nauseam. DIPL. Heinr. IV. 351 p. 464,8 magnis difficultatibus et -bus. ALBERT. M. eccl. hier. 3,11 p. 586^{a},16 'in ... multitudine -um' (*PG 3,430C* τῶν ἀνιόντων [ἀνιώντων *var. l.*]), id est tribulationum. *al.* *meton. de homine ipso:* PAUL. BERNR. Greg. 45 p. 498,19 pater furum ..., custos susurrationis, -s conspirationis. c *intentio, cupiditas – Spannung, Verlangen:* AGIUS vita Hath. 19 quanta -e et parumper cellula egressos nos requisierit (*cf.* epic. Hath. 76 qua -e meam gestierit faciem).

2 a *constrictio, angustia (spiritus) – Beklemmung, (Atem-)Beschwerde:* ANTIDOT. Glasg. p. 114,25 non ansietate facit *antidotum*, ... sed fortitudinem prestat (*cf.* p. 126, 42). CONSTANT. AFRIC. theor. 5,11 p. 20b^{r} multa pessima accidentia ... sicut alienationes ..., nimie -es. MAURUS urin. I p. 33,32 si -em haberet *mulier.* b *dolor, vexatio – Schmerz, Pein:* TRIUMPH. Remacli 2,16 sitis -e. METELL. Quir. 43,6 corporeis super -bus.

anxietudo, -inis *f.* *dolor, vexatio – Schmerz, Pein:* WOLFHER. Godeh. II 26 p. 210,26 cogente gravissima doloris -e. CARM. de Rob. 22 vulnere te crudo tristis necat -o.

anxio, -atum, -are *vel* **anxior**, -atus sum, -ari.

1 a *act. i. q. afflictare, premere – bedrücken, bedrängen:* TRAD. Ratisb. 773 (c. 1126/29) femina ... pro iniusta servitute ab Adalwardo ... -ta. b *medial. i. q. pavere, sollicitari, se afflictare – sich ängstigen, sich beunruhigen, bedrückt sein:* AGIUS vita Hath. 16 -ari tam vehementer coepit *Hathumoda*, ut pene decessura videretur (*cf.* 17. TRANSL. Libor. 25). LAUR. LEOD. gest. 31 Raynaldus ... aeger anxiebatur *(sic?)* iraque et dolore extra se rapiebatur. *seq.* quod: FROTH. epist. 12 inde me usquequaque fateor -ari, quod *eqs.* *?intrans.:* HROTSV. Cal. 9,14 cordetenus contristor, -o, gemo, doleo super impietate mea.

2 sibi -are *i. q. constrictione affici, dolere – sich beklemmt fühlen, Schmerz empfinden:* ANTIDOT. Augiens. p. 44,34 qui sibi -ant in stomacho languente.

adi. **1. anxians**, -antis. *pavidus – ängstlich:* ROLAND. PATAV. chron. 8,10 p. 109,12 Tolbertus ... et Albertus ... -es et fugientes secuti sunt fugientem.

2. anxiatus, -a, -um. 1 *pavidus, sollicitus, afflictus – ängstlich, besorgt, bedrückt:* BONIF. epist. 63 p. 129,5 ancxiatae mentis solacium ... quaerere. RIMB. Anscar. 36 p. 71,17 qua de causa cum nimium esset ... episcopus -us. BERTH. (?) annal. a. 1078 p. 312,32 exercitus ... satis superque -us. *al.* 2 *angustus, artus – eng, straff:* STEPH. EDD. Wilfr. 38 coangusta et ancxiata vincula.

anxius, -a, -um. *script.* ansi-: *p. 731,36.*

1 a *pavidus, sollicitus, afflictus – ängstlich, besorgt, bedrückt:* CAND. FULD. Eigil. I 11 non turbulentus vultu, non

[Sroder]

-us animo. WANDALB. martyr. invoc. 35 aeger et -us. RIMB. Anscar. 19 p. 39,33 pastor ... nimio merore -us. THIETM. chron. 4,40 -a mente. 7,23ex. cor -um. OTTO FRISING. gest. 2,30 p. 138,9 implorasti *(Roma)* misera felicem, ... -a securum. *al. ?c. acc.:* IONAS BOB. Columb. 1,20 p. 195,23 -us pater tantorum membrorum dispendia (-o *var. l.*). de: RIMB. Anscar. 38 p. 73,10 de hac re ... -us. *inconstans – schwankend:* THIETM. chron. 3,26 nutat ancxia ... populi sententia (6,32). **b** *studiosus, intentus, cupidus – eifrig, bedacht, begierig:* IONAS BOB. Ioh. 2 -a cordis vota. WILLIB. Bonif. 1 p. 6,13 ancxiae voluntatis augmentum. 8 p. 44,21 coepit *Pippinus* -us vota Domino devota persolvere. TRAD. Frising. 394 -e petitioni obtemperans. CARM. Bur. B 105,10,2 sine re iactantiam -i venantur *moderni. al. c. gen.:* DECRET. Burch. 19,5 p. 971A dum -i fuerint hospitii. TRANSL. Auct. 5 ne quisquam forte furti -us alicubi latitaret. *al.* ad: LEO MARS. chron. 2,64 p. 672,39 ut sunt ad rapinam avidi, ad invadenda aliena bona inexplebiliter -i. **c** *terrificus, sollicitans, gravis – beängstigend, beunruhigend, bedrückend:* IONAS BOB. Ioh. 3 -o cordis stimulo (4ex.). WILLIB. Bonif. 5 p. 20,4 ancxio ... dolore. RUOTG. Brun. 19 p. 18,14 sollicitudo. BRUNO QUERF. Adalb. A 32in. mors. THIETM. chron. 2,20 rebus ... in -is (4,71). CARM.Bur. B 108,1a,5 mens ... estuat in tumultus -os. *difficilis – beschwerlich:* EPIST. ad Hildeg. 63 p. 283B commissum ... arduum et -um, regimen scilicet animarum. **2** *constrictus, angustus – beklemmt, beengt:* TRACT. de aegr. cur. p. 217,6 -us spiritus. WILH. CONG. chirurg. 912 faciunt *glandulae* ... -am aeris attractionem.

adv. **anxie.** **1** **a** *pavide, sollicite – angstvoll, besorgt:* AGIUS vita Hath. 2 -e ingemuit. HROTSV. Cal. 2,1 -e diuque gravem sustinui dolorem. *al. inconstanter – schwankend:* OTTO FRISING. gest. 2,41 p. 150,16 hac illacque ad inquisitionem veritatis non circumfertur dubie anxius et -e dubius. **b** *intente, studiose – angelegentlich, eifrig:* ALTFR. Liutg. 1,30 cupiens -e. CHRON. Salern. 105 p. 105,30 quid est, quod domino meo ipsum nimirum ansie (anxie *ed. in nota*) querit? EKKEH. IV. pict. Mog. 830 -e querebant, quapropter et inveniebant. NARR. de lib. Fab. 1 -e die noctuque ... meditatur. *al. vehementer – heftig:* LAMB. HERSF. annal. a. 1076 p. 256,16 -e aestuaverat. **2** *dolenter – schmerzhaft:* UFFING. Ida 1,14 haec ... paralisi per quinquennium -e torquebatur.

anxu(n)gia *v.* axungia.

***anypostatos** (anap-), -on. (ἀνυπόστατος) *subsistentia carens – substanzlos:* ALBERT. M. summ. theol. I 8,35,3,1 p. 364b,28 dicit Damascenus, quod 'verbum Dei non est anap-on (*PG 94,805A* ἀπυπόστατον), sed subsistens' (*cf.* p. 366b,13). *Sroder*

anzer *v.* anser. ***anzinga** *v.* *andecinga.

aorasia, -ae *f.* (ἀορασία) *script.:* acra-: *l. 58.* acris-: *l. 55.60.62.* aoris-: *l. 59.61.* auris-: *l. 64.*

caecitas momentanea et partialis – vorübergehende und teilweise Blindheit (cf. Vulg. gen. 19,11 [gr. ἀορασία*] et Aug. quaest. hept. 1,43; def.:* ALBERT. M. eth. 3,1,10 p. 207a,17 quae [*caecitas*] dicitur acrisia, in qua caecitate caecus omnia videt praeter hoc solum, quod ibi et nunc convenit): SIGEB. GEMBL. Theod. 5 barbaros percussos ea coecitate, quae Graece dicitur acrasia. SICARD. chron. a. 649 p. 146,24 percussus -isia (ab orisia *var. l.*). THIETM. peregr. 21,3 latrones ... mentali cecitate percussi et acrisia. OLIV. hist. Dam. 31 p. 220,10 noctibus velut -isia percussi apertis oculis nichil videre dicebantur. VITA Mariae rhythm. 6885 luminis acrisia percutiebantur. THOM. Tusc. gest. p. 514,36 divina ... voluntate percussus aurisia.

***aorta,** -ae *f. vel saepius* ***(ad)ort(h)i** (adh-, ab-, -y, abhar *sim.*) *indecl.* (ἀορτή; *inde arab.* awurṭi, *cf. A. Fohnahn, Arabic and Latin anatomical terminology. 1922. p. 22*)

II *translate:* A *gener.:* 1 *advertere – (hin)richten, zuwenden:* VITA Rimb. 6 p. 84,16 ad quem ... animum -asse (CHRON. Pol. 1,30 p. 57,2 stilum et a. WOLBERO cant. 3 p. 1211[D]). CONST. I 235 eidem sententie auctoritatis nostre maiestatem clementer -antes. CHART. archiep. Magd. 406 securitati ecclesiarum ... desiderium et intentionem -antes. *al.* 2 *instituere – einführen:* Ps. GERH. CREM. sept. p. 328,41 radices vero -andi ad ipsum *(sperma)* preparandum sunt ita. 3 *assignare, ascribere – beimessen, zuschreiben:* LIBER diurn. 46[in.] ne ... eius ad nostram ... -etur poenam perditio. WALAHFR. exord. 27 p. 511,20 cum ... omnia ... suis erroribus quasi propria -arint *haeretici.* GODESC. SAXO theol. 13 p. 233,7 gratiae Dei ... totum semper -ant. GERH. AUGUST. Udalr. I 9 p. 397,10 non suis meritis, sed Dei ... misericordiae. CHART. Ital. Ficker 133 p. 175,33 nostris laudibus ... -ant, quod ... ordinatur. 4 *conectere, conciliare – verbinden, gewinnen:* WALTH. SPIR. Christoph. II 1,19 grammaticis opibus me tercius -at annus. BERNOLD. CONST. chron. a. 1083 p. 438,47 pro eis suae parti -andis ... laboravit. THEOD. PALID. annal. a. 1046 p. 69,10 qui miro ordine primum litteris ad-atus est. a. 1147 p. 82,36 cultui divino ... artius eos ad-are cupientes. CHART. Hall. I 209 p. 195,24 eos nostris et nos eorum ... familiaritatibus -are. HIER. MOR. mus. 28 p. 291,2 arte usui -atā. *al.* 5 *incipere – unternehmen:* ANNAL. Fuld. Ratisb. a. 891 p. 120,3 nec mora meditatum est proelium -ari. B *spec.:* 1 *iur.:* a *conferre, tradere – zukommen lassen, übereignen:* LEG. Wisig. 6,5,17 facultatem parricide parentes occisi ... iuri suo ad-are non dubitent. CONC. Karol. 56[D],37 p. 745,31 ea, quae ecclesiae ... sunt conlata, ... ecclesiae sunt usibus -anda. TRAD. Ratisb. 834 monasterio nostro -uit tradiditque ... Emmerammo ... hereditatem. CHART. archiep. Magd. 412 ius ... omni suę utilitati -andi alveum aque. CHART. Solod. 254 ut ... agros ... in suis necessariis usibus -rent. ACTA imp. Winkelm. I 60 p. 55,43 se noverit ... centum libras auri ... compositurum, quarum medietas imperiali fisco -etur. CHART. Livon. A I 292 p. 381,2 domum seu fundum suum ad ius civile spectantem religioni, quam ingreditur, -are. CHART. Basil. C II 201 p. 112,39 cedent et -buntur *supellectilia* dominio monasterii. *al. adhibere – heranziehen:* CONC. Merov. p. 90,10 clericus (*i.* -os) ... publicis actionibus ad-are. b *adnectere – angliedern:* CHRON. Pol. 1,19 p. 42,17 suo ... dominio ... quisque castella ... contigua ... -bat. HELM. chron. 54 p. 106,19 Nordalbingorum fines partibus eius -iti sunt. HIST. Augiens. II 2 predia circumquaque conparari et -ari. c *per confusionem, ut vid., i. q. ampli(fi)care – erweitern:* LEX Baiuv. 10,18 signum, quod propter defensionem ponitur ... vel campum ... -andum (amplicandi *sim. var. l.*). 2 *eccl. et publ.:* a *incorporare, recipere – eingliedern, aufnehmen:* COD. Udalr. 206 p. 378,2 -antur ordinibus filii virginum per vim raptarum. ARNOLD. LUB. chron. 5,7 p. 183,25 militari collegio -ati sunt *comitis filii.* VITA Berth. Garst. 6 (ed. J. Lenzenweger. 1958. p. 271,29) Dominicis castris -atur. *intrans. i. q. intrare – eintreten:* TRAD. Ratisb. 279 p. 227,7 (c. 1066) regularis vitae succensi desiderio huic -uerunt monasterio. *medial. i. q. consociari – sich zusammenschließen:* CONC. Karol. 50[D],23 quicumque ... sacris officiis servituri sub quolibet ordine ad-antur. b *praeficere – zum Vorgesetzten geben:* FUND. Werth. p. 166,44 (cod. B) aliquem eis cum ... electione fratrum ... -are. c *subicere – unterstellen:* α *medial.:* HELM. chron. 88 p. 173,21 ut reciperent *episcopi* ab eo *(duce)* dignitates suas et -rentur ei per hominii exhibicionem. β *refl.:* GERH. AUGUST. Udalr. I 1 p. 387,16 ut suo se vellet -uisse servicio. 3 *astron. et philos. usu mediali:* a *(radiando vel formando) infundi, communicari – (ausstrahlend oder gestaltend) beeinflussen, sich mitteilen:* ALBERT. M. veget. 7,70 -atur *luna* omnibus respectibus earum *(stellarum).* eth. 6,2,17 p. 430[b],1 quodlibet principium formale -atur secundis. *ibid. al.* b *adaptari, coniungi – sich anpassen, sich verbinden:* ALBERT. M. intellect. 2,1,11 p. 519[b],33 quando animae eorum *(excellentium virorum)* formis mundi -antur. animal. 1,73 virtus cordis est sicut virtus luminis solis, cui -antur omnia alia et accipiunt virtutem ab ipso. 5,54 Mars ... bis ... -atur eidem *(Saturno).* metaph. 11,2,32 p. 663[b],15 movens primum, quod largitur omnibus et a nullo accipit et ideo nulli dicitur -ari. *ibid. al. v. et* *amplico.

adi. **applicatus**, -a, -um. 1 *adhaerens, adiacens – anhaftend, anliegend:* ALBERT. M. animal. 2,39 quaedam *animalia* ... habent virgas per follem ad ventrem -as. 2,79 quidam branchi sunt -i corpori piscis. 2 *pertinens – zugehörig:* CHART. Turic. 858 (a. 1253) ecclesiam ... tenuit hactenus sui monasterii usibus -am. 3 *deditus – ergeben, zugewendet:* OTTO FRISING. gest. 1,49 p. 68,30 terra clericorum acuta ingenia et artibus -a habentium ... ferax.

subst. **applictum**, -i *n.* *?appendicium – ?Ausläufer:* GREG. CAT. chron. I p. 277,34 (chart. a. 756) planities ... montis ... cum suis vocabulis, id est Pes de Fista ... et aplicto de Cavallari.

applodo *v.* applaudo.

applоro, -are. *cum querelis nuntiare – unter Klagen berichten:* COSMAS chron. 2,41 p. 146,14 ut -ret apostolico ... iniusticiam. 3,20 p. 185,17 iniuriam.

appobalsamum *v.* opobalsamum.

***appodiamentum**, -i *n.* 1 *sustentaculum – Stütze:* ALBERT. M. (?) animal. quaest. 8,15/20 p. 194,74 corpus eius *(gruis)* cum dormit, indiget maiori -o (apo-, appe-, ape- *var. l.*). 2 *substructio – Unterbau:* CHART. Lamb. Leod. 341 p. 421,3 (a. 1242) potest ... -a ... pontis sursum ... extollere.

***appodiatio** (-cio), -onis *f.* *script.* apo-: *l. 38.*

1 *proprie i. q. actio innitendi – das Sich-Aufstützen:* CAES. HEIST. hom. II p. 115[b] nudo capite et sine -e orationes solemnes dicere. FRID. II. IMP. art. ven. 1 p. 86,12 fit ... -o avis ad posterius super ipsum *(digitum posteriorem).* 2 *meton.:* a *eccl. i. q. stalla chori (fulcris praedita) – Chorgestühl (mit Stützen):* CAES. HEIST. hom. exc. 50 contemplatus sum in choro abbatis ... super -cionem circulum lucidum. b *archit. i. q. substructio – Stützmauer:* OLIV. hist. Ierus. 90 p. 63,32 *(ex Petro Comest.)* non erexit *Cyrus* muros templi nisi usque ad apodiacionem (ALBERT. STAD. annal. p. 288,5). c *anat. i. q. sessio, inhaesio – Ansatz:* Ps. GALEN. anat. 4 p. 175[C] ut elongetur *p ars superior cordis* ab inhaesione (-e *V*) super ossa pectoris (*cf.* 8 p. 186[D] quasi inhaesio [ut sit quasi -o *V*]).

***appodio**, -avi, -atum, -are. (ad *et* podium; *cf. ital.* appoggiare, *francog.* appuyer; *v. et Corominas, Dicc. etim. castell. I. p. 239sq.*) *script.* apo-: *l. 49.52.67.72.al.*

I *proprie:* A *trans. i. q. acclinare, fulcire, sustentare – (an)lehnen, stützen, halten:* 1 *gener.:* VITA Karoli M. 2,22 p. 64,30 -vit *Gelasius* feretro affructabulum. CONO LAUS. notae p. 788,9 lignum apodiatum ad murum. WILH. RUBRUQU. itin. p. 270,11 cum -at maxillam vel mentum super manum. ALBERT. M. miner. 3,2,5 p. 81[a],28 ligna viridia ad lapidem aeris apodiata ... cremabantur. miss. 2,7,6 p. 55[a],27 liber ab omnium manibus -tus. *al. medial.:* COSMAS chron. 2,10 p. 96,23 alii stant -ti arboribus. FUND. Sletst. (MGScript. XV p. 999,35) ad hostium monasterii -tam *sanctam Fidem.* CHRON. Albr. a. 1197 p. 874,33 corruit ... de fenestra ..., ubi incaute fuit -tus. ALBERT. M. animal. 2,15 -tus parieti ... dormit *elephas. al. v. et l. 70. p. 803,1. refl.:* COSMAS chron. 2,49 -ans se mense. ROGER. SALERN. chirurg. 3,355 ne infirmus supra illud *(bracchium)* se -et. FRID. II. IMP. art. ven. 2 p. 232,20 -at se *falco* super manum cum cauda sua. ALBERT. M. miss. 2,7,6 p. 55[a],30 si diaconus se in eam *(crucem)* -at manu. *al. v. et l. 67.69.72. p. 803,5.9.* 2 *in imag.:* WOLBERO cant. 3 p. 1141[B] ad internae refectionis epulas quasi fatigatam ignorantia mentem -at. CAES. HEIST. hom. IV p. 77[a] paxilli validi iustorum sunt exempla, in quibus se apodiare debet infirmitas nostra. 3 *spec.:* a *archit.:* RUD. TRUD. gest. 9,33 columnam ... -antem se super ... trabem. CHART. Carinth. V 127 que *(domus)* ... ad murum civitatis -ta est. b *anat.:* FRID. II. IMP. art. ven. 1 p. 76,23 super quod *(os)* quodammodo apodiat se pollex. ALBERT. M. animal. 1,414 antequam

[Humpenderinck]

dorso -etur *vena.* **B** *intrans. i. q. inniti – sich anlehnen, stützen:* NIVARD. Ysengr. 6,100 posti ... retrorsum -at *lupus.* GESTA Halb. p. 112,26 -ans ad cancellos. CAES. HEIST. mirac. I 5,5 p. 282,13 cui *(formae)* idem novicius ⟨se⟩ *(add. ed., vix recte)* apodiabat.

II *translate:* **A** *in re nautica i. q. (navem) applicare – landen:* WILBR. OLD. peregr. 1,19,5 in portum ... -verunt. **B** *iur. i. q. tradere – übereignen:* CHART. Laus. 579 (a. 1215) nec potest aliqua persona illius loci se vel locum dare vel sociare vel -are alicui loco vel personae.

appodix *f.* (*cf.* appendix, podex) *script.* apo-: *l. 16.* **1** *socia – Gefährtin:* ABBO SANGERM. bell. 3,70 aporiam ... patiaris, ut acam atervam -x (gloss.: socia; *cf. ThLL. II 277,35 s. v.* appendix) tua mens sibi congerat eius. **2** *meretrix – Dirne:* VITA Conw. I 1,10 (MGScript. XV p. 456,40) reperit eum una apodix, id est meretrix.

appolus *v.* apalus.

***appondero,** -avi, -are. *script.* apo-: *l. 23.* **1** *(aequo pondere) compensare, expendere – aufwiegen:* COSMAS chron. 2,5 p. 90,15 dux Mesco ter semetipsum hoc -arat auro. **2** *(elevatione) secundum pondus aestimare – (durch Anheben) im Gewicht abschätzen:* ANNAL. Prag. III a. 1279 p. 198,38 rapuerunt scrinia aponderantes cistas graviores. **3** *pondus habere, pendere – Gewicht haben, wiegen:* COSMAS chron. 2,5 p. 90,22 (vs.) ter centum libras -at hoc opus auri. *Humperdinck*

appono (adp-), -posui, -positum, -ere. *script.:* adp-: *rarescit in schedulis nostris a. s. IX.* amp-: *p. 806,16.* abp-: *p. 804,58.* apo-: *p. 804,10.46.*

I *proprie:* **A** *iuxtaponere, collocare, (figendo vel ponendo) addere – an-, hin-, dazulegen, auf-, hinstellen, an-, hinzufügen:* **1** *gener.:* WALAHFR. hort. 113 -tas ... furcas. VITA Corb. 35 *sanctus* feretro ad-tus (superposito ARBBO Corb. 35). UFFING. Ida 1,20 medicanti tumbae -tus *contractus.* LAMB. HERSF. annal. a. 1071 p. 126,6 ossa beati Remacli ... super mensam ... -unt. a. 1076 p. 256,3 -tus extra domum spiculator confodit eum *(ducem).* CONR. SCHIR. annal. a. 1225 abbas ... signum crucis cruci -ens. CHART. Rhen. med. III 667 plantulas inserendo ac fimum necessarium -endo. FRID. II. IMP. art. ven. 2 p. 204,29 prius -at tiratorium in pedibus falconis. *al.* *c. sensu circumligandi:* OTTO FRISING. gest. 2,40 p. 149,23 funibus cervicibus singulorum -tis. *(mortuos) deponere – beisetzen:* RUD. FULD. mirac. 8 *corpus* in arca ... condidit cineresque sanctorum martyrum ... pariter ad-uit. GESTA Camer. 1,88 *Ansbertus* ad patres ... suos -tus (*cf.* OTTO FRISING. gest. 1,15 patribus). *al.* **2** *spec.:* **a** *iur.:* CHART. Solod. 254 (a. 1202) sigillum ... ecclesiae volumus -i (CHART. Friburg. 42. CHART. Gosl. II 28 p. 127,41. *al.*). **b** *math. de abaco:* Ps. BOETH. geom. p. 400,14 primis articulis dividendo vel secundatis -tis. **c** *archit. i. q. astruere – anbauen:* BEDA hist. eccl. 3,17 p. 160,28 destina in munimentum est parietis ... forinsecus ad-ta. *ibid. al.* ANNAL. Quedl. a. 997 p. 74,10 aedificium -ere curavit. **d** *techn. i. q. affigere – anbringen:* THEOPH. sched. 3,30 aures calici -ere. 3,84 p. 325,8 ubi folles -i debent. *ibid. al.* **e** *anat. usu mediali i. q. adiacere – anliegen:* ALBERT. M. animal. 1,473 quod -untur ei *(panniculo ventris)* ibi venae et arteriae. **B** *admovere – heranbringen, anlegen:* BEDA temp. rat. 1,50 laevam medio pectoris supinam -es. ANON. geom. I 3,16 oculo humi -to. WALTH. SPIR. Christoph. II 2,48 -ta ... marra. UNIBOS 103,1 (ed. K. Langosch, Waltharius, Ruodlieb, Märchenepen. p. 276) -it ori bucinam. CHART. archiep. Magd. 368 qui cum manus -ret et ... edificia ampliare vellet. CHART. Port. 19 p. 34,4 ut ... nullus ... ignem -ere ... audeat. *saepe.* *de personis usu mediali i. q. convenire – zusammenkommen:* BRUNO QUERF. Adalb. A 5 -untur (ad unum *add. B*) pedagogus et herus legere. **C** *imponere – auflegen, aufsetzen:* **1** *gener.:* VITA Corb. 10 ad-tam super se sagmam ... ursus ... sagmam usque ad Romam perduxit. **2** *spec.:* **a** *iur. (liturg.: p. 804,1sq.) de impositione manus:* TRAD. Ratisb. 190 p. 142,9 (a. 901) Urolfo ... manum in rebus sororis -ente. LAMB. WAT. annal. a. 1116 quae *(personae)* mihi *(sc. clerico)* manus -uerunt. TRAD. Salem. p. 108,1 proles ... donationi manus -uit (CHART. Brixin. 209). *al.* **b** *archit.:* VITA Richardi 7 ecclesiae culmen -uit. CHART. Laus. 363 aquisitionem ... cum edificio ibidem -turo. **c** *medic.:* BEDA hist. eccl. 4,30 p. 279,27 ad-tis pigmentorum fomentis. ODO MAGD. herb. 1067 -to ... medicamine. **d** *techn. i. q. inducere – auftragen:* HERACLIUS I 16,5 hoc *(fel)* eque ... -atur ubique (16,6). **D** *(cibos sim.) ministrare – vorsetzen, auftragen:* ORDO iud. Dei A 30ᵇ p. 633,40 aponatur ei panis et caseus. WALTHARIUS 440 hos *(pisces)* dum ... -uisset regi. THIETM. chron. 8,15 p. 512,8 de -ta mihi testa aliquid manducare. CHART. Friburg. 185 p. 157,18 quale *(vinum)* in mensa ... fratribus -etur. *saepe.* *absol.:* EKKEH. IV. cas. 18 per presbyteros -itur episcopo. *remissius:* CARM. Bur. B 77,30,4 cuncte ... delicie simul -untur. *de mensa i. q. parare – herrichten:* ARBBO Corb. 26 sibi ad-tam mensam. HROTSV. Pafn. 452 -tae ... fercula mensae. *al.* **E** *induere – anziehen:* GERH. AUGUST. Udalr. I 3 p. 390,38 cuti ... laneum -ens vestimentum. BURCH. URSB. chron. p. 40,13 mantum ei ad-uit. **F** **1** *de ludo i. q. in medium (con)ferre – (ein)setzen:* CAES. HEIST. mirac. I 5,34 p. 318,16 *diabolus* denarios liberaliter -uit, tesseres iactavit. **2** *componere – zahlen:* LEX Baiuv. 5,7 cum VI sol(i)d(is) conponat (adponatur, apponatur *var. l.*). **G** *admiscere – beimischen:* MAPPAE CLAVIC. 95 -e gluten eri. THEOPH. sched. 1,1 plus -e albi. *medial. i. q. affluere – zufließen:* BERTH. RATISB. serm. 7 p. 40,20 *(in imag.)* -untur eis aquae.

II *translate:* **A** **1** *adiungere – hinzufügen:* **a** *gener.:* ALCUIN. epist. 172 p. 285,13 Beselel ... de paternis versibus ad-ere poterit. HUCBALD. harm. inst. p. 112ᵇ una voce -ta. RUD. TRUD. (?) mus. 1,19 initia ... inregulariter cantui -ta. OTTO FRISING. chron. 3,18 p. 157,12 cum Iudei ... peccatum peccato -uissent. *saepe.* *seq.* quod: EPIST. var. II suppl. 11 diabolus ... resistebat angelo -ens, quod *eqs. al.* *absol.:* HUNALD. carm. 28 (MG Lib. Lit. III p. 721) *rex* legibus -it. *ascribere – hinzuschreiben:* AGIUS comput. 6,9 his tribus -tis annis. ANON. ad Ragimb. p. 536,1 quem *(pedem)* superioribus -tum. OTTO FRISING. gest. 2,25 p. 129,23 linea recta curvo parieti -ta (opposita *A*). STATUT. ord. Teut. p. 102,2 cum superscripcione -ta. *al.* **b** *spec.:* **α** *iur.:* ECBASIS capt. 1105 testibus -tis. CHART. archiep. Magd. 362 auctoritatem privilegii nostri -imus. CHART. march. Misn. III 405 ne quis contra hec ... venire presumat, vite et rerum -imus condempnationem. CHART. Raitenh. 325 p. 262,24 tali aposita paccione. *al.* *seq.* quod: CHART. Sangall. B 244 p. 202ᵇ,37 (a. 1209) est ... sub conditione -tum, quod *eqs.* **β** *gramm.:* GODESC. SAXO gramm. 2 p. 456,18 praepositiones, quando nominibus -untur, gravantur. **γ** *math. i. q. adnumerare – zuzählen:* BEDA temp. rat. 65,10 -tis ... bissextis. RHYTHM. 113,5,3 praesens anni -atur ibidem indictio. HROTSV. Abr. 1,4 si unius rotatus mansurni -retur. ANON. algor. Salem. p. 5,3 si vis probare ..., deme, quod -uisse scis te. *saepe.* **2** *associare – zugesellen:* VITA Bard. 2 p. 323,39 scolaribus alis -tus. *refl.:* ADALB. MAGD. chron. a. 954 p. 168,14 ipse se ... secundum *inimicum* -uit. **3** *augmentare – erweitern:* CHART. Bund. 1075 p. 37,16 (a. 1277) si necesse habent *ista statuta* renovari, meliorari, abponi vel minui in aliqua clausula. **4** *adnectere – angliedern:* OTTO FRISING. gest. 2,30 p. 137,33 si ... principes ... urbem cum Italia ... Francorum ... -uerint terminis. **B** **1** *advertere – hingeben, -wenden:* NOTKER. BALB. gest. 1,29 cor *divitiis (cf. Vulg. psalm. 61,11).* ANNAL. Ved. a. 885 p. 58,27 ingenium suum -unt ad captionem civitatis. CHART. eccl. Halb. I 24 p. 24,26 universis huic pagine animum -entibus. *al.* *seq.* quatenus: CHART. Hall. I 99 p. 103,27 (a. 1185) -ui animum, quatenus *eqs.* **2** *ad effectum adducere – zur Ausführung veranlassen:* LAMB. TUIT. Herib. 2,26 pertinaci infidelitate *vir* non -itur et rustico corde. **3** *convertere – bekehren:* HERBORD. Ott. 2,5 p. 727,16 reliquos de gente perfida ... fidei christianae -ere. 2,37 p. 744,31 tota civitas ... -ta est ad Dominum. **4** *adhibere – anwenden:* LEG. Wisig. suppl. p. 482,34

[Baader]

pro quo ... extirpando scelere edictum tale in regulis -atis, ut *eqs.* HROTSV. Agn. 121 -unt variis aptas morbis medicinas. LAMB. LEOD. Matth. IV 2 p. 8[D] quidquid a physicis ad-tum est. CHART. Pruss. I 289 ut ... salubre consilium -atur. **5** *commendare – anvertrauen:* **a** *gener.:* ANNALISTA Saxo a. 1074 p. 702,7 hunc *(Gregorium VII.)* litteris erudiendum -uit. CHART. Worm. 293,4 pueri pauperum, quos de novo -ent scolis. *al. seq.* ut: TRAD. Lunaelac. 34 (s. IX.[ex.]) cogitacioni ... -ere, ut *eqs. refl. i. q. se accommodare – sich anpassen:* GESTA Camer. cont. II G 1,2 p. 247 his scriptis nostra subdimus et stilo nos -imus. **b** *mus. i. q. adaptare – zuordnen:* HUCBALD. harm. inst. p. 117[a],33 *notae musicae* unicuique chordarum -tae. EBERH. FRISING. fist. p. 279[a] quot choros fistularum musici solent ipsi organico instrumento -ere. **6** *tribuere – verleihen:* **a** *gener.:* CHART. episc. Halb. 56 p. 42,15 (epist. a. 984/96) quidquid superna manus nostre humilitati aut digito introsus depinxit aut transitorie extrinsecus -uit. EGBERT. fec. rat. 1,429 quem Deus -it, lętus servabis honorem. **b** *iur. i. q. conferre, tradere – zuwenden, übereignen:* DIPL. Karoli III. 188 p. 316,20 (spur. c. 886) quod *(beneficium)* ... abbatiae per cartae scriptum ad-uit. CHART. Pomm. B 889 p. 217,6 civitati ... addidit, adiecit et -uit silvam Submerio. *al.* **C 1** *irrogare – auferlegen:* **a** *gener.:* HROTSV. Pafn. 1,13 tanto difficiliora nobis non desinis *(sc. magister)* -ere. **b** *iur. i. q. praecipere, constituere – auftragen, festsetzen:* BURCH. URSB. chron. p. 94,2 quatenus ... in prediis ... -ret annuum. *c. inf.:* CHART. Carinth. V 70 (a. 1271) uxori ... -uit legare denariorum marcas ... usualis monete. **2** *instituere – einsetzen:* CARM. Cantabr. 13,3[a],2 duces gentis -uisti *(sc. Christus).* VITA Burch. Worm. 17 -to gubernatore. BERTH. (?) annal. a. 1077 p. 301,29 Heinricum ... patriarcham ... qualitercumque -uit. a. 1078 p. 310,10 qui *(episcopus)* a rege ... episcopio non canonice -tus sit. *c. sensu illegitime opponendi:* BERTH. (?) annal. a. 1075 p. 280,4 cui *(Annoni)* ... Hildulfus ... -tus et ... substitutus est. a. 1079 p. 317,35 cui *(abbati)* rex ... antiabbatem ... -uerat. *ibid. al.* **3** *exsequi – vollziehen:* HROTSV. Gong. 422 loetali poena ocius -ta. **4** *tendere – stellen:* WIPO gest. 18 p. 38,5 insidias sibi ... omnibus modis -uit. **D** *afferre – anführen: c. interr. indir.:* FORM. Senon. I 20 p. 194,8 ipse ille nullatenus potuit dicere nec ad-ere ..., per quid *eqs. seq.* quod: CONST. II 178 (a. 1233) ut ipse *(papa)* -ret in dicto suo sive ordinamento, quod *eqs.* **E 1** *substituere – ersetzen:* FRID. II. IMP. art. ven. prol. p. 2,9 -uimus illa *verba,* que magis videbantur esse propinqua. **2** *supponere – unterschieben:* LEX Raet. Cur. 24,22 quod si ... obsetrices infantem ... ad-uerint. **F** *insuper facere, praesumere, decernere – noch dazu tun, sich unterfangen, beschließen (usus bibl.):* **1** *c. inf.:* HRABAN. epist. 21 p. 427,4 -ui ... solatium tuae ... impendere sollertiae. HROTSV. gest. praef. 6 nec augustalis proceritatem excellentiae sine ducatu -o subire. STEPEL. Trud. 13 iterato Dominus laetificare ad-uit nos per ... virtutum suarum opera. LEO MARS. chron. 2,75 ut ... *Normanni* neque praedationis gratia venire in hanc terram -rent (praesumerent *var. l.*). ALBERT. AQUENS. hist. 6,15 -uerunt ... instrumenta quatuordecim mangenarum erigere. CHART. Altenberg. 277 p. 193,36 quod neque nos neque posteri ... -emus in ... silvam ... invadere. *saepe.* **2** *seq.* ut: HIST. Franc. Sen. (MGScript. IX p. 367,34) non -uit ultra Otto rex, ut veniret ... in Frantiam. GESTA Lob. 3. **G** *proponere, respicere – vor Augen stellen, berücksichtigen:* DIPL. Karoli M. 226 p. 305,30 (spur. s. X.[ex.]) si ... beneficium ... necessitates ecclesiasticas -entes ad petitionem sacerdotum nostrorum relevamus. WIPO gest. prol. p. 4,22 cum ... posteris ... bene vivendi -ta sit forma. **H 1** *obicere – entgegenhalten:* LEX Baiuv. 12,4 nec contra signa evidentia ullum longe possessionis tempus opponit (apponat, apponis *var. l.*). **2** *refl. i. q. se opponere – sich entgegenstellen:* CHART. Turic. XIII 387 p. 25,5 (privil. papae a. 1218) electioni *abbatissae moniales* ... se -ere curaverunt. *v. et l.35sq.*

adi. **appositus,** -a, -um. **1** *adiacens, vicinus – anliegend, benachbart:* EINH. Karol. 15 p. 18,18 Pannoniam et ad-am in altera Danubii ripa Daciam. HROTSV. Mar. 819 urbibus -is. **2** *amice consociatus – freundschaftlich verbunden:* HELM. chron. 25 p. 47,20 *Butue* -us ... populo Saxonum ... provinciam involvet doloribus. **3** *adhibitus – beigezogen:* GREG. CAT. chron. II p. 232,19 ut per -am personam ipsum faceret sacramentum. **4** *mus.:* **a** *iuxtapositus – danebengesetzt:* GUIDO ARET. micr. 16,16 -us *motus,* id est, cum in eadem voce unius motus finis erit alteriusque principium. 16,22 *voces* -ae. *al.* **b** *eadem voce (ut sequens antiphona) finiens – in gleicher Tonhöhe (wie die folgende Antiphon) schließend:* GUIDO ARET. form. praef. 6 vox autem fit prepositа, -a et supposita. *v. et* appositivus. **5** *adversarius, oppositus – gegnerisch:* TRAD. Frising. 17 (a. 762) si ... quis -a persona contra hanc donationem venire temptaverit (112. FORM. Augiens. B 18 [*ex* FORM. Marculfi 2,32 opposita p.]. 41 amposita p. CHART. Rhen. inf. I 11 ad-a p. CHART. Old. V 8 p. 11,32. DIPL. Otton. I. 121).

subst. **1. appositus,** -i *m.* **1** *qui institutus est – ein Eingesetzter:* BENNO OSN. ad Sigew. (MGScript. XXX p. 883,27) depositus -o, eiectus electo salutem. *qui intrusus est – ein widerrechtlich Eingesetzter, ein Aufgedrungener:* BERTH. (?) annal. a. 1071 Karlomannus, Constantiniensis ille -us (COD. Udalr. 37 p. 73,20). a. 1078 p. 313,47 Hildulfus, symoniacus ille Coloniensis -us. **2** *mus. i. q. appositio – Anschluß:* ARIBO FRISING. mus. p. 52 diatesserontice ... ascendit -us ...; diapenticus -us. *ibid. al.*

2. appositum, -i *n.* **1** *terra adiacens, vicinitas – angrenzendes Gebiet, Nachbarschaft:* CHART. Mar. Magd. 58 (a. 1173/84) litus in -o molendini Rodenburg. **2** *quod ministratum est – das Aufgetragene:* GERH. AUGUST. Udalr. I 4 p. 391,18 -a cum gaudio sumpsit.

adv. **apposite.** *apte, congrue – geeignet, angemessen:* RADBERT. Arsen. 1,21 p. 51,4 -e ad curandum peccati vulnera medici ... officia peregit *abbas.* WOLBERO cant. 2 p. 1104[B] quorum *(oratorum)* est dicere -e ad persuadendum. BALDER. Alber. 22 Baldricum ... sepe -ę perorantem.

apporior *v.* aporior.

apportatio, -onis *f. allatio – Überführung:* CONO LAUS. notae p. 785,9 ea die in ipsa -e *reliquiarum beatae Mariae* venit ... puellula.

***apportator** (apo-), -oris *m. allator – Überbringer:* INVENT. sang. dom. (MGScript. XV p. 921,41) quis -r esset huc in nostram patriam tanti thesauri. CHART. Turic. XIII 1609[a] presencium *reliquiarum* exhibitor et apo-r.

***apportatura** (apo-), -ae *f. census (pro vectura solvendus) – (Fuhrleistungs-)Ablöse:* CHART. Tirol. 672 p. 127,42 (a. 1215/18) servit ... pro apo-a in nativitate VIII galvaias frumenti. p. 128,12.

***apportatus** (adp-, apo-), -us *m. census (pro vectura solvendus) – (Fuhrleistungs-)Ablöse:* CHART. Tirol. 515 (c. 1200) -um sancti Vigilii (COD. Wang. Trident. 286 p. 509,22 -um s. V., qui est vacca una *eqs.*). 672 p. 127,22 percipit ... pro apo-u VI panes et II carnes. p. 128,3 solvit ... in nativitate apo-um VI panes et III carnes. p. 128,29 servit ... ad-um et steuram. p. 128,39 in -um IIII galvaias. p. 129,3 duos alios apo-us. *saepe in hac regione.*

apporto (adp-, apo-), -avi, -atum, -are. **1** *proprie i. q. afferre, adducere – heranbringen, -führen:* WETT. Gall. 11 ad-tum rete. NOTKER. BALB. gest. 1,16 p. 20,3 murem ... episcopo venalem ad-vit. THIETM. chron. 6,14 igne iam ad-to. WIPO gest. 39 p. 59,15 crucem sanctam ... -ari fecerat. ALBERT. M. animal. 1,523 sanguinem, quem ad-ant *venae. saepe. c. sensu solvendi:* CHART. ord. Teut. (Hass.) 49 (a. 1235) censum ... ad ... cenobium ... apo-vi (CHART. Tirol. notar. I 415 p. 194,13). *c. sensu perferendi:* DIPL. Conr. II. 144 Manigoldus ... nostrae ad-vit presentiae preceptum. CHART. Bund. 1067 -ta est indulgentia de peractione officii corporis Christi. **2** *translate:* **a** *nuntiare – melden:* BERTH. (?) annal. a. 1079 p. 322,40 oboedientiam ... ex parte Heinrici pseudolegatus -vit. OTTO FRISING. gest. 1,8 p. 25,15 nuncius aliqua tristia ipsi -ans. *al.* **b** *tradere – übereignen:* LEX Ribv. 50,1 facultatem suam ... cuicumquelibet ...

adoptare (adportare *var. l.*) n hereditate vel adfatimi⟨re⟩.

***apportus** *vel* **-um** (apo-), -i *m. (n.)* (apportare) *census (pro vectura solvendus) – (Fuhrleistungs-)Ablöse:* CHART. Tirol. 672 p. 128,16 (a. 1215/18) solvere aportum et steuram (p. 128,34). p. 129,15 solvit ... in aporto VI panes et II carnes. p. 132,40 II predia solvunt IIII libras cum bono aporto.

apposco (adp-), -ere. *poscere – fordern:* VITA Serv. 12 p. 38,5 ad-unt voce unanimi Servatium legationi.

appositio (adp-, -cio), -onis *f. script.* apo-: *l. 58. plur.: l. 39.64.67sqq.72.*

I *de actione:* **A** *proprie:* **1** *actio (corporaliter) addendi – das Hinzufügen, -tun:* **a** *natur.:* ALBERT. M. animal. 15,124 postquam *animalia anulosa* mutata sunt ex ovis venti per solam masculini spermatis -em. **b** *iur.:* TRAD. Teg. 315^{b} (a. 1163) paginam ... sigilli nostri -e confirmari (CHART. Berg. Magd. 101 p. 75,16. *al.*). **2** *impositio – das Auflegen:* **a** *iur. de manu imponenda:* DIPL. Otton. III. 60 *donationis concessionem* manus ... proprię -e ... notamus. DIPL. Heinr. III. 408 (spur. s. XII.) contradendo manus -e hanc donationem confirmantibus Beatrice ... filioque. CHART. Eberb. 83 p. 160,17 qui ipsum factum per -em manuum confirmarunt. **b** *medic.:* BEDA hist. eccl. 4,32 p. 280,20 tumorem ... horum *(capillorum sancti)* ad-e conprimere ... curabat. ALBERT. M. animal. 22,85 propter ferri super iuncturas -em. WILH. SALIC. chirurg. 1,21 p. 310^{E} emplastri. **c** *techn. i. q. inductio – das Auftragen:* GUNTH. PAR. (?) orat. 2,2 p. 121^{D} lineamenta pictoris ante coloris -em. **3** *de cibis i. q. ministratio – das Auftragen, Vorsetzen:* WILH. HIRS. const. 2,57 p. 1125^{B} cum huiusmodi -o incipitur. *de cibatione falconum:* FRID. II. IMP. art. ven. 2 p. 144,10 -o crudi. 3 p. 48,29 sine -e carnium. **4** *actio induendi – das Anlegen:* HUGO FLAV. chron. 2 p. 498,16 -o sacrarum vestium. **5** *admixtio – das Beimischen:* MATTH. PLATEAR. gloss. p. 368^{B} opium *ponitur in aurea* propter modicam similium -em. **B** *translate:* **1** *adiunctio – Zufügung:* **a** *gener.:* RUD. TRUD. (?) mus. 1,19 p. 43 quae *(cantiones)* carent psalmorum ... -bus. TRACT. de schism. (MG Lib. Lit. III p. 127,13) canonice scripture pessimam mendacii -cionem faciunt. ANON. mus. Sowa 2^{b} p. 98,4 per discantus -em. *ascriptio – das Hinzuschreiben:* MUS. ENCHIR. 8 p. 157^{b} notarum -e per syllabas. **b** *spec.:* α *iur.:* CHART. Tirol. 1102 p. 146,23 (a. 1239) ea ... corroborari cum testium -e. β *gramm.:* ALBERT. M. eth. 7,1,3 p. 470^{b},44 incontinens *est*, hoc est sine -e determinationis (*p. 1046^{b},19* ὁ ἁπλῶς ἀκρατής). herm. 1,2,5 p. 394^{b},17 per -em negationis. **2** *auctio – Vermehrung:* GESTA Lob. 7 p. 312,15 ad hanc ... -em *(sc. canonicorum)* perficiendam. **3** *adversio – das Hinwenden:* RUP. TUIT. medit. 1,9 p. 366^{A} *locus scripturae* -em significat sensuum ad meditandum tantae rei negotium. **4** *adhibitio – Hinzuziehung:* URBAN. IV. registr. 632 p. 625,2 nostri *(sc. papae)* -e consilii. **5** *medic. i. q. accessio – Anfall:* AESCULAPIUS 20 p. 26,39 aliquibus ... contingit circa initium -is, ut tumidi fiant.

II *de statu:* **A** *positio, exsistentia – Lage, Vorhandensein:* **1** *gener.:* CHRON. Ven. Alt. p. 64,2 tam mirabilis aque apo-em vidit *Narses* (*cf.* p. 63,2. 80,7). IOH. WIRZ. descr. 16 p. 164,20 locus ... publico usu discretus sine ecclesiae -e venerabilis. **2** *anat.:* ALBERT. M. animal. 1,120 -o ... additamentorum in quibusdam *(ossibus)* est, ut sint armata. **B** *ferculum – Gericht:* GERH. AUGUST. Udalr. I 3 p. 390,1 prima -o panum atque ciborum. SALIMB. chron. p. 218,16 XII ferculorum diversitates, id est ciborum -es sive varietates. *ibid. al.* **C** *additamentum – Zutat, Zusatz:* **1** *gener.:* WALAHFR. exord. 23 p. 502,11 sequitur *canonem* oratio dominica cum -bus congruis. HILDEG. scivias 3,3 p. 591^{D} spectaculum hoc cum -bus suis demonstrat. ARNO REICHERSB. apol. p. 131,34 *anima* nec paulatim -bus completa, figurata, sed subito perfecta. LUDOLF. summ. 2,1 p. 361,29sq. debemus eum aliquo honoris titulo honorare vel laudis -cione ...; oportet ... -ciones has accipi a persona. p. 362,8 hoc solet fieri per hanc -cionem 'Dei gracia'. ALBERT. M. cael. hier. 15,7 p. 426^{b},31 purum ab -e eorum, quae sunt extra (*PG 3,332^{D}* καθαρεῦον τῆς τῶν ἐκτὸς προσθήκης). **2** *spec.:* **a** *gramm. i. q. iuxtapositum est – Beifügung:* ALCUIN. epist. 162 p. 262,4 'spicio' multas in compositione recipit praepositiones et nullam in-e. GODESC. SAXO gramm. 1 p. 401,10 praepositiones eidem *(adverbio)* in -e copulentur ... ut 'ab intus'. p. 417,27 'epithema' superpositio vel -o. 2 p. 466,19 significat 'con' in compositione, quod 'cum' significat in -e. **b** *philos. i. q. accidens – Akzidens:* ALBERT. M. metaph. 7,1,10 p. 423^{b},31 nec unquam possunt *definientia* per aliquam -em vel determinationem ita separari. **c** *medic. i. q. tumor – Schwellung:* IOH. IAMAT. chirurg. 8,14 venarum ad anum terminantium fiunt... -es.

appositivus, -a, -um. *script.* -bus: *l. 27.*

1 *gramm. i. q. more epitheti usurpatus – appositionell:* ALBERT. M. summ. theol. I 13,51 p. 529^{b},5sq. nec construitur cum hoc nomine *(sc. 'alium')* 'Deum' ut adiectivum cum substantivo, sed cum eo habet -am constructionem vel quasi -am, ut sit sensus 'genuit alium Deum', hoc est 'alium, qui est Deus' (p. 529^{b},26. *cf.* sent. 1,4,5 p. 162^{b},9.13). **2** *mus. i. q. eadem voce (ut sequens antiphona) finiens – in gleicher Tonhöhe (wie die folgende Antiphon) schließend:* GUIDO ARET. form. 1 -e ... *formulae* sunt, que in eadem voce quam formula finitur, antiphone principium ponitur. *v. et* appositus *p. 806,9sqq.* **3** *suppositicius – untergeschoben:* LEX Raet. Cur. 24,22 ut ipse infans adulter non sit nec ad-bus.

adv. ***appositive.** *gramm. i. q. more epitheti – appositionell:* ALBERT. M. sent. 1,4,5 p. 163^{b},10 -e vel quasi -e construitur *'alium' (cf. supra l. 17sqq.).*

appositor, -oris *m.* **1** *in imag. i. q. ministrator (ciborum) – einer der (Speisen) aufträgt, vorsetzt:* ACTA imp. Winkelm. II 1025 p. 686,38 (a. 1236) pape ... dispensationis contrarie mensa preponitur, cui -es fel ministrant et mortem. **2** *translate i. q. augmentator – Vermehrer:* HIER. MOR. mus. 12 p. 53,4 noluerunt -es plures litteras ad opus musicae quam septem assumere.

appositus, *abl.* -u *m. medic. i. q. impositio – das Auflegen:* ODO MAGD. herb. 603 -u potuque ... *nepeta* menstrua purgat. Ps. ODO MAGD. herb. 26 *folia agrimoniae* -u ... suo cancromata vulnera sanant. *al.*

***apposta,** -ae *f.* (apponere) *destina – Stützpfeiler:* BEDA hist. eccl. 3,17$^{capit.}$ ut -a (*syn.* destina) ecclesiae ... flammis absumi nequiverit.

1. *apposto, -are. (*ital.* appostare; *cf.* apponere) *attribuere – zuweisen:* FRID. II. IMP. art. ven. 6 p. 214,12 dicere de loco convenienti falconi, -ando locum suo modo falconis. p. 214,31 ut ... -emus loca, secundum quod convenit cuique.

2. apposto *v.* apostato.

***appotiatus,** -a, -um. (ad *et* potio) *(potione) venenatus – (durch Trank) vergiftet:* ARNOLD. LUB. chron. 1,2 p. 117,18 rex veneno interiit, -tus ... a fratre suo. *Baader*

***appraedor** (adpre-), -ari. *despoliare, depraedari – ausrauben, plündern:* PRUD. TREC. annal. a. 849 p. 37,11 Mauri ... civitatem adpredantes (depredantes *vel* adprehendentes *ci. Pertz*) ... maritima omnia ... devastant.

appraehendo *v.* apprehendo.

***appraeparo,** -atum, -are. *apparare – (zu)bereiten:* Ps. PLATO quart. 2 p. 108,37 in eo, quod -tum est ei ex figura.

***appraesento** (adp-, -pres-), -avi, -atum, -are. *script.* apr-: *l. 71. p. 809,9.*

1 *obi. anim. i. q. adducere, producere, repraesentare – herbei-, vorführen, vorstellen:* **a** *gener.:* COD. Karol. 91 p. 628,10 Erminbertus episcopus ... nostris ... adpresentatus apostolicis aspectibus. **b** *iur.:* DIPL. Heinr. II. 507^{a} p. 649,40 fideles ... adquirant et ad predictam poenam presentibus nunciis utrorumque abbatum adpresentent *reum.* *refl. i. q. (in iudicio) apparere – (vor Gericht) erscheinen:* DIPL. Karoli M. 216 ut infra noctis XLII ante nos sibi ad-are debuisset *homo* pro aliquas causas in racionis. CHART. Ital. Ficker 55 p. 80,32sq. nullus se ibi se minime apresentavi (*i.* -vit), qui ipsis rebus aiere aut causare voluisset, nisi se apre-

[Sroder]

sentavit Bulgarello (*sim.* DIPL. Conr. II. 258 p. 357,9. CHART. Ital. Ficker 72 p. 99,16).

2 *obi. res i. q. ostendere, proferre – (vor)zeigen, darreichen:* **a** *gener.:* GESTA Dagob. 14 p. 405,3 cum ... regi abscisam particulam de capite filii sui ad-asset *armiger.* EPIST. var. II 18 litteras ... magnitudini vestrae. **b** *iur.:* DIPL. Karoli M. 138 advocatus ... suam noticiam ... ante nos legibus optulit vel adpresentavit ad relegendum. CHART. Ital. Ficker 231 p. 281,20 (a. 1210) Marchabrunus apresentavit et dare voluit Armanno ... unum breve sigillatum. 270 p. 312,13 litteras ... regis.

***appraesto** (-prest-), -itum, -are. (ad *et* praestare; *cf. francog. vet.* aprester) *script.* apr-: *l. 21.*

1 *proprie i. q. offerre – (dar)bringen:* CHART. Turic. XIII 1710[a] (a. 1278) ut ... luminaria altaribus apprestentur.

2 *translate i. q. concedere, praestare – zugestehen, gewähren:* FOLCUIN. Bert. 1,47 p. 66,17 (chart. a. 800) appresto *(fort. -⟨it⟩o leg., ni subest* praesto *adv.)* beneficio vestro. 1,50 p. 69,1 benivolentia vestra habuit pietas -tum beneficium tam mihi quam et infantibus meis. CHART. Osn. II 364 p. 285,7 (a. 1237) viri ... contra delinquentem auxilium aprestabunt.

apprecio *v.* appretio.

apprehendo (adp-), -hendi, -hensum, -ere. *script.:* adp- *(cf. p. 810,44sq.): praevalet in schedulis nostris s. VII./IX., rarescit a s. X.* apr-: *l. 63. p. 810,9.* -praeh-: *l. 38sq. 48. p. 810,2 sq. 5. 28. 31.* -preen-: *p. 810,9. 16. 32.* -hin-: *p. 810,4sq.* -prind-: *p. 810,7. form.: inf.* -ire: *p. 810,5. perf.* -diderunt: *l. 50.*

I *proprie i. q. capessere, accipere, amplecti – ergreifen, erfassen, umfassen:* **A** *strictius:* **1** *gener.:* **a** *obi. res:* THEOD. TREV. mirac. Celsi 14 stipham lectuli -it *nonna paralytica.* ARNOLD. LUB. chron. 7,19 p. 249,27 strepam ipsius *(papae)* devote -it *imperator. al.* **b** *obi. anim. vel partes corporis:* BEDA hist. eccl. 5,2 p. 284,1 ad-ens eum *(pauperem)* de mento. WETT. Gall. 5 ad-sa manu eius. WIPO gest. 5 p. 27,3 quem *(expulsum)* rex per brachium -ens ... attraxit usque ad solium. *al.* **c** *sensu violentiae i. q. arripere – pakken:* CHRON. Fred. 2,57 p. 81,19 adpraehendit *leo* cornum *cervi.* LEX Alam. 78,6 si ipse canis eum per vestimentum adpraehenderit. OTTO FRISING. gest. 1,47 p. 67,6 ubi natantes -issent *natandi indocti. al.* **c** *absol.:* ALBERT. M. animal. 1,486 digitos ad fortiter -endum. **2** *spec.:* **a** *natur.:* ALBERT. M. meteor. 4,2,9 p. 761[b],17 humidum ... fortiter -sum est a sicco. animal. 20,54 aqua -it aerem et tenet et -itur et tenetur ab eo. **b** *iur. et canon. de actione sollemni (de investitura cf. H. v. Voltelini, Südtiroler Notariats-Imbreviaturen d. 13. Jahrh. I. 1899. p. XLIVsqq.):* **α** *obi. res:* LEX Sal. Merov. 50,3 p. 304,36 ille, cui fides facta est, ... adpraehendat festucam. TRAD. Frising. 142 ad-sum pallium altaris (274. 281). DIPL. Otton. III. 396 p. 828,41 adprehendiderunt *abbas et advocator* in manibus suis virgam et miserunt in manu supradicto Petro. GREG. CAT. chron. I p. 176,2 axem hostii de molino. II p. 24,3 presbyteri -erunt baculum et in manibus ... abbatis ... ecclesias refutarunt. **β** *obi. homines vel partes corporis:* LEX Baiuv. 17,6 ad-at (prendat *sim. var. l.*) *testis* manum proximi sui et dicat: *'eqs.'* (TRAD. Frising. 11 ad-sis manibus et elevatis filii nostri ... offeravimus filium nostrum in altarem. ARBEO Emm. 39 ad-sam ... mulieris dexteram m. ... tradidit eam ... in matrimonium. FORM. Turon. 30 p. 153,10 ad-sam m. vel arma ... iudicis ... coniuratus dixit). DIPL. Otton. II. 315 p. 372,37 -it ... episcopus suum missum ..., ut de ipsis rebus eum *(presbyterum)* investiret (DIPL. Heinr. III. 192 p. 243,11 apr-it ... cancellarium Dominicus ... misitque in manus ... abbatis *eqs.*). **c** *theol. (in imag.):* ARNO REICHERSB. apol. p. 47,22sq. homines -it *Deus,* angelos autem non -it *(cf. Vulg. Hebr. 2,16),* quos et -ere naturae ordine non potuit *(cf. infra p. 811,29).* ALBERT. M. euch. 3,1,9,2 p. 276[a],46sq. quasi duobus brachiis intellectus et affectus -amus Christum ..., sicut ipse nos ... -it et comprehendit. **B** *latius:* **1** *comprimere – (zusammen)drücken:* ALBERT. M. meteor. 4,3,7 p. 781[a],13 non omnia pulsui cedentia formantur nec -untur. 4,3,9 p. 782[b],44 spongiam. **2** *captare, deprehendere – festnehmen, fangen, aufgreifen:* CHRON. Fred. 2,57 p. 81,28 adpraehensa cum esset *vulpis* in poena. LEX Ribv. 85,2 peculium in messe adpraehenso (-sum, -hinso *var. l.*). LEX Alam. 35,1 si pater ... eum *(filium)* vicerit et adpraehendere (-ire *1*, adprehindere *8*, adprehendi *4*) potuerit. LEX Sal. Pipp. decr. Child. 3,2 (rec. D 6) ad malefactorem adprindendum. BREV. NOTIT. p. A 7 piscationem habere vel castores -ere. DIPL. Otton. I. 340 p. 465,28 apreendit meam personam et misit me in vincula. *al.* *in imag. i. q. superare – überwinden:* HUGEB. Wynneb. 7 p. 112,11 prudentiam ad-it *vir Dei* serpentis *(cf. Vulg. apoc. 20,2).* **3** *occupare, potiri – in Besitz nehmen, sich bemächtigen:* **a** *iur.:* LEG. Wisig. 4,5,4 p. 200[a],17 facultatem eius *(patris)* ... fratres ... ad-suri sunt. 8,1,4 qui domum alienam ... ad-ere, discribere aut obsignare presumserint *(cf.* DIPL. Heinr. IV. 336 p. 442,26 nec casas appreendere nec dissipare nec sigillare). CHART. Ital. Ficker 1 p. 1,22 casalem ... Liutpertus sibi -it (CONR. SCHIR. chron. 2). CHART. Turic. 199 p. 91,3 predium auferendo et filiis suis ... adprehendo *(sic).* CHART. Ital. Ficker 192,8 p. 238,44 se habere animum -endi possessionem illius *(Ansereti)* et retinendae, et sic eam possessionem recepit (417 p. 428,47 in retinendo tenutas et possessiones -sas et -endas. CHART. civ. Erf. 174 res ..., quarum p. et dominium personaliter non -isset. *al.*). CHART. Helv. arb. 123 p. 192,2 Humbertum de eisdem corporaliter investimus concedentes, ut ipse ... debeat -ere res predictas. *al.* **b** *milit.:* CHRON. Fred. 2,62 p. 88,13 ordonans *(Belisarius)* suis pueris circum adpraehendere, ubi cathedra imperiae Floriani parabatur. LIBER hist. Franc. 38 p. 308,30 civitatem. CHRON. Cas. 25 p. 487,12 possedit *Aistolfus* Romam et appraehendit Ravennam. ANNAL. Rom. p. 471,28 castella ... appreendere, depredare et incendere. *al.* **c** *de rebus adversis, diabolo c. sensu invadendi:* WETT. Gall. 4 stupor ac dementia eos ad-ant. 37 ab antiquo hoste ad-si sunt. EBO BAMB. Ott. 2,1 p. 618,21 omnis pressura et calamitas -it eos *(fratres).* CHART. archiep. Magd. 290 quem ... infirmitas ... -isset. *al.* **4** **a** *obi. res i. q. pervenire – gelangen (zu):* NOTKER. BALB. gest. 8 p. 59,4 litus Italiae. HELM. chron. 55 p. 107,25 sacerdotes ... Falderense presidium -erunt. **b** *obi. homines i. q. incidere – treffen (auf):* HELM. chron. 7 p. 18,20 Karolus ... cum grandi exercitu Northmannos iuxta Mosam fluvium -it. **5** *incendere – anzünden:* COMPOS. Luc. L 25 tolle carbones ..., ad-e illos in focario. GODESC. SAXO gramm. 2 p. 480,7sq. inter 'ad-ere' et '-ere' differentia est: 'ad-e arma' et '-e lucernam', id est accende. **6** *math. i. q. terminare – begrenzen:* PS. BOETH. geom. p. 375,12 ea, quam diametrus -it (ad-it *q*, comprehendit *m*) circumferentia.

II *translate:* **A** *concipere – (geistig) erfassen:* **1** *intellegere, cognoscere – begreifen, erkennen:* AESCULAPIUS 1 p. 1,10 unde eum *(dolorem)* -is. ALDH. epist. 1 p. 477,11 haec *(metra)* ... brevi temporis intercapidine ... -i nequaquam valebunt. **2** *comprehendere, percipere – auffassen, wahrnehmen:* ALBERT. M. incarn. 51 p. 226,82 apprehensiva *vis animae* ... -it triste. veget. 1,16 desiderium ..., quod nunquam fit in desiderante nisi prius -so desiderabili. 1,72 dixerunt plantas animas habere apprehensivas, sed non -ere. *c. sensu imaginandi:* ARNOLD. SAXO fin. 2,1 p. 49,35 accidit in coitu regis, cum ymaginatus esset in picturis monstruosum, et hoc cum -erit eius apprehensiva in commixtione seminum. **3** *discere – lernen:* COD. Karol. 41 p. 553,36 quam *(modulationem)* ab eo *(Simeone)* ad-ere ... nequiverunt *monachi.* **B** *assequi, adipisci – erlangen, erreichen:* **1** *obi. res:* THIETM. chron. 6,48 p. 334,25 *beatitudinem* -ere studeat. *mus. c. sensu ascendendi:* HIER. MOR. mus. 21 p. 160,16 si ... nusquam duplam suae finalis -it *cantus.* **2** *obi. anim. i. q. prope assequi – annähernd heranreichen:* EKKEH. IV. (?) prol. Gall. p. 1096,2 non dico eis *(Notkero et Ratperto)* se aequiperare, sed et ipsos -ere nullo quidem pacto sufficiat *aliquis.* **C** *promere – vorbringen, mitteilen:* CHRON. Ven. Alt. p. 164,4 -amus et dicamus ..., qualiter *eqs.* **D** *de tempore i. q. tenere – einnehmen:* BEDA hist. eccl. 5,21 p. 337,19

[Sroder]

etsi ... ipsum septimum *diem* ad-erit *pascha*. **E** *attinere – zugehören:* CHART. Stab. I 120 (a. 1088) si per se staret *villa* vel alias -ret *(cf. J. Balon, Ius medii aevi. II 1. 1960. p. 77)*.

apprehensibilis, -e. **1** *proprie i. qui comprimi potest, qui prementi corpori cedit – (zusammen)drückbar, elastisch:* ALBERT. M. meteor. 4,3,9 p. 782^{b},36 corpus -e. p. 783^{a},2 quaecumque ... porosa sunt ..., -ia (*p. 386^{b},7* πιεστά) sunt quemadmodum spongia. 4,3,10 p. 783^{b},47 lana, quae tractiva est et -is. *ibid. al. subst. neutr.:* ALBERT. M. meteor. 4,3,9 p. 782^{a},26 sunt ... -ia, quaecumque ... facile impelluntur in seipsa *eqs. ibid. al.* **2** *translate i. q. comprehensibilis, qui percipi potest – erfaßbar, wahrnehmbar:* ANON. tab. p. 196,31 nihil scientes et mirantur de dictis philosophorum ..., cum apud eos non sit *ars* -is. ALBERT. M. praedicab. 5,1 p. 80^{a},39 quando unum ab altero alteritate quadam cuiuscumque communiter -is accidentis differre dicitur.

apprehensio (adp-), -onis *f. script.:* apr-: *l. 40sq.* -praeh-: *l. 65. plur.: l. 59.*

I *proprie i. q. actio attingendi, accipiendi, amplectendi – das Ergreifen, Erfassen, Umfassen:* **A** *strictius:* ALBERT. M. animal. 1,288 quodlibet ... os cuiuslibet digiti est aliquantulum curvum ..., quia hoc fortem ... perficit -em et tentionem. 2,16 ista flexio *pedum* competit natationi et -i. 15,40 -o humoris a specie membri. veget. 5,98 lubrificatio ... contingit humido per -em sicci. *ibid. al. v. et infra p. 821,38. per compar.:* DAVID compos. 1,33,3 p. 45,14 ex coniectura alicuius verbi quasi ex caudae -e *(cf. Vulg. exod. 4,4). in imag. (cf. p. 809,65sqq.):* ARNO REICHERSB. apol. p. 47,27 mirabile ..., quod ... in seminis Abrahae -e a Deo factum est. ALBERT M. euch. 3,1,9,2 p. 276^{a},30 adhaesio *(sc. quando Christo incorporamur)* ... fit primo ... fortitudine -is; secundo ... glutino amoris (p. 276^{a},43). **B** *latius:* **1** *compressio – das (Zusammen-)Drücken:* ALBERT. M. meteor. 4,3,7 p. 781^{a},10 illa, *quae pulsui cedunt*, sunt, sine quibus nec formatio fit nec -o. 4,3,9 p. 782^{b},37 non impedit illa plenitudo *spongiae madefactae* -em corporis illius. **2** *captio (per vim facta) – Gefangennahme:* DIPL. Heinr. II. 303 neque aliqua superinposita ... fiat, scilicet de fodro, de ad-e hominum (*sim.* ACTA imp. Winkelm. I 33 p. 24,32). ACTA imp. Winkelm. I 217 p. 200,26 vim aut iniuriam ..., aprehensionem vel saximentum. *c. sensu invasionis:* LAND. MEDIOL. hist. II 47 in ipsa aprehensione interfecit Ottonem. ACTA imp. Winkelm. I 507 p. 420,24 venit ... comes ... furtivo ... remigio gallearum ad -em honoris nostri. **3** *iur. i. q. occupatio – Besitznahme:* DIPL. Karoli M. 306 p. 462,23 (spur. s. XII./XIII.) alodes, quos ... adquisierunt ... per scripturam donationis seu et per suam -em. *v. et* *aprisio. **b** *milit. i. q. expugnatio – Einnahme:* ALBERT. AQUENS. hist. 11,14 p. 668^{E} in prima -e civitatis.

II *translate:* **A** *comprehensio, perceptio(nis facultas) – geistiges Erfassen, Wahrnehmung(svermögen):* **1** *gener.:* GESTA crucig. Rhen. 4 p. 37,16 latitudo *maris* ... orizuntha in -e hominis equitantis intelligibilem parumper excedit. **2** *philos.:* ALBERT. M. phys. 4,3,4 p. 313^{a},35 quando non determinamus esse aliquam mutationem, sed in uno et eodem indivisibili videtur manere -o animae nostrae. veget. 1,16 neque -e aliqua videmus eas *(plantas)* res sensibiles consequi. 1,17 prima ... cognitio, quae est in animatis, est -o sensibilium. animal. 12,102 multa animalia carentia sanguine subtiliora sunt in -bus (*p. 650^{b},19* τὴν διάνοιαν) sensibilium. 21,22 aestimatio componitur ... ex -e fantasiae et appetitu desiderii. eth. 6,2,4 p. 413^{b},22 necessariorum ... comprehensio ante existimabilium est -em. ALBERT. M. (?) animal. quaest. 13,16 p. 246,76 provenit ... fletus ex -e disconvenientis. *al.* **B** *medic. i. q. epilepsia – Epilepsie:* AESCULAPIUS 3 p. 4,24 Graeci ... epilepsiam appraehensionem vocaverunt *(cf. Isid. orig. 4,7,5)*.

***apprehensivus**, -a, -um. **1** *adi.: ad comprehensionem pertinens, cognoscens, aptus ad perceptionem – auffassend, erkennend, der Wahrnehmung fähig:* ALBERT. M. incarn. 48 p. 223,48 in potentiis ... -is est recipere et non tantum recipere, sed etiam iudicare. anim. 1,2,4 p. 145^{a},16 omnem virtutem -am sive cognitivam sensum vocantes *antiqui.* mot. animal. 1,2,7 p. 281^{a},26 virtutes appetitivae et motivae retrahunt vires -as et e converso. eth. 1,2,7 p. 27^{b},30 in viribus animae tam -is quam motivis, quae sunt partes animae naturales. summ. theol. I 3,15,2,2,1,3,2 p. 100^{b},34sq. potentia ... dividitur in duo, in -am scilicet et motivam; -a ... cognitiva est, motiva autem operativa. *ibid. al. v. et p. 810,54.57. c. gen.:* ALBERT. M. phys. 7,1,4 p. 494^{a},40 non habent *inanimata* virtutes -as suarum alterationum. nat. anim. 2,2 p. 20,83sqq. quaecumque est virtus operans in corpore, non est -a nisi formarum corporalium ...; intellectus autem ... -us est simplicium, infigurabilium. *ibid. al.*

2 *subst.:* **a** *fem.: imaginatio – Vorstellung(skraft): v. p. 810,60.* **b** *neutr.: perceptio – Wahrnehmung:* ALBERT. M. praedicab. 9,1 p. 144^{a},34sqq. sensibile ... est quasi species huius, quod dicimus -um; omne enim sensibile -um est et non convertitur, scilicet quod omne -um sit sensibile sive sensitivum.

***apprehensor**, -oris *m. minister, famulus – Diener, Gehilfe:* ALBERT. M. summ. creat. I 3,16,2 p. 440^{b},10 item Rabbi Moyses *(Maimonides, Dux neutr. 2,5):* coeli sunt animalia rationalia, scilicet -es creatoris. metaph. 7,2,10 p. 448^{b},45 natura est causa et intellectus -r et minister. *Sroder*

appressio, -onis *f. impressio – das Aufdrücken:* CHART. episc. Halb. 249 p. 217,58 (a. 1156) suprascripta ... sigilli nostri -e signamus. CHART. Ypolit. 27 p. 42,13 scriptum ... sigilli nostri -e plenius munimus.

1. *appresso (adpresso, apriso *sim.*). (ad *et* presse, presso; *cf. v. Wartburg, Frz. etym. Wb. IX. p. 365sqq.*) *prope – nahe (bei):* **1** *praep.:* ORIGO Lang. 6 rupit ... castra Romanorum, quae fuerant circa litora apriso (a prope *2*) Lune usque in terra Francorum. **2** *adv.:* LEX Alam. 57,17 si autem totus *nasus* a presso (adpresso *1*, a pressu *4.12;* gloss.: biselbemo) abscisus fuerit, cum XL solidis conponat.

2. *appresso, -ere. *urgere – dringen (auf):* CHRON. Ven. Alt. p. 135,14 ingressi ... illi ecclesia servi -bant intus ecclesie interficere illos.

appretiatio (-eci-, -cio), -onis *f.* **1** *pretium, taxatio – Preis, (Gegen-, Schätzungs-)Wert:* DIPL. Conr. II. 106 Gebhardus ... pro absolucione ... decime XXX libras in -ciacione unius missalis paramenti Hartwico episcopo tradidit. SIMON SITH. gest. 1,36 codices ... non modicae -is conscribi fecit. CHART. episc. Hild. I 272 p. 251,29 -ciationis quantitas. CONST. III 175 p. 161,34 de extenta seu -ciacione terrarum (p. 161,38). *al.* **2** *pensitatio – Bezahlung:* CHART. Anhalt. II 341 (a. 1267) in edificiis reparandis et -ciatione sartaginis inpendebantur *duae marcae.*

***appretiator** (-eci-), -oris *m.* **1** *aestimator – Schätzer, Taxierer:* CHART. Ital. Ficker 95 p. 141,19 (a. 1115) ego ... una cum doctis hominibus rerum stavilium -bus ad ipsam obligationem perrexi. **2** *procurator, thesaurarius – Finanzverwalter:* CHART. Argent. I 610 (a. 1266) -ciator fabrice.

1 *dignitas et officium archipresbyteri – Würde und Amt des Erzpriesters:* **a** *de officio archipresbyteri ecclesiae cathedralis (huc spectare possunt etiam exempla infra allata, e.g. l. 72. p. 895,2):* TRAD. Ratisb. 279 (a. 1006) sub ... Wolfkango episcopo ... -piteratus meruit officio fungi (THIETM. chron. 6,36). **b** *de officio plebani:* SALOM. II. epist. 26 -us (-presp- *C*) ministerio suscepto ... plebem sibi commissam regere curavit. **c** *de officio decani ruralis:* CONST. I 49 (a. 1047) clericatus ordinationem aut -um ... vendere GREG. VII. registr. 5,18 ut neque archidiaconatus neque -us.

[Payr]

... pretio dari permittas. MANEG. ad Gebeh. 18 p. 341,29 vicedominatus, prepositure, decanie, -piteratus. NORB. IBURG. Benn. 6 p. 875,2 in villa Goslaria in -us ordine synodalis negotii non segnis exactor. CHART. episc. Halb. 158 *Othelricus presbiter* in orientali Widerstide -iteratum canonice tenuit. CONST. I 249,19 archipresbiter ... de Sacco in -u quondam suo et aliis beneficiis ... restituetur. TRAD. Neocell. 187 litem, que ... vertebatur ... pro -u Pustrisse vallis *eqs. al.* **2** *districtus archipresbytero subiectus, decanatus – Archipresbyteratssprengel, Landdekanat:* CHART. Hamb. 180 p. 170,20 (a. 1146) -um ..., quem preposito ... donavimus. HILDEG. in reg. Bened. (PL 197,1063[A]) sacerdos ... est ille, qui aut praepositurae aut -ui aut parochiae praeerat. CHART. Heinr. Leon. 41 p. 59,15 (spur. s. XIII.) auctoritatem ... regendi sui episcopatus in archidyaconatibus vel -iteratibus ordinando ... nulli licere nisi solis pontificibus.

***archipresbyteria** (archepresbet-), -ae *f. officium plebani – Amt des Pfarrers:* FORM. Bitur. 5 p. 170,17 committimus tibi vico illo ..., ut ibi archepresbeteriae curam indesinenter agas.

archipresbyterium (-bit-), -i *n. script.* arce-: *l. 24.*

1 *dignitas et officium archipresbyteri – Würde und Amt des Erzpriesters:* **a** *de officio plebani:* CONC. Merov. p. 218,15 ut laici homines ... in arcepresbiterii honore per parrochias non instituantur. **b** *de officio decani ruralis:* EPIST. Teg. I 111 *illi* dignitatem -biterii per summam decoranti sapientiam. **2** *decanatus ruralis – Landdekanat:* CHART. Mog. B 27 p. 30,39 (a. 1144) capellam ... fundatam in -iterio Reinede in villa Lochereden consecrari feci.

archisacerdos, -otis *m. script.* archy-: *l. 43. metr.* archi-: *l. 33. tmesis: l. 33.*

1 *archiepiscopus – Erzbischof:* ALCUIN. carm. 2,1 pontificalis apex meritis archique sacerdos Aelberhtus. epist. 266 p. 424,28 Aquilae -i Albinus. CARM. Salisb. 1,1[b],8 *Arnonem* Carolus ... superauxit honore -is *eqs.* 15,5,1 -s Liuphrammus. LAMB. TUIT. Herib. 2,1 columna christiani imperii, -s Heribertus. *al. de (archi)episcopo fundatore:* EPIST. var. II 11 p. 315,20 Marcus evangelista et beatus Hermagora -s (*cf.* p. 315,3 prisci pontificis) et martyr. **2** *archipresbyter – Erzpriester:* VITA Rigob. 28 (MGMer. VII p. 77,20) Siglohardus ... cum preceptore suo, -e Tetboldo *(cf. notam ed.)*, ... conversatur. TRANSL. Lando. 1,1 (MGScript. XV p. 608,1) Landoaldi archy-is. *Payr*

***archischolasticus** (-sco-), -i *m. summus scholasticus – Erzscholaster:* CHART. Rhen. med. I 375 p. 433,36 (a. 1075) ego Winricus, primę sedis s. Petri -scolasticus et bibliothecarius, recognovi.

***archischolia** (-sco-), -ae *f. officium archischoli – Amt des Erzscholasters:* CHART. Rhen. med. II 161 p. 203,35 (a. 1196) de annona ... decanie viginti modios ..., -scolie decem, custodie viginti adiudicavimus.

***archischolus** (-sco-), -i *m. scholae cathedralis praefectus, summus scholasticus – Leiter einer Domschule, Erzscholaster:* ROD. CAMER. Lietb. 4 capit. p. 841,35 merito scientiae -scolus efficitur. 4 p. 845,3 preficitur cunctis scolaribus ...; replicatur pontifici, quid noster -scolus agat.

***archiscriba,** -ae *m. scriba praecellens – hervorragender Schriftsteller:* CHRON. Marian. (MGScript. V p. 488,6) bene predicor *(sc. cyclus Mariani)* precellens, multa atque iam mira mandans sicut -a pretendens.

***archiscriniarius** (-nar-), -i *m. in curia Romana i. q. protoscriniarius – Protoskriniar (cf. Bresslau, Urkundenlehre. I. p. 206):* CHART. Salisb. II 62 p. 115,38 (epist. papae a. 993) scriptum per manum Benedicti, -i sancte Romane ecclesie. WOLFHER. Godeh. I 22 p. 183,25 ad quam *(synodum)* Fritherici us -narius ... ex parte apostolici et imperatoris destinatur.

***archisedens** (arci-), -entis *m. magister convivii – Tafelmeister:* RHYTHM. 7,16,1 quibus mirans -s ([arci-s *codd.*]. *Vulg. Ioh. 2,9* architriclinus) testatur eloquium.

***archisenior,** -oris *m. procer – Vornehmster:* HILDEG. Far. 72 (MGMer. V p. 191,16; a. 869) stipatores *(regis)* et -es principum ... edictum ... refringere temptaverunt.

***archisolium,** -i *n.* **1** *strictius de Karoli M. sella Aquensi i. q. solium principale – bedeutendster Thron, Erzsitz (cf. P. E. Schramm, Herrschaftszeichen und Staatssymbolik. I. 1954. p. 349):* WIPO gest. 6 p. 28,9 rex ... usque ad ... Aquisgrani palatium pervenit, ubi publicus thronus regalis ab antiquis regibus et a Carolo praecipue locatus totius regni -um habetur. OTTO SANBLAS. chron. 46 p. 74,19 Otto ... -um ..., quod Aquisgrani est, adeptus *eqs.* ANNAL. Trudp. a. 1204 (MGScript. XVII p. 292,47) apud Aquisgrani -o ... potitur *Philippus rex.* **2** *latius i. q. sedes regni, caput – Regierungssitz, Hauptstadt:* OTTO SANBLAS. chron. 21 p. 30,5 regnum Burgundie cum -o Arelatensi. 34 p. 50,10 Iconium versus, tocius Cilicie metropolim soldanique -um. 40 p. 61,22 Palernum civitatem ..., que caput Sicilie -umque necnon erarium thesaurorum regum ... extitit.

***archisophus,** -i *m. homo summa astutia praeditus, veterator – Schlaumeier:* NIVARD. Ysengr. 5,108 -i Symonis forfice tondet oves *papa.*

***archispeculator** (archy-), -oris *m. archiepiscopus – Erzbischof:* ALCUIN. epist. 218[tit.] venerando patri ... Aquilae *(sc. Arnoni Salisburgensi)* archy-i.

***archisterialis** (arci-), -e. *ad archisterium pertinens, monasterialis – klösterlich, Kloster-:* VITA Willib. p. 18,61 arci-i iam iugo constrictus *Willibaldus.*

archisterium, -i *n.* (*deformatum ab* ἀσκητήριον *accedente vi vocum* ἀρχι- *et* ἀρχή) *script.:* ascist-: *l. 34.* aschit-: *l. 32.* arci-: *l. 33.35.37.* archy-: *l. 57.* archit-: *l. 30.32.* archet-: *l. 31. metr.* -stĕr-: *l. 37.*

I *monasterium – Kloster:* **A** *gener.:* VITA Elig. 1,10 p. 678,7 *libertos* archit-is ... destinatos (*syn.* claustra coenobii). 1,17 p. 682,25 sanctarum virginum construxit archeterium (architerium, aschiterium *sim. var. l.*). WOLFHARD. Waldb. 1,17 (15) ad ... virginis arci-um. *al.* CHART. Ital. Ficker 52 p. 75,48 prope ascisterium sancti Silvestri. COSMAS chron app. I p. 249,7 arci-i sui commisit ius regiminis abbatialis Emmerammo. *expressius de vita monasteriali:* ABBO SANGERM. bell. 3,81 armenum cordi tollas, arci-um (gloss.: singularitatem Dei servicii) addas. **B** *spec. i. q. principale monasterium – bedeutendes Kloster, Hauptkloster:* THEOD. AMORB. Firman. prol. p. 25,14 a ... Ioanne, eiusdem -i *(Cassinensis)* patre. Bened. I praef. p. 363,13 *(de Floriaco)* in illo solitario ... monachorum -o, quod ... omnium paene monasteriorum obtinet monarchiam. VITA Karoli M. 1,14 p. 36,15 Anianensis ... monasterii -um (*inde* ANNAL. Marb. a. 731 p. 150,62).

II *(principalis) sedes – (Haupt-)Sitz:* **A** *strictius:* **1** *metropolis, caput – Hauptort, Hauptstadt:* VITA Deic. 2 (prol.) in civitatibus muratis et -is episcopalibus. THEOD. TREV. transl. Celsi 4 quod Treverica metropolis ... totius Gallię -um sit ... vocitata. **2** *solium, cathedra – Thron:* PASS. Thiem. III p. 898[A] Dei sacerdos ... electus *(archiepiscopus)* ... unctus consecratur, ad -um hymnidicis odis inthronizatur. **B** *latius (sensu spirit.):* **1** *habitatio, domicilium – Wohnsitz, Behausung:* THIOFR. flor. 1,7 p. 335[B] cum electi Dei sint aeternae sapientiae -um, cuius habitationem vaporat odor. 2,5 p. 356[B] eremita, -um sancti spiritus (Willibr. I A 13 p. 468[D] archy-um s. sp. *Willibrordus. ibid. al.*). *sensu malo:* THIOFR. flor. 4,2 p. 392[A] zabuli -um, Iulianum Apostatam. **2** *fastigium – Gipfel:* ANON. astrolab. p. 370,16 ad intimas philosophiae disciplinas et sublimia ipsius perfectionis -a. **3** *excelsitas – erhabene Höhe, Erhabenheit:* BERENG. TREV. laud. 1,16 p. 949[C] in coelesti sanctae trinitatis -o.

III *summa potestas – höchste Macht:* **A** *strictius i. q. principatus, imperium – Leitung, Herrschaft:* CHRON. Cosmae cont. II a. 1159 -um (*syn.* principatum) apostolicae sedis suscepit. **B** *latius de Deo i. q. voluntas – Wille:* **1** *nutus, iussum – Geheiß:* BERENG. TREV. laud. 2,11 p. 962[B] *Constantinus* signi coelestis instructus -o ... inquirendae crucis ardebat desiderio. **2** *providentia, divinum arbitrium – Vorsehung, Ratschluß:* BERENG. TREV. laud. 1,2 p. 938[B] Ioseph ..., Isaac et Moyses ... per antiquae divinitatis

[Heßler]

-um triplex nobis debent apportare mysterium (2,5 p. 956[C]). 2,8 gratiae coelestis -o (*cf.* 3,4 p. 969[A] per inaestimabilem gratiam coelestis -i).

archistrategus (-tig-), -i *m.* (ἀρχιστράτηγος) *form. nom. sg.*: -os: *l.* 8. -as: *l.* 10. *metr.* -strātēg-: *l.* 10.

princeps militiae (caelestis) – oberster Feldherr (der himmlischen Heerscharen): LIUTPR. antap. 3,34 in honore ... archangeli Michahelis, qui Grece -strátigos (ἀρχιστράτηγος *A* 2.3), hoc est miliciae princeps, apellatur. EKKEB. SCHON. opusc. 11[1] p. 336,29 qui dominatur *(in caelo)* ... -as non vi, sed amore gubernans. ALBERT. M. cael. hier. 2,2 p. 25[b],43 ne imaginemur angelos esse '-os' (*PG* 3,137[A] ἀρχιστρατήγους), id est principes equitum.

archisubdiaconus, -i *m.* *princeps subdiaconorum – Vorsteher der Subdiakone, Archisubdiakon*: **1** *apud presbyterum*: CONC. Merov. p. 180,7 *presbyter* ad archidiacono suum -um (subarchidiacono *O*) transmittat. **2** *ad ecclesiam cathedralem*: ORDO Rom. 5,75 archidiaconus levat calicem et dat eum -o. LAND. MEDIOL. hist. I 1,5 *Ambrosius* omnibus *(diaconis et subdiaconis)* magistros instituit, quorum unus archidiaconus, alius -us vocaretur. CHART. Argent. I 103 *praesentibus* Cōnrado archidiacono, Alberto -o. *al.* **3** *in curia Romana (cf. A. Werminghoff, Geschichte der Kirchenverfassung Deutschlands im Mittelalter. I. 1905. p. 131)*: ANON. Has. 37 p. 265,16 sompnium de Hilteprando, tunc ... Romanae ecclesiae -o.

***archisummum**, -i *n.* *summum fastigium – höchste Stelle*: SICARD. chron. p. 166,29 etiam illa *(Cremona civitas)* ..., quam *imperator* in -o constituerat aliarum.

archisynagogus (-sin-), -i *m.* (ἀρχισυνάγωγος) *praefectus synagogae – Synagogenvorsteher*: ALCUIN. epist. 138 p. 219,22 tres ... mortuos ... Christum evangelica narrat historia *(Marc. 5,22)* suscitasse: filiam -i *eqs.* (ITIN. Petr. Dam. 10 p. 1040,37. *al.*). CARM. Bur. A 202 p. 80,15 -um et suos Iudęos (*cf.* 202,41 p. 91). VITA Cuneg. B 21 hunc -us videns *eqs.* *publ.* (*cf.* GLOSS. I 727,2 St.-S. -sinagogus furisto dingman): CHART. civ. Spir. 11 p. 12,3 (a. 1084) sicut tribunus urbis inter cives, ita -us suus omnem iudicet querimoniam, que contigerit inter eos *(Iudaeos)*. *per compar. de regibus Merovingicis*: EPIST. Hadr. IV. (Arch. Dipl. 1 p. 327,6; spur. a. 1158) quam gloriosus erat rex Alemannorum, dum in carpento boum quasi -us residebat.

***architecta**, -ae *m. (f.: cf. l. 46)* *aedificator – Erbauer*: ALBERT. M. anim. 1,1,7 p. 131[a],44 mechanicus, qui dicitur instructor sive -a, qui structuras facit. *alleg.*: ALDH. ad Acirc. 2 p. 64,16 illa proverbialis aula, cuius -a (-us *P*[1]) et opifex Sapientia Salomone attestante *(prov. 9,1)* legitur extitisse.

architectica, -ae *f.* *architectura – Baukunst*: ALBERT. M. spirit. 1,1,8 p. 225[b],47 artifex habet in se omnes formas -ae.

architecton, -onis *m.* (ἀρχιτέκτων) *principalis artifex, magister – leitender Handwerker, Meister*: ALBERT. M. pol. 1,9[g] p. 79[b],7sqq. *Aristoteles* subdit: 'opus ... -is' (*ph.* 1260[a],18 ἀρχιτέκτονος) ...; 'ratio enim -n', id est principalis artifex, qui rationem dat, qualiter unusquisque operetur.

architectonicus, -a, -um. (ἀρχιτεκτονικός) *script.* archy-: *l.* 67*sq.*

1 *proprie i. q. ad architecturam vel artem aedificandi pertinens – architektonisch, Bau-*: **a** *de artis ratione vel usu*: VITA Antonini Surr. 10 *Antoninus* construxit ... oratorium, cuius introitus valvas ... manibus suis composuisse dicitur; nam in arte -a laudabilis magister perhibebatur. GERB. (?) astrolab. 1,3 de eius *(Walzagorae)* perigraphiis -a seu mechanica ratione comparatis (ANON. astrolab. p. 374,9). ALBERT. M. animal. 16,42 motus instrumenti -i informatur ab arte archy-a. *al.* **b** *de artificibus*: ALBERT. M. animal. 20,39 in instrumentis archy-orum fabrorum (20,12).

2 *translate*: **a** *principalis – grundlegend, prinzipiell*: ALBERT. M. phys. 2,1,11 p. 114[b],15sqq. illa *ars* dicitur -a, id est principalis operatio respectu activae, quae praeparat apotelesma; usualis enim est quodammodo -a (*ph.* 194[b],3 ἀρχιτεκτονική), quae princeps est in opere artis; ... sicut militaris se habet ad equestrem et equestris ad fraenifactricem, et -a est respectu eius *(cf. ph. 1094[a],10sqq.)*. eth. 1,3,13 p. 46[b], 25 tales autem *doctrinae*, ad quas aliae artes referuntur, -ae dicuntur ab ἀρχή, quod est principatus, et τέκτων, quod est conditiva, hoc est operati propter alicuius operationem constitutiva. *ibid. al.* **b** *theoricus – theoretisch*: ALBERT. M. pol. 3,7[g] p. 261[a],12 *Aristoteles* subdit: 'medicus autem' supple est 'et qui operator' id est practicus 'et qui -us' (*ph.* 1282[a],3 ἀρχιτεκτονικός) id est theoricus *eqs.*

subst. **1. architectonicus**, -i *m.* **1** *principalis artifex, magister – leitender Handwerker, Meister*: ALBERT. M. pol. 1,9[g] p. 79[a],48 in artibus mechanicis, in quibus -us, id est principalis artifex, praecepta et rationem operum dat omnibus usualibus sibi subiectis. metaph. 1,1,9 p. 18[b],8 (p. 14,54 G.) artifices ... possunt ex habitu artis docere ... et similiter -i; hi autem alii, qui dicuntur experti et manuartifices sive usuales, docere per ... rationem non possunt. *ibid. al.* **2** *operarius, faber lignarius – Bauhandwerker, Zimmermann*: ALBERT. M. animal. 16,31 -us acuit dolabrum, ut ... dolet aedificium.

2. architectonica, -ae *f.* *architectura – Baukunst*: WIBALD. epist. 167 p. 277,29 rusticas ... res, agriculturam videlicet et -am, ... non pauci in libris ediderant. ALBERT. M. Is. 6,1 p. 86,31 sicut in -a, quae ... inducit formam motoris ad speciem artis.

3. architectonica, -orum *n.* *architectura – Baukunst*: ALBERT. M. miner. 1,2,4 p. 19[a],44 in -is latomi his *(silicibus)* raro utuntur.

1. architector, -ari. *in imag. i. q. formare, perficere – gestalten, verwirklichen*: EPIST. Meginh. 16 quonam modo divinum illud et singulare consilium excudere et -ari possitis.

2. architector, -oris *m.* **1** *strictius*: **a** *architectus, aedium constructor – Architekt, Baumeister*: TOMELL. hist. 2 (MGScript. XIV p. 150,18) cumque -r (-us *var. l.*) extremam operi manum dedisset. RELAT. Mutin. 4 (MGScript. XXX p. 1313,17) Lanfranchi -is (*syn.* artifex, edificator). **b** *principalis artifex, magister – leitender Handwerker, Meister*: ALBERT. M. pol. 1,9[g] p. 79[b],18 *Aristoteles* dicit ..., quod in unaquaque arte est, qui ex fine artis rationem dat omnium operandorum; ... habet virtutem, 'quam immittat ipsis', -r (*syn.* architecton) supple. **2** *latius i. q. operarius, faber – Bauhandwerker*: **a** *faber lignarius – Zimmermann*: MARCUS chron. (MGScript. XIV p. 53,28) sunt ... ibi multi pauperes -es (*syn.* magistri carpentarii, artifices). **b** *tectorum artifex – Dachdecker (cf. l. 63. p. 899,53)*: GLOSS. I 24, 38sq. St.-S. -r ..., qui domum degit (tegit *var. l.*), der das huz dachit. IV 212,24 -r techare. *fort. add.*: GLOSS. I 28,18 St.-S. -r haerosto dacheo.

***architectonicus**, -a, -um. **1** *proprie i. q. ad architecturam pertinens – architektonisch, Bau-*: THIOFR. flor. 2,7 p. 361[B] angelicis ... manibus ... constructa aedificia ... nulla -a, nulla arte mecanica sunt conspicua. **2** *translate i. q. principalis – grundlegend, prinzipiell*: ALBERT. M. pol. 7,2[z] p. 641[a],46 meditationes et theoriae eorum, qui ordinant extrinseca, sicut principes et consiliarii, dicuntur -tae *(sic?)*, id est principales, eo quod ordinationes sunt aliorum.

***architectorius**, -a, -um. **1** *ad architecturam vel artem aedificandi pertinens – Architektur-, Bau-*: NORB. IBURG. Benn. 21 p. 886,42 erat ... -ae artis ... valde peritus *episcopus*. NOTAE Salv. Scafhus. (MGScript. XIII p. 722,13) quod templum ... comes ... prefiguratione atque adiutorio cuiusdam ... presbiteri, artis -ae satis conscii, construxit. **2** *ad artem concamerationes facientium pertinens – Gewölbebau-*: MIRAC. Modo. 6 p. 312[b],37 vir artis -ae gnarus cryptam ecclesiae ... tegebat.

architectura, -ae *f.* *metr.* -chī-: *p.* 899,9.

1 *proprie*: **a** *strictius i. q. scientia vel ars aedificandi – Baukunst, -wesen, -handwerk*: IOH. METT. Ioh. 66 -ae non ignobilis ei *(Ansteo abbati)* pericia suberat. ALBERT. M. veget. 6,184 optime convenit -ae lignum *platani. al.* *in titulo libri*: CATAL. biblioth. Lehm. I 49 p. 247,25 de -a volumen I. **b** *latius i. q. actio vel mos aedificandi – das Bauen, die*

Art und Weise zu bauen: ALBERT. M. animal. 8,52 hirundines tam artificiose nidos construunt, quod in -a (*cf. p. 612*^{b},22 σκηνοπηγία) aliquid artis et intellectus videntur ostendere. **2** *meton.:* **a** *structura, aedificatio – Baustelle, Bau:* ANNAL. Prag. III a. 1281 p. 203,25 coepit laborare ... faber in fabrica, carpentarius in -a. **b** *aedificium, opus – Bauwerk, Werk:* RUP. TUIT. off. 11,8 p. 301^{B} visibilem mundi huius -am, sphaericam coeli cameram *eqs.* ODO Ern. duc. 1 p. 312^{E} magnam maioris foedere cambit -am sacraeque ditat legioni *Otto caesar. in imag.:* THANGM. Bernw. 51 p. 779,48 (chart.) meditatione volvens, qua meritorum -a ... possem *(sc. Bernwardus)* mercari caelestia.

architectus, -i *m. (cf.* ἀρχιτέκτων; *accedit interdum vis vocis q. e.* tectum: *v. l. 55)* **I** *proprie (def.:* ALBERT. M. Is. 3,3 p. 50,40sqq. -us dicitur dupliciter, large -us et stricte; stricte dicitur, qui causas operum novit alicuius mechanici sicut faber in fabrilibus et lignarius in aedificiis; large autem dicitur -us, qui princeps est mechanicorum, ab archos, quod est princeps, et tectonica, quod est aedificativa; *de re cf. N. Pevsner, Speculum 17. 1942. p. 549sqq.):* **A** *strictius:* **1** *architecturae peritus, aedium constructor, fabricae praefectus – Architekt, Baumeister, Bauleiter (cf.* GLOSS. III 186,1 St.-S. -us werchmeister): ALDH. epist. 5 p. 489,5 oraminum aedes -i ingenio fabre conduntur. CATAL. abb. Fuld. (MGScript. XIII p. 272,25 abbas Ratger, sapiens -us *([cf. Vulg. I Cor. 3,10].* GESTA Camer. 3,49 p. 483,26. HERBORD. Ott. 3,36 p. 765,30 omnes sapientes et industrios -os, fabros et cementarios. *cf. l. 31sqq.).* NORB. IBURG. Benn. 9 p. 876,42 -us praecipuus, cementarii operis solertissimus erat dispositor *Benno. al. per compar. et in imag.:* LIUTG. Greg. 7 sapiens -us ... Bonifatius ... aedificavit domum suam (FORM. Augiens. C 4 p. 366,11 ut s. -us fundamenta prius ponere *in educando.* VITA Bonif. I 6 ille s. -us *Bonifatius* elegit sibi ... medicos animarum. *al. cf. l. 25sqq.*). NICOL. I. epist. 29 p. 296,20 ab illa petra ..., super quam verus -us *(Christus)* totius domus suae voluit fundamentum construere. MEGINH. BAMB. fid. 3 p. 262,29 labyrinthus Arrianorum Satana -o multipliciter impeditus. OTTO FRISING. chron. 3,14 apostoli, utpote principes et -i huius *(Christi)* civitatis. *al.* **2** *principalis artifex, magister – leitender Handwerker, Meister (cf.* GLOSS. I 25,38 St.-S. -us der haohspaho id est magister): *v. l. 17.* **B** *latius i. q. operarius, faber – Bauhandwerker:* **1** *caementarius, faber lignarius – Maurer, Zimmermann (cf.* GLOSS. I 760,22 St.-S. -us zimberman. *al.):* BEDA hist. eccl. 5,21 p. 333,3 -os sibi mitti petiit *Naiton rex,* qui ... ecclesiam de lapide ... facerent. CARM. de temp. rat. 373 ars et usus -orum prodiderunt ... octonis diebus arbores cedere. CHART. Lux. I 274 p. 395,2 exceptis ... fabris, cementariis, -is sive latomis. THEOD. PALID. annal. a. 1046 p. 69,9 -i cuiusdam filius nomine Hildebrandus. ALBERT. M. animal. 8,180 quidam sunt ... cerdones, quidam autem -i et alii aliarum artium operatores. caus. univ. 2,3,7 p. 556^{a},45 sicut *habet* ... -us dolabrum. **2** *tectorum artifex – Dachdecker:* WIBALD. epist. 251 p. 375,24 (a. 1150) monachus, dum in resarciendo tecto aecclesiae -is subministrat.

II *translate:* **A** *episcopus – Bischof (cf. l. 31sqq.):* TRAD. Brixin. 124 (a. 1050/65) Waltchuon ... Altvuino, Brixinensi -o, triginta mansos ... tradidit. **B** *cherub – Cherub:* HILDEG. epist. I 99 p. 321^{B} Dominus illis *militibus* pennas cuiusdam -i dedit, et cherubim oculis suis ad illos vidit (II 162).

architenens *v.* arcitenens. **architerium** *v.* archisterium.

***archites** *m. (cf.* ἀρχι- *et* ἡγητής) *magister – Meister, Haupt:* THEOD. AMORB. comm. p. 10,19 philosophorum -es ac preceptor Neronis, Senecas. *v. et* *architos.

***architheoria,** -ae *f. deliberatio maximi momenti, theoria principalis – wichtigste Überlegung, Haupttheorie:* ALBERT. M. pol. 7,2^{E} p. 642^{a},15 'maxime autem agere dicimus et dominos extrinsecarum actionum' ... 'et -as' *(p. 1325*^{b},23 ἀρχιτέκτονας, *sc. prave versum),* supple dicimus 'intelligentibus', id est inter intellectuales meditationes, quae sunt de communibus bonis.

***architheorus** (-ite-), -i *m.* (ἀρχιθέωρος) *princeps legationis (sollemnis) – Leiter einer (Fest-)Gesandtschaft:* ALBERT. M. eth. 4,1,9 p. 288^{a},21 sumptus decens ... -iteorum (*p. 1122*^{a},25 ἀρχιθεώρῳ), hoc est principem legatorum, qui videt, quae honesta sunt legationi.

***architos,** *acc.* -on *m. (cf.* ἀρχηγός *sim.) princeps – Fürst, Herrscher (cf.* GLOSS. I 26,1 St.-S. -i herostun, *sed v.* I 26,6 architi vocati): LUDOW. II. ad Basil. (MGEpist. VII p. 388,12) cum ... vestri codices *principem Arabum* modo -on, modo regem ... nuncupent. *v. et* *archites.

***Architrenius,** -i *m.* (threnus) *vir persaepe lacrimans – Erzweiner (de prima persona carminis a Iohanne de Alta Villa compositi):* EBERH. ALEM. labor. 629 circuit et totum fricat -us orbem, qualis sit vitii, regio quaeque docet.

architriclinium, -i *n.* **1** *proprie i. q. mensa principalis – Haupttafel:* WILH. HIRS. const. 1,97 p. 1030^{D} praelatus dapifer stat inclinis ante -um (*antea:* a principali ... mensa). *in imag.:* HELM. chron. 79 p. 149,3 vos quoque, qui residetis in -o ecclesiae Lubikanae. **2** *translate i. q. sedes praecipua – bevorzugter Sitz:* THIOFR. Willibr. I A 34 p. 480^{b} tocius religionis archytriclynio, abbati Humberto.

architriclinus, -i *m.* (ἀρχιτρίκλινος) *metr.:* -chĭtrĭcl-: *l. 29sq.* -chītrīcl-: *l. 28.*

triclinii praepositus, convivii magister – Tafelmeister (spectat ad Vulg. Ioh. 2,8sq.; cf. GLOSS. I 806,68 St.-S. -o demo furistin stuoalsazin. III 184,36 -us stûlsezo): **1** *proprie:* IOH. DIAC. cen. 2,184 vinum petebat Maria, -us hydrias. EKKEH. IV. bened. I 8,29 -o date nunc de principe vino. AMARC. serm. 1,508 bibit -us. *cellerarius, oeconomus – Keller-, Haushofmeister:* ABBO SANGERM. bell. 3,82 -us (gloss.: princeps domus) amicale amineum colit. **2** **a** *alleg.:* HRABAN. univ. 4,1 p. 82^{C} -us Moyses intelligitur. CAES. HEIST. hom. II p. 4^{D} triclinium designat monasterium, ... -us abbas est. **b** *in imag.:* BERENG. TREV. laud. 1,16 p. 950^{C} aqua conversa in vinum prima deferri debet ad -um ...; pastoribus ecclesiarum nomen istud bene videtur convenire *eqs.* CHRIST. cal. Mog. 11 (MGScript. XXV p. 244,19) o cardinales! ... venite, haurite nunc et ferte -o vestro diabolo eique offerte ... vosmet ipsos. **c** *per compar.:* ARNO REICHERSB. apol. p. 103,34 se ... quasi nuptialis convivii -um intimans *Iohannes baptista.*

***archityrannica** herostin richisodes GLOSS. II 103,59 St.-S. (arce tyrannica *Conc. African. 53). sim.* 119,45.

***archivenator,** -oris *m. in imag. i. q. venator strenuissimus – Erzjäger:* CARM. Bur. B 53^{a},1,2 passeres illos, qui transmigrant supra montes, Alexander tertius sagax et fidelis -r illaqueavit.

***archivillanus,** -i *m. fort. i. q. dominus villanorum vel villae – viell. Dorfherr:* WILH. ANDR. chron. 246 parrochiani ..., inter quos erant -i quatuor, Guido ... et Willelmus vavassores, Reinerus et Daniel ministeriales.

***archius,** -a, -um. (*cf.* ἀρχεῖον *et* ἄρτιος) *principalis – der erste, Haupt-:* REMIG. ALTISS. mus. p. 73^{b},8sqq. *diastemata sunt* alia -a (artia [archia *var. l.*] *Mart. Cap. 9,949),* id est principalia vel aequalia, alia perissa ...; sed prima, id est -a, aequalia scilicet dicitur voce Latina, ... memorabo.

archivum, -i *n. (m.: p. 901,5.48.902,5; f.: p. 901,58)* (ἀρχεῖον) *script.:* har-: *p. 901,31.* achyv-: *p. 901,25.* arc-: *l. 70. p. 901,2.4.7.18.30.39.* arg-: *p. 901,45.* -ev-: *p. 901,60.* -ib-: *l. 72. p. 901,7.* -ip-: *p. 901,31.* -ium: DIPL. Otton. III. 72. -vi(um): *p. 901,8.24.35. form.: nom. sg.* -us: *l. 57. gen. sg.* -e: *l. 57. abl. pl.* -ibus: *p. 901,30sq. saepius plur. sensu sing., e. g. p. 901,11sq.17.*

I *locus scriptis vel rebus pretiosis reponendis destinatus – Aufbewahrungsstätte von Schriftgut oder Wertgegenständen (cf. A. Brenneke, Archivkunde. 1953. p. 7.113sqq.):* **A** *proprie:* **1** *strictius i. q. tabularium, chartarium, scrinium – Archiv(gebäude, -raum), Archivalienbehältnis (interdum spectat et ad ipsa scripta reposita: p. 901,2.24):* **a** *eccl.:* **α** *in curia Romana:* LIBER diurn. 82 p. 89,19 in arcivo ... sanctae Romane ecclesiae, scilicet in sacro Lateranensi scrinio (CONC. Karol. 3^{B},15 p. 20,7 in -bo. CHART. Carinth. V

[Hoßler]

226. *al.*). NICOL. I. epist. 87 verbum a verbo transferentes *(sc. papa)*, quemadmodum et in antiquis arcivis invenimus. *al.* β *in (archi)episcopatibus:* CONC. Merov. p. 53,6 *ego* episcopus ... autenticum in arcivo ecclesiae *Arausicanae* reservavi. AGNELL. lib. pont. 134 -us ecclesiae istius *Ravennatis* ab igne cuncrematus est. FORM. Senon. II 9 p. 215,29 Senonis in arcibo ecclesiae episcopii. EPIST. pont. Rom. sel. II B 46 p. 610,15 exemplar ab -vio Remensis ecclesiae sumptum. LIBELL. de reb. Trev. 4 p. 101,9 in -o ... *Moguntinae* aecclesiae. *al.* γ *in monasteriis:* WANDALB. Goar. app. p. 373,22 *privilegium* in -is ipsius *Prumiensis* monasterii ... manet. HARIULF. chron. 4,21 p. 232,6 *abbas* chirographum -is nostris reposuit. *al.* δ *in variis ecclesiis:* DIPL. Merov. I 7 p. 10,41 ut haec supplicatio ... in universalis ecclesiae -o servetur. LEG. Wisig. 12,3,28 sacerdos ... scripturas in -is (*syn.* scriniis) sue ecclesie recondat. FORM. Flav. 8 p. 476,10 testamentum ... in -is basilice ... conservandum. HADR. II. epist. 39 p. 753,23 ut ... kapitula ... in singularum arcivis ecclesiarum provide recondantur. *al.* b *publ.:* α *in sedibus principum:* ANNAL. regni Franc. a. 813 p. 138,14 in -o palatii (CAPIT. reg. Franc. 132 p. 262,42). CAPIT. reg. Franc. 137 p. 275,13 in publico -o recondere. CONC. Karol. 53 p. 689,33 exemplar in -o est imperatorio. DIPL. Conr. III. 145 in -is (-viis *var. l.*) imperii nostri continetur, quod *eqs.* CHART. Burgenl. 273 privilegium in nostro *(sc. Belae regis)* achyvo ... detentum. ACTA imp. Winkelm. I 995 p. 749,27 inventaria conservabantur in -o curie *regni Siciliae* per magistros racionales. *adde:* ACTA imp. Winkelm. I 994 p. 748,27 (a. 1258/66) habebunt secum racionales *in Apulia* ... custodem unum -i. β *in civitatibus:* FORM. Marculfi 2,38 ut in arcipibus (harcipibus *A 3*) publicis memoranda servetur (CHART. scrin. Col. A II 1 p. 281,47 in -o publico familie sancte Marie ad gradus. p. 281,52 scabinorum Coloniensium. CHART. Rhen. inf. II 273 p. 141,37 Nusie *civitatis*). ANNAL. Ianuens. IV p. 4,7 in -vio comunis. **2** *latius:* a *bibliotheca, armarium – Bibliothek(sraum), Bücherschrank (cf.* GLOSS. II 137,34 St.-S. -o puohchamaro. *al.):* EPIST. var. II 21 p. 337,5 *libros* mutuare ab -o ecclesiae *sancti Dionysii.* EPIST. Lup. Ferr. add. 10,2 in nostrae arcivis ecclesiae *Autissiodorensis.* EPIST. Teg. I 47 quam *(historiae tripartitae partem)* quia in vestris *(sc. episcopi)* -is minime deesse novimus. THIOFR. flor. praef. p. 318[B] *librum* -is sanctae ecclesiae *Treverensis* consecrate. *al.* *in imag.:* GODESC. SAXO theol. 7,13 p. 196,16 quae peritissimi Latinorum ... recondita mirantur ... in thesauris -isque (arg- *cod.*) Graecorum. CARM. biblioth. 6,3,9 -um penetrans Hebraeum lampade cordis Hieronimus *(cf. Hier. praef. Vulg. Esth. p. 3,2).* AEG. ZAM. mus. 4 p. 377[a],23 in libro, cuius titulus est A-us, id est Armarium. *remissius i. q. locus ad erudiendum aptus, schola – Bildungsstätte, Schule:* CARM. pro schola Wirz. 13 summis -is epulas acquirere si vis necnon perfectę scrutari dindina sectę, Wangia. b *gazophylacium, thesaurus, sacrarium – Schatzkammer, -haus, -kapelle:* FLOD. hist. 2,19 p. 467,13 -um ecclesiae tutissimis aedificiis cum cripta ... construxit *Ebo archiepiscopus.* MIRAC. Adalh. 2,5 (MGScript. XV p. 865,41) *confessor* repositus in -o aecclesiae *Corbeiensis.* INVENT. sang. dom. (MGScript. XV p. 923,40) cum omni regio Anglorum et paterne -e thesauro. *aerarium – Kasse:* DIPL. Karoli M. 123 p. 173,9 ut ... partes *multae* in -evum ipsius monastirii *sancti Marcelli* reddat. AGNELL. lib. pont. 111 p. 350,17 sedecim milia *solidorum* in -o ecclesia *Ravennatis* deportavit. DIPL. Arnulfi 127 p. 190,7 ut duę partes *multae* in -um ipsius ecclesię *Cameracensis* admittantur. c *receptaculum reliquiarum – Reliquiar:* CHRON. Reinh. a. 1202 p. 565,29 ossa regine ... de mauseolo translata sunt et sanctorum scriniis et -is ... inserta. B *translate:* **1** *cella, cellula – Kammer, Kämmerlein:* THEOD. AMORB. Mart. 1 acumina literarum -o mentis ... recondere. GREG. IX. registr. 365 p. 279,12 ut hec in -vio memorie valeas iugiter intueri (CONST. III 115,1). CHART. Sil. B 1 p. 486,28 memorialis -i. **2** *intima – Innerstes:* EPIST. Mog. 15 p. 342,2 (a. 937/54) in prudentissimo sacri pectoris vestri *(sc. archiepiscopi)* -o. THEOD. TREV. transl. Celsi 9 secum anxius in -o mentis volvens *Egbertus archiepiscopus,* quatenus ... perpoliret ecclesiam.

II *principatus – Herrschaft (cf.* GLOSS. II 121,7 St.-S. -us furistuom; *sc. prave versum):* GODEFR. VIT. panth. 23,3 p. 210,22 qui tenet -a (gloss.: principatus), que sepe cadunt recidiva *eqs.*

archo *v.* arcuo.

***archochyrus,** -a, -um. (ἀρχι- *et* ὀχυρός, *cf. ed. p. CXVI*) *munitissimus – stark befestigt:* AETHICUS ISTER 107 *Niniven* philosophus inter alias urbes moenianam -am vocitavit.

***archomegisti** (-co-), -orum *m.* (ἀρχι-, ἄρχων *et* μέγιστος) *primi magnatum – höchste Würdenträger:* ODBERT. Frid. 7 p. 346,18 accersitis arco-is et magnatis palatii rex plebem interrogat.

archon (-con), -ontis *m.* (ἄρχων) *form.:* *acc. sg.* -onta: *l. 21.* *nom. pl.* -ontae: *l. 29.*

1 *princeps, dominus – Herrscher, Herr:* CARM. potat. 88 (MGPoet. IV p. 353; c. 900) quo ... presentem foveat *s. Iulianus* arconta Wilelmum, *Aquitaniae ducem. de Deo:* LIOS MON. 42 arcontem dominum procerum clamate patronum. *fort. add.:* ABBO SANGERM. bell. 3,64 teche Dei, ieron -onque (gloss.: princeps) palinodianque. *in imag.:* CARM. Aldh. 1,33 horum *(ventorum)* -on (-ons *cod.*) ... veniebat a cardine. **2** *plur. i. q. proceres – die Vornehmsten:* LIUTPR. antap. 3,35 Romanae dignitatis archontes, id est principes *(sc. Byzantinorum).* **3** *archiepiscopus – Erzbischof:* BENZO ad Heinr. 6 praef. p. 656,18 duo -ontae, ... videlicet tocius Lyguriae primas et Hemilie rector Ravennas. *v. et* *archantus.

archonticon (-cont-, -cot-), -i *n.* (ἀρχοντικός) *principalis species electuariorum – Hauptform der breiartigen Medikamente, Hauptlatwerge:* MATTH. PLATEAR. gloss. p. 381[c] electarium pliris arcoticon ...; arcoticon dicitur principale, princeps electariorum (IOH. PLATEAR. simpl. med. p. 32[a],49 in p. arcoticon pulvis ... ponitur. TRACT. de aegr. cur. p. 114,37. MAURUS urin. II p. 48,21 dant eis [*hydropicis*] aliquod electuarium, ut p. arcontici, diatagogon *eqs.*). THADD. FLORENT. cons. 2,43 pillule arcoticon. *v. et* *aretica.

***archoos** (-ous, -chus) *adi. et subst.* (*cf.* *archos) *form.:* *acc. sg.:* -on: *l. 50.* -um: *l. 49.* -chum: *l. 52.* *abl. sg.* -o: *l. 48.* *nom. pl.* -chi: *l. 54.*

primus, princeps – erster, leitender: MUS. ENCHIR. 1 p. 152[b],13 primus *sonus tetrachordi,* qui gravissimus, Graece protos dicitur vel -os, secundus deuteros. 3 p. 153[b],10 primi toni melum ... sono -o 𝄞 *(sc. D)* regitur et finitur. 18 p. 170[a],31 syllabae, quae sonant tetrardum 𝄞, -um 𝄞 *eqs.* SCHOL. enchir. 1 p. 176[a],12 in 𝄞 -on devenit *pentachordum.* p. 178[a],25 aliquid canere, quod in sonum, verbi gratia 𝄞 -chum, finiat. MUS. ENCHIR. add. 1 p. 78[a],7 nota terminales sonos ... post mutationem ..., que presenti melo contingit, sonari archi 𝄞. *al.*

1. ***archos,** *acc.* -ον *m. (f.: p. 903,12) (retrograde a* μόναρχος *sim.) script.:* -cos: *l. 72.* -kos: *l. 68.* *form. acc. pl.* -cus: *p. 903,20.* *metr.* -chōs: *p. 903,4.16.* *usu attrib.: p. 903,4.13.16.* *adi.: p. 903,12.* *substituitur, ut vid., pro* archi-: *p. 903,4sqq., pro* -archa: *p. 903,13.*

I *princeps, rector, dominus – Herrscher, Gebieter, Herr (def.:* BERENG. TREV. laud. 1,16 p. 950[c] cum ... -os Graece, princeps dicatur Latine. *al. v. et p. 899,18):* A *publ. (v. et p. 903,4.10):* POETA Saxo 3,251 fortissimus -os *(sc. Karolus M.).* ABBO SANGERM. bell. 2,555 inclitus -os Claromontinsis Wilelmus. THIOFR. Willibr. I A 6 p. 464[c] precluis -os *(sc. Pippinus maior domus).* 11 p. 466[E] accersiit ... profanus -os *(Radbod dux)* ierarcham. *fort. add.:* CARM. potat. 98 (MGPoet. IV p. 353) cosmi basilissa ... arkos (gloss.: princeps), si *(i.* σοί, *sc. comiti Wilelmo)* sit katfige per eon. B *eccl.:* **1** *de Deo, Christo:* HERIG. Ursm. 1,323 -os, sed anarchos (SIGEB. GEMBL. Theod. praef. p. 464,2). CARM. Cantabr. 48,1 -os (-cos *C*) te protegat.

[*Hoßler*]

HERM. AUGIENS. hymn. 1,6b,8 ἀρχός patrum et optimas. ARNULF. delic. 78 (add. p. 383) servitio pronos celestis liberat -os. **2** *de praelatis:* **a** *de archiepiscopis:* RUOTG. Brun. epil. 49 Bruno ... -os antistes (STEPH. COL. Maurin. 5 [1] archosantistes. PASS. Agil. 2 [ASBoll. Iul. II p. 721B] pius -os a. *Agilolfus* [*syn.* archipraesul]). BENZO ad Heinr. 4,6 p. 643,2 -os pater egregie *(sc. Theodaldus Mediolanensis).* 6 praef. p. 657,29 Ambrosianus vicarius, ... Liguriae -os (*syn.* primas) et primarius. GODEFR. VIT. Frid. 1193 presul Agrippinus dux est et presul et -os. *adde (de sede archiepiscopali):* WALDO Anscar. 47,28 domus ipsa *(sc. Hammaburgensis ecclesia)* prothos pontificalis et -os. **b** *de patriarcha:* DONIZO Mathild. 1,649 pater -os *(Aquileiensis)* consecrat illum. **c** *de episcopis, abbatibus:* Ps. WALAHFR. carm. 5,50tit. πρὸς τὸν ἀρχὸν τῶν ἀγαθῶν. 5,56,21 *(de episcopo)* tu lucidus optimus -os. VITA Landel. 248 -os antistes (*sc. Autbertus episcopus; de eodem:* 257 pater ac -os, morum virtute sacerdos). *v. et* *archa.

II *intestinum rectum – Mastdarm:* PAUL. AEGIN. cur. 234tit. ad decidentes -cus (gloss.: anos [*3,59,12* ἀρχούς]).

2. archos *v.* oryx. ***archosantistes** *v.* *archos *l.* 5.

***archosis** *m.* (*orig. inc., nisi cohaeret cum arab.* kasas) *piscis quidam – ein Fisch:* ALBERT. M. animal. 1,92 pedibus et pinnis natat piscis vocatus -is (arthosis *Mich. Scot.*).

***archous** *v.* *archoos. **Archtos** *v.* Arctos.

Archturus *v.* Arcturus. **archuo** *v.* arcuo.

archus *v.* archoos, arcus. **archy** *v.* harpe.

***archybricus** (-ibr-), -i *m.* (ἀρχι- *et* ὕβρις) *homo insolentissimus – ganz frecher Mensch:* GESTA Camer. cont. II B 1 p. 211,16 Manassem ... archiepiscopum vocat -ibricum, asinum coronatum *egs.*

arciater *v.* archiater. **arciatitus** *v.* arceuthis.

***arcicancellarius, *arciclavius, arcidiaconus, *arcielectus, arciepiscopus** *sim. v.* archi-. *Heßler*

arcifer (archi-), -eri *m.* *qui arcum fert, sagittarius – Bogenträger, -schütze:* ANNAL. Ianuens. I p. 51,16 soldaderios, balistarios et archiferos.

arcifinium (arti-), -i *n.* *confinium, lapis terminalis – Grenze, Grenzstein:* ANON. geom. I 3,3 stet altimensor in metiendi eminentis artifinio (cum finio, arti confinio *var. l.*).

***arciger**, -eri *m.* *qui arcum fert, sagittarius – Bogenträger, -schütze:* LEO MARS. chron. 1,61 p. 624,10 litteras et anulum ... callidus -r clam sagittae inseruit.

arcio *v.* arceo.

arcion *(n.)* (ἄρκιον) *script.* arthion: *l.* 48. *lappa – Klette (Arctium lappa L., cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. I. p. 374sqq.):* GLOSS. med. p. 10,23 arthion (arcion *Diosc. lat. 4,102 p. 53,22*): herba, quam quidam prosupida vocant (p. 65,13 -on).

arciotida *sim. v.* arceuthis.

arcipresbyter, arcisedens *v.* archi-.

arcister *m.* *attrib.:* *l.* 55. *sagittarius – Bogenschütze:* ALDH. ad Acirc. 71,3 quamvis venator ... garriat -r contorquens spicula ferri. *per compar.:* ALDH. epist. 5 p. 493,7 aper ... utpote belliger ... -r ... falangibus saeptus. *v. et* arques.

arcisterialis, arcisterium *v.* archi-.

1. arcitenens, -entis *m.* (arcus *et* tenere) *script.* archi-: *l.* 61. *metr.:* ALDH. ad Acirc. 130 p. 178,5 exempla coriambo congruentia ...: armipotens, -s (archi- *var. l.*).

qui arcum tenet, sagittarius – Bogenträger, -schütze: **1** *milit.:* DONIZO Mathild. 2,1324 scutatas gentes disponit et -es *(an adi.?).* **2** *astron.:* WANDALB. martyr. 755 -s gelido hinc contristat sidere caelum. mens. 331. HUCBALD. carm. 3,23 -s volucri septenam *diem* mense Decembri incursans telo ferit. EPITAPH. var. II 11,5 -s ipsam *(Machtildem)* quarto sub lumine fixam transtulit ad vitam lucis in arce sitam. HONOR. AUGUST. imag. 1,100 nonum *signum zodiaci* sagittarius est, qui et -s.

2. *arcitenens, -entis. (arx *et* tenere) *script.:* archi-: *p. 904,2sqq.* -nes: *p. 904,7.*

1 *adi.:* *de Deo i. q. in arce caelesti regnans – im Himmel herrschend:* ALDH. virg. II 1538 sator -s (archi- *var. l.*). ad Acirc. 111,19 dum pater -s (archi- *var. l.*) concessit, ... guberno (ERMOLD. Ludow. 2,339). BONIF. carm. 2,34 archi-s altor, qui sidera clara gubernas. **2** *subst. masc.:* **a** *de homine i. qui in arce regnat – Burgherr:* GODEFR. VIT. (?) Heinr. 97 *(de Rocca Arcis ut vid., cf. notam ed.)* -nes Teobuldus comes est effectus. **b** *de Deo i. qui in arce caelesti regnat – Himmelsherrscher:* BONIF. carm. 1,33 soboles ... archi-is ... restaurat saecla redemptor. ANNAL. Quedl. a. 1024 p. 89,47 summi -is dono.

1. *arco, -onis *subst.* (arcus; *cf. francog.* arçon, *v. et v. Wartburg, Frz. etym. Wb. I. p. 128*) *pars sellae curvata – Sattelbogen:* FRID. II. IMP. art. ven. 4 p. 77,25 sellam, que sit minus alta -bus suis. p. 77,29 selle -i posteriori debet esse appensa carneria. *v. et* *arceolus.

2. arco *v.* arto. **3. arco** *v.* arcuo.

arcobalista(rius) *v.* arcubalista(rius).

***arcomegistus** *v.* *archomegistus.

arconcilla, -tilla *v.* argentilla.

***arco(n)ticon** *v.* *archonticon.

***arctamentum** *v.* *artamentum.

arcticus, -a, -um. (ἀρκτικός) *script.:* art-: *l. 26. 30.* -thyc-: *l. 30.*

septentrionalis, aquilonalis – nördlich, Nord-: GERB. epist. math. I 3,3 -um (arti- *var. l.*) circulum ... metiri (*cf.* RICHER. REM. hist. 3,51). SCHOL. Adam gest. 142 populi ... -ae (aquilonaris, -alis *var. l.*) plagae. ALBERT. M. cael. 2,1,5 p. 136a,14 in polo aquilonari, qui vocatur -us (meteor. 1,3,8 p. 506b,33. animal. 22,135 versus polum arthycum).

arcto *v.* arto. ***arctolus** *v.* *arceolus. **Arcton** *v.* Arctos.

Arctophylax (-phil-, -fil-), *acc.* -aca *m.* (Ἀρκτοφύλαξ) *script.* Arto-: *l. 37.*

1 *de sidere i. q. custos arcti, Bootes – Bärenhüter, (Sternbild des) Bootes:* WALTH. SPIR. Christoph. II 1,211 sequens circus tenet -philaca secundus. GERB. (?) astrolab. 17 p. 136,22 Almarech, id est Arto-x. HONOR. AUGUST. imag. 1,107 sidus Bootes, id est custos plaustri, quod et -x. ALBERT. M. animal. 7,78 postquam oritur -filax (*p. 598a,18* μετ' Ἀρκτοῦρον) astrum. *al.* **2** *de homine i. q. custos vel actor ursorum – Bärenhüter, Bärentreiber (cf. Ahd. Wb. I. p. 896 s. v.* berari): GLOSS. III 144,39 St.-S. artofilax (arctofilos *C*) bêrri. 188,60 -filax berri.

Arctos (-us), -i *f.* (Ἄρκτος) *script.:* Art-: *l.* 50. Archt-: *l.* 53. Arthot-: *l.* 54. halraco: *l.* 65. *form. nom. sg.* -on: *l.* 51.56.

1 *de sidere i. q. ursa, plaustrum – Sternbild des Bären, des Wagens (cf.* GLOSS. I 19,15 St.-S. -us daz ist der uuagan in himile): WANDALB. martyr. 837 Phoebus ... gelidam ... conversus ad -on (Arton *B*). HONOR. AUGUST. imag. 1,106 versus aquilonem sunt haec signa: iuxta axem -on, scilicet plaustrum, quod sidus et Septentrio et Helicae nominatur. ARNOLD. SAXO fin. 1,2,2 p. 16,39 stella archtos occidit et turbat aerem (*cf.* p. 17,22. 17,32 arthotos). **2** *de regione i. q. plaga septentrionalis – Norden:* HRABAN. cruc. 1,12 p. 196A (vs.) anatole, -on, mesembria (*sim.* ERMENR. ad Grim. 33 p. 573,32 anathole et disis, ... mesymbria et -os. SIGEB. GEMBL. Theod. 17 p. 478,25. GODESC. AQUENS. seq. 1,7a,1). THIETM. chron. 7,37 ad patrias ... -os (ad terram arctoam CHRON. Thietm.), id est septemtrionalem plagam, quae hoc nomen ab arcturis duabus, hoc est ab ursis minoribus et maioribus, sortitur. LAMB. LEOD. Matth. I 1491 tendentibus -on. **3** *de bestia i. q. species pagari – Krabbenart (cf. R. Strömberg, Griech. Fischnamen. 1943. p. 106):* ALBERT. M. animal. 5,74 animal ... halraco (*p. 549b,23* ἄρκτοι) dictum.

arctous, -a, -um. (ἀρκτῶος) *script.* arct(us): *l. 71. p. 905,1. form. gen. pl.* -oum: *p. 905, 4.*

1 *adi.:* *in septentrionali parte positus, aquilonalis – im Norden befindlich, nördlich:* PAUL. DIAC. Lang. 1,1 -o (arcto, arcturo *sim. var. l.*) sub axe (COSMAS chron. 1,1). ADAM gest. 3,68 -ae gentis. 4,32 trans -am plagam. epil. 31

[Sroder]

arctorum ... populorum. *al. v. et p. 904,60.* **2** *subst. neutr.: quod in septentrionali parte situm est – das im Norden Befindliche:* ANON. astrolab. p. 371,31 inter summos -oum ambitus.

Arcturus, -i *m. (f.* -a: *l. 15)* (Ἀρκτοῦρος) *script.:* Archt-: *l. 17.* Act-: *l. 24.* Art-: *l. 15.* Arkatoron: *l. 12.* Artacarez: *l. 10.* affrotoroz: *l. 29.*

1 *de sidere:* **a** *Bootes vel stella principalis Bootis – Bootes oder größter Stern des Bootes:* ALBERT. M. animal. 7,84 usque ad occasum stellae, quae dicitur Artacarez (*p. 599*^{b}*,11* Ἀρκτούρου) in Arabico. 8,86 aput ascensionem Arkatoron (*p. 617*^{a}*,31* Ἀρκτοῦρος). **b** *ursa, plaustrum – Bär, Wagen (cf.* GLOSS. III 607,1 St.-S. wagan): ALDH. ad Acirc. 3 p. 72,13 -us ... septiformi temonis et plaustri sidere signatur. 64$^{tit.}$ -us (-a, de Arturo *sim. var. l.*). HONOR. AUGUST. imag. 1,108 -us, scilicet plaustrum, quod et Cynosura dicitur. ARNOLD. SAXO fin. 1,2,2 p. 17,7 Archturus. p. 17,41 -us, id est septentrio. *al. v. et p. 904,61. alleg. vel per compar.:* HRABAN. univ. 9,13 p. 273^{B} in -o ..., qui per gyrum suum nocturna spatia non occasurus illustrat, ... ecclesia designatur, quae fatigationes quidem patitur nec tamen ... inclinatur *eqs. (cf. Isid. nat. 26,4). al. fort. add.:* HEINR. LETT. chron. 14,8 p. 80,26 condolebat eis tota ecclesia, que tunc erat tamquam -us (Act- *var. l.*), qui semper tunditur (arcus durus ... tenditur *Bauer in ed. a. 1959, vix recte*) et nunquam frangitur *(v. notam ed.).* **2** *de regione i. q. plaga septentrionalis – Norden:* LIUTPR. antap. 2,44 ab occasu sive ab -o. **3** *species piscis – eine Fischart:* ALBERT. M. animal. 6,83 piscium affrotoroz *(p. 569*^{b}*,3* ἀπ' ἀρκτούρου μετοπωρινοῦ, *sc. prave versum)* dictorum.

1. arctus *v.* artus. **2. arctus** *v.* arctous.

3. Arctus *v.* Arctos.

***arcualis**, -e. (arcus) **1** *arcuatim curvatus – bogenförmig gekrümmt:* **a** *natur.:* ALBERT. M. meteor. 3,4,9 p. 677^{a}, 45 propter convexum nubis apparet *iris* -is. **b** *math.:* ALBERT. M. cael. 1,1,10 p. 30^{b},10 lineam -em, quae est aliqua portio circuli (2,1,1 p. 148^{a},2). **c** *anat.:* FRID. II. IMP. art. ven. 1 p. 104,32 hec forma *caudae* est -is non exterius, sed interius. ALBERT. M. animal. 1,138 supercilia ..., quando fuerint -ia (*p. 491*^{b}*,16* τὴν καμπυλότητ' ἔχουσαι). 1,276 costae. *v. et l. 46.* **2** *ad arcum pertinens – Bogen-:* MIRAC. Wigb. 7 (MGScript. VIII p. 522,28) manus meae digitos artissime constrinxit -i corda.

adv. ***arcualiter.** *arcuatim – bogenförmig:* ALBERT. M. animal. 8,156 coopertoria domorum suarum *(apium)* quasi gibosa et arcualia, non ad unam lineam aequaliter descendentia, sed in finibus retracta et in medio -r descendentia.

***arcualitas** *v.* *arcularitas.

arcuarius, -a, -um. *script.:* arca-: *l. 57sq. 60.* archa-: *l. 63.* arche-: *l. 59. 63. 65. 68.*

1 *adi.:* *arcuatim curvatus – bogenförmig gekrümmt:* THEOPH. sched. 2,1$^{ex.}$ fac partem interiorem *furni* cum muro exteriori in similitudinem fornacis -i (fornicis -ari *var. l.*). *fort. add. c. sensu formositatis:* EPIST. var. III 34 quasi -a folia cum spineo vel fraxineo sapore. **2** *subst.:* **a** *masc.:* *sagittarius – Bogenschütze:* CONST. I 331 p. 470,30 (a. 1191) auxilium militum vel arcariorum. RYCCARD. chron. a. 1217 p. 79^{a},21 balisteriorum, arcariorum et militum ... acies innumeras. ALBERT. MIL. temp. 220 p. 482,13 de ... archeriis ferro bene coopertis. 251 p. 519,36 (add.) balestarii et arcarii et fundibularii. *al. de venatoribus:* GUIC. (?) bers. 2 oportet, quod bersator ... habeat bonam memoriam rememorandi, ubi posuit archerios (archa- *var. l.*). **b** *fem. vel neutr.:* *fenestra ad sagittas arcu mittendas apta – Schießscharte:* OTTO MOR. hist. p. 85,18 multas ... archerias in eo *(castello)* composuit. LIBER duell. Christ. 1 (MGScript. XXXI p. 675, 15) in hac *turri* ... camere erant ... septuaginta et in singulis his tria archeria.

arcuata *v.* arcuo.

***arcuaticus** (arqua-), -i *m.* (*cf.* arcuatus) *icterus, aurugo – Gelbsucht:* AESCULAPIUS 35 p. 54,4 de icterico, quem aliqui -um (arquaticum *cod. Augiens. 120;* arquaticum ..., id est morbum regium GLOSS. med. p. 91,14) vocant. p. 54,8 unde ... -us (arquaticus *cod. Augiens. 120;* arquatus GLOSS. med. p. 91,19) dictus est *morbus* a colore arcus coelestis. *v. et* arcuatus *p. 907,43.*

arcuatim *adv.* *modo arcus – gekrümmt wie ein Bogen:* ODO GLANN. Maur. 31 (9) -m se virtute, qua poterat, colligens de lecto agiliter prosiliebat *Witcherius.*

arcuatio, -onis *f.* **1** *archit. i. q. fornicatio – Wölbung:* GESTA Trud. cont. II 4,7 capit. p. 334 de ... -e eius *(cancelli sanctuarii)* ... sublata. **2** *anat. i. q. curvatio – Rundung:* ALBERT. M. animal. 1,186 usque ad capitis -em posteriorem.

***arcuator** (arca-, archa-), -oris *m.* (arcus; *ital.* arcatore) *sagittarius – Bogenschütze:* OTTO MOR. hist. a. 1160 p. 110,14 cum peditibus et arcatoribus et balistariis. VINC. PRAG. annal. a. 1158 p. 669,27 arcatores et balistarii plurimas ... pretemptant sagittas. ANNAL. Ianuens. I p. 165,17 libras MCC pro ... soldatis, militibus et archatoribus prestandis. CONST. I 330,4 p. 469,18 auxilium militum et archatorum. CHRON. Basil. a. 1050 p. 291,44 archatores et diverse maneriei armatos. *saepe.* *c. contemptu quodam:* CHART. Tirol. 563 p. 44,17 (epist. papae a. 1206) unus ... eorum *(testium)* balistarius est et arcator, alius aleator et baratarius. *de venatoribus:* GUIC. (?) bers. 3 quo loco ponere debeat *bersator* archatores. 10. 14.

arcuatus *v.* arcuo.

arcubalista, -ae *subst. script.:* arcob-: *l. 36.* acrob-: *l. 35.* arbal-: *l. 33. 38. 41.* arbar-: *l. 41.* albal-: *l. 32.*

1 *fem.:* *tormentum arcu missilia iaculans – Armbrust (cf. K. Huuri, Zur Gesch. d. mittelalt. Geschützwesens. 1941. p. 43sqq. 110. 207sqq.):* MIRAC. Mart. Vert. 5 (MGMer. III p. 571,1) genus arboris aptum spiculis et -is (-isticis 1^{b}). GUIC. (?) bers. 3 quod cognoscat *bersator* bene albalistam. 11 non ... debent arbalistas in strata tendere. *meton. i. q. missile tormento iactum – Armbrustbolzen:* RICHER. REM. hist. 2,92 ab urbanis nimium acrobalistis impetebantur *Belgae.* 3,104 missae ... sagittae et arcobalistae cum aliis missilibus. GALB. Karol. 61$^{med.}$ tapeta ... suspenderant, ne funda et arbalistis ... percuterentur intrinsecus. **2** *masc.:* *qui tormento arcu instructo missilia iacit – Armbrustschütze:* TRIUMPH. Lamb. 1 (MGScript. XX p. 499,18) nisi ... iaculum intentet ... cautus arbalista (arbarista *var. l.*). 17 (ibid. p. 509 20).

arcubalistarius, -i *m. script.:* arco-: *l. 47.* alabastrar-: *l. 48.*

qui tormento arcu instructo missilia iacit, sagittarius – Armbrustschütze: CONST. I 141 (a. 1152) in Italicam expeditionem ducet ... quinquaginta arcobalistarios. CHRON. reg. cont. I a. 1197 p. 161,15 (epist.) arma alabastrariorum et sagittariorum.

1. arcula, -ae *f.* *(parva) cista, (parvum) scrinium – (kleiner) Kasten, (kleiner) Schrein:* **1** *proprie de receptaculo:* **a** *pecuniae:* CHART. eccl. Erf. 118 (a. 1157/94) pauperum Christi ... oblationes misse in -am ad sanctam crucem in medio ecclesię locatam. **b** *ossium, reliquiarum:* TRANSL. Callisti 2 (MGScript. XV p. 419,33) presbiter ... -am de feretro elevans sustulit. INVENT. Matth. 18 -am, qua apostoli sacra ossa asservantur. *sarcophagus – Sarg:* STEPH. COL. Maurin. 6 (2) lignea ferro evincta ... -a. **c** *tabellarum in rhythmimachia:* FRUTOLF. (?) rhythmimach. 1,6 -ae intrinsecus adeo capabilis, ut tabellulas numeris inscriptas includere possit. **2** *in imag.:* MILO carm. 3,4,2,731 secretum cum forte aliquod tenet -a cordis (GERB. [?] astrolab. 1). EBERH. ALEM. labor. 134 quidquid thesaurizatis, -a nostra *(sc. philosophiae)* tenet.

2. ***arcula** *v.* *artula.

C *solum, fundus – Grund und Boden, Liegenschaft:* **1** *gener.:* SIGEBOTO Paulin. 38 p. 928,38 -a ipsa brevis et monasterio adiacens palustris. CHART. Heinr. Leon. 59 p. 87,20 -am in orientali parte monasterii. CHART. episc. Hild. I 416 p. 403,36 dotalem -am, in qua sunt III mansi (CHART. march. Misn. III 78 dominicale ..., cuius -a novem mansos habere dinoscitur). CHART. Burgenl. 489 excepto fundo ... sive -a in quantitate sex iugerum. CHART. Carinth. V 408 p. 262,12 in quadam -a in castro Strazvrid. *al. de partibus fundi i. q. particula – Parzelle:* CHART. Mog. A 501 p. 404,2 (a. 1122) tres -as, quas vulgo bundas vocant (CHART. Stir. I 719 -am unam graminis, quod vocatur piunt). CHART. Rhen. inf. I 477 agros ... per -as distribuit. CHART. Basil. C I 329 p. 240,12 partem agri ... vendidit ... cum omni iure, quod sibi in eadem -a competebat. CHART. Gosl. II 197 duas -as lignorum *('Holzflecke' ed.). al.* **2** *spec. de vineis, hortis:* CHART. Tirol. 13 p. 8,13 (a. 1022/55) II -a vineorum. TRAD. Salisb. 202 -am ad vineam plantandam. CHART. Tirol. 387 -am ... nunc incultam et desertam, ... aliquando vineis bene consitam. 488 A[1] p. 276,12 vinetum cum -a, in qua iacet. CHART. Burgenl. 336 cum nos quandam -am ... pro orto parando contulissemus. CHART. Eichsf. 419 -am, que vocatur wingharde. *al.*

D *fundus cum aedificiis ibi constructis vel construendis – Hausgrundstück, Bauplatz:* **1** *strictius i. q. locus curtis, curtile – Hofstatt, 'Hofreite', 'Worth' (cf.* GLOSS. IV 196,49 St.-S. -a houastat. *al.; de re v. Dt. Rechtswb. V. p. 1354sqq.; K. S. Bader, Das mittelalterliche Dorf. 1957. p. 52sqq.):* **a** *gener.:* **α** *ruri:* CHART. Fuld. B 32 (a. 758) hereditatem meam ... in -is, terris araturiis, campis. COD. Lauresh. 603 petiolam de -a in Herimundesheim. CHART. Fuld. A 461 exceptis duabus legitimis -is (CONST. I 430,1 infra legitimas -as domuum ['*Ehofstatt*' *Bader, op. cit. p. 121*], quas hovestete vulgo vocamus, sive sint septae seu *eqs.; v. et p. 920,12*).

[*Heßler*]

TRAD. Ratisb. 51 partem aręę ..., id est in longitudine perticas XII, in latitudine duas (109 araeę p. *al.*). TRAD. Frising. 1349 -ae iugum I. TRAD. Teg. 13 fundum cum -a, agris, pascuis. TRAD. Frising. 1383[a] -am I iuxta curtiferum cuiusdam viri ... sitam cum hoba I ad eandem -am pertinente. CHART. Heinr. Leon. 32 tres mansos cum quatuor -is (CHART. Altenburg. 261 p. 204,39 mansus cum sua -a, que vulgo hovereite dicitur. *al.*). CHART. Babenb. 263 super tribus curtilibus, que vulgo dicuntur lehen ...; ex ipsis tribus -is *eqs.* CHART. episc. Hild. III 180 p. 87,15 -am feodalem. *persaepe. cum distinctione qualitatis (cf. Schröder-Künßberg, Rechtsgesch. p. 221):* COD. Lauresh. 3006 (a. 844) -am unam indominicatam ... et insuper serviles -as duodecim. DIPL. Otton. I. 292 proprietatis nostrae curtem ... cum omnibus ad eam pertinentibus ..., -is, agris (DIPL. Otton. II. 234. *al.*). TRAD. Ratisb. 577 huobam nobilium ... cum tribus -is. REGISTR. Neocell. (Frising.) 106 (QuellErörtBayerGesch. N. F. XIX) curiam principalem ... cum omnibus ... -is et vineis (CHART. Rhen. med. I 135,23 p. 153,44 haistaldi vocantur manentes in villa, non tamen habentes hereditatem de curia nisi -as tantum *eqs.* CHART. Carinth. V 180 p. 122,19. *al.*). CHART. Anhalt. II 65 quatuor autem mansi pertinentes ad allodium unam habent -am spacium ... quatuor -arum capientem. *al.* β *intra vel prope civitates:* FORM. Marculfi 2,20 vinditio de -a infra civitate. CHART. Fuld. B 33 -am I intus muro. DIPL. Arnulfi 169 p. 258,18 in urbe Pattaviensi media dominicalem -am. CHART. Heinr. Leon. 47 p. 66,33 -a ..., quę nomine vulgari Lederstain vocatur (*syn.* predium). CHART. Argent. I 116 -am ... precio duodecim denariorum tributariam. CHART. civ. Halb. 16 p. 21,8 V solidos de -is, que dicuntur tinsammeth. CHART. Babenb. 313 p. 152,11 ante... civitatem triginta -as. CHART. Basil. C I 305 p. 220,15 dare honorarium ... de -a sua. CHART. Friburg 272 -a una, que dicitur hofstat dicta des Vriburgers. *saepe.* b *spec.:* α *de fundo exceptis aedificiis: ruri:* CHART. Fuld. B 40 p. 70,17 (a. 763) -am unam cum casa. 81 p. 149,28 -am ... cum sala desuper stabilita. COD. Lauresh. 1076 dimidium mansum cum omni edificio superposito, hoc est casa et -a. TRAD. Patav. 102 -am unam ministri. TRAD. Frising. 1457 predium ... cum -a et uno horreo exceptis ceteris edibus. CHART. Carinth. I 270 -am domus. *saepe. intra vel prope civitates:* CHART. Fuld. B 248[a] p. 354,29 (a. 797) infra civitate Mogontia -as II cum omni aedificio. FORM. Senon. II 20 ariam ... cum omni ... superposito. LEX fam. Worm. 26 ut, si quis ... hereditalem -am habuerit ..., si domum ... vendiderit, -am perdat. TRAD. Ratisb. 718 ab illo censu, quem dare debuerat de -a domus sue (REGISTR. Pant. Col. 46 p. 182,37 censum -e, qui hovescins dicitur. *al.*). CHART. scrin. Col. A I p. 337,43 domum cum -ae rectitudine. CHART. Raitenh. 87 *comparavi* domum propriam, -am censualem, quam quasi in feodum ... suscepi *(sc. abbas)*. CHART. civ. Halb. 108 -as ab annua pensione, que ... dicitur worthtins, exemptas. *saepe.* β *una cum aedificiis: ruri:* WIDUK. gest. 3,69 *Wichmannus* -am cuiusdam ... intravit. TRAD. Frising. 1405 proprietatem ..., quam *servus* hereditario iure possidebat, id est iugera XII cum -a. CHART. Carniol. I 46 decimas, quae ... ex -is servisque suis *patriarchae* proveniunt. CHART. episc. Hild. I 479 p. 455,24 cum ... medietate -e, unde idem mansi colebantur. CHART. Babenb. 201 p. 2,38 aréé custos. 359 p. 203,31 -as, quas inhabitant Adelolt et Perhtoldus. CHART. Traiect. 957 p. 346,38 -a, que ... vocatur sedelhofstat. CHART. episc. Hild. II 646 in -a Gifthene, in qua manet *Walburg. al. intra vel prope civitates:* CHART. Naumb. 29 (a. 1033) ut, quę septa cum -is quisque *mercator* insederit ..., sine censu possideat (CHART. civ. Halb. 49 p. 53,19 -as ... liberas dimittimus ..., ita ut homines ... *nullo* c., qui worttins vulgo dicitur, ... molestentur. CHART. Xant. 172 p. 116, 44sqq. inhabitatoribus censum solventibus ad acquirendas in ipsis -is mansiones ... imponebatur ... pecunie extorsio a patronis seu dominis -arum). CHART. Austr. sup. II 228 -am ... inbeneficiavimus. CHART. select. Keutgen 133,7 si quis aliquem in propria harea vi invaserit. CHART. Basil. C I 490 -am sive domum. *al.* γ *una cum aedificiis et agris:* REGISTR. Austr. I 1 (a. 1220/40) sunt X -e solventes X sol. et XV den.; ibidem sunt X -e sine agris *(cf. notam ed. p. CXIV).* δ *de aula vel spatio ad domum iacente:* CHART. Babenb. 221 (a. 1220/24) domum cum aliis ... attinenciis, -a videlicet et orto et stabulis. CHART. Basil. C I 277 p. 201,40 domum ... cum sua -a retro eam sita (*cf* 337). ε *de loco coaedificando:* CHART. select. Keutgen 133[I] (c. 1120) unicuique mercatori haream in constituto foro *Friburgensi* ad domos ... edificandas distribui (CHART. archiep. Magd. 368 p. 483,16 in -is edificandis. CHART. scrin. Col. A II p. 231,31 contulit ... agros ..., ut ibi fierent -e legitime et domus edificarentur. CHART. Brixin. 89. *al.*). REGISTR. abb. Werd. 9,6,24 retro ortum vana -a. CHART. Rhen. inf. I 477 conventus ... vineam suam versus forum per -as distribuit et cuilibet -ę onus pensionis ... imposuit. CHART. Hamb. 285 p. 252,24 liberas -as secundum iustitiam Lubicentium concedimus. CHART. Traiect. 1295 ad -arum suarum reedificationem. *al.* 2 *latius de locis ad varios usus coaedificatis:* a *de fundo exceptis aedificiis:* α *gener.:* DIPL. Arnulfi 170 p. 259,24 sal, quod ... a locis sartaginum vel de -is eiusdem ... *Frisingensis* ecclesiae redimatur *(cf.* DIPL. Heinr. II. 126 p. 152,39 -as duas et panstel duas. CHART. Wirt. I 222 p. 264,11 in Halle inferiori I hoba et due -ę, in superiori ... V -e *[de re cf. W. Hommel, Württembergisch Franken. 20/21. 1939/40. p. 142]).* CHART. Bund. 201 p. 161,15 pro silva castanea cum -a, in qua stat cum casina insimul corette pecia. CHART. Gosl. I 301 p. 322,26 -am molendini. CHART. Brixin. 82 p. 90,38 domos in -a predicta sitas (*syn.* insulam). CHART. Worm. 210 VIII unceas ... de -is *duorum macellorum* censuales. 223 -am, in qua linei panni venduntur. CHART. Basil. C I 302 p. 218,5 panifex ... furnum faciens in -a. CHART. Carniol. II 275 stupam balnearem cum -a sua. CHART. Basil. C I 414 territorium sive -am, que vulgo dicitur dir Shurhof. *al.* β *eccl.:* EPIST. Hann. 12 p. 30,28 in ecclesia in propria -a ... legitime constructa. CHART. Friburg. 60 -am unam in curia monachorum ..., in qua ... capella de novo constituta est. CHART. civ. Erf. 123 omnes -as, in quibus domus eorum *(fratrum Praedicatorum)* fundata est. CHART. Friburg. 192 p. 163,14 fratribus hospitalis ... quinque -as et dimidiam ..., ubi ... primo elegerant mansionem, ... conferimus. CHART. Basil. C II 161 -am sive fundum, in quo suum claustrum ... construxerunt *sorores.* 194 domui Conversarum, cuius -a ad me spectat. b *una cum aedificiis:* α *curia canonicorum – Stifts-, Domherrenkurie:* DIPL. Karoli III. 146 p. 236,1 canonici in suis mansionibus vel -is intra claustra positis. HELM. chron. 90 p. 176,1 locum, in quo fundari deberet oratorium ... et -as claustrales (CHART. Basil. C II 49 loco predicte claustralis -e. *ibid.:* -am curie claustralis). CHART. Heinr. Leon. 90 p. 136,32 ad -as fratrum. β *curia monasterii - Klosteranwesen.* CHART. Frauens. 13 (ed. W. Küther, UB Frauensee. 1961. p. 6,26; a. 1222) advocatiam -e in Lacu et prediorum adiacentium. CHART. Friburg 129 p. 109,19 *consecratio* tam altaris quam etiam -ae factae, cum primum moniales ordinis Cistertiensis ... ibidem collegium habuerunt. c *de locis coaedificandis:* α *gener.:* TRAD. Ratisb. 931 (a. 1179) Engilpertus ... Fridericum ... inpigneravit -a ...; et quia idem locus aptus erat ad molendinum construendum *eqs.* (CHART. Basil. C I 253. II 39 p. 24,36. CHART. Welt. 25 p. 135,24). CHART. Raitenh. 63 p. 59,21 -as duas ..., in qua possint *fratres* edificia decoctionis salis necessaria edificare. β *eccl.:* CHART. ord. Teut. (Thur.) 2 p. 2,23 (a. 1200) fratres ... -a quadam ... ad hospitale pauperum ... opus habentes. CHART. Friburg. 191 domum et -am ... fratribus *Minoribus* conferimus ..., ut ibidem sibi chorum construant. 317. γ *milit.:* CHART. civ. Erf. 45 p. 19,23 (a. 1170) -as ad locandos milites ... non habuimus. CHART. Stir. III 177 p. 260,12. CHART. Carinth. IV 2632 p. 495,43 in civitate Chreinburch -am, in qua licebit eis ... municionem erigere. CHART. Samb. 52[a] p. 17,6 ex altera parte -e ..., ubi fratres castrum edificare proponunt. *al.*

II *translate:* A *praevalente sensu aequi et plani:* 1 *math.:* a *planities, forma plana – Ebene, (Grund-)*

[Heßler]

Fläche: MAPPAE CLAVIC. 213 metire spatium -ae. PS. BOETH. geom. p. 403,17 planum est . . ., quod per longitudinem, latitudinem consideratur, ut agrorum planities et aedificiorum -ae absque tectoriis operibus . . . ac tabulatis. CHRON. Camer. 1,5 in qua *(epistola) Gerbertus* . . . de cubis, de soliditate, de -a . . . disputavit. *adde:* WALAHFR. carm. 14,1 quisquis tramite pendulo declivique spheram loco plana ponit in -a. **b** *embadum – Flächeninhalt:* GERB. geom. 4,2 planities planarum figurarum lineis circumsepta embadum a Graecis appellatur, quod a nostris interpretatum -a nuncupatur (PS. BOETH. geom. p. 404,18). ANON. geom. I 4,14 per latitudinem longitudo est multiplicanda, et qui inde excreverint, fiunt pedes -ae. *ibid. saepe.* **2** *astron. i. q. corona (stellarum) – Hof (um Gestirne):* ALBERT. M. meteor. 3,4,3 p. 668ª,26sq. quae *(impressiones ex lumine caelestium in nubibus depictae)* Graece vocantur ἅλων, quod -a interpretatur, eo quod simile sit -ae rotundae ad trituram factae . . .; in multis superioribus corporibus apparet iste circulus. **3** *pagina, index – Seite, Tabelle:* AGIUS comput. 4,12 illas posterior, prior -a digerit istas. **4** *tabula ad experimenta adhibita – Experimentiertisch, -platte:* MAPPAE CLAVIC. 2 accipies arenam, sub -am teris *eqs.* **5** *tabulatum – Stockwerk:* LAMB. ARD. hist. 127 p. 624,12 triplicem . . . -am in ea *(domo)* constituit et solium solio longe a solo quasi in aere suspendit. *ibid. al.* **B** *praevalente sensu terminationis:* **1** *locus sepulturae – Grabstätte:* WALAHFR. carm. 42,7 haec magni tam parva viri tenet -a corpus (EKKEH. IV. carm. var. II 12,1). **2** *nidus – Horst:* FRID. II. IMP. art. ven. 1 p. 46,2 nidi rapacium *avium,* qui a quibusdam dicuntur -e *(cf.* 2 p. 137,1 -a nidi *falconum).* **3** *cella – (kleiner) Raum:* TRAD. Ratisb. 1057 (a. 1267/77) Leutwinus -as censuales . . ., videlicet duas in balniari stupa sitas, solventes LII denarios, ad tres personas tenebit. *ibid. al.*

III *per confusionem, ut vid.:* **A** *aera, numerus datus – gegebene Zahl:* ANON. geom. I 4,17 pentagonus . . . ter multiplicationem unius lateris in se expostulat et ex illius summa multiplicationis semel -am (*cf. Grom. Mortet* 27 eram) diducere *(v. notam ed.).* **B** *arca, receptaculum – Behälter:* HARIULF. chron. 3,3 p. 87,19 conchae . . . pendentes II, -ae maiores III, minores III, turibula . . . VIII. **C** *ara – Altar* (*cf.* GLOSS. IV 35,44 St.-S. aria altar): LAMB. TUIT. Herib. 1,8 p. 746,27 ubi antiquitus colebatur -a daemonum.

areala *v.* areola.

arealis, -e. *script. et form.:* ari-: *l. 64. 68. p. 922,2. 4sq. 8. 10. 17. sing.: gen.* -ali: CHART. Fuld. A 328. *plur.: nom.* -ea: *p. 922,20. gen.* -eum: *p. 922,21. abl.* -(i)is: *l. 67. p. 922,17.*

I *adi.:* **A** *iur. i. q. ad fundum vel curtile pertinens – Grundstücks-, Hofstatt-, 'Worth'- (cf. Schröder-Künßberg, Rechtsgesch. p. 691):* CHART. Osn. II 77 p. 57,1 (a. 1217) XII nummos -es, quos . . . campus solvebat. III 544 p. 377,37 ut . . . annuatim de area sua . . . quinque solidos denariorum -ium amministrent. **B** *math. i. q. ad embadum pertinens – den Flächeninhalt betreffend, Grundflächen-:* PS. BOETH. geom. p. 414,5 Architas . . . alio modo huius amblygonii aream reperiri constituit . . ., non ut XXXVI, sed XXXII in se colligeret -is illa contemplatio. p. 415,10 -e huius trigoni pavimentum. p. 417,28 tetragoni pedes -es. *ibid. al. (v. ind.).* **C** *per confusionem, ut vid., i. q. ara(bi)lis – pflügbar, Pflug-:* FUND. mon. Leonh. (MGScript. XV p. 1001,19; s. XII.ᵐᵉᵈ.) dedit . . . -es agros viginti et unum, in Bersa curtem unam cum duobus agris vinearum.

II *subst.:* **A** *fem. i. q. locus curtis, curtile – Hofstatt:* **1** *gener.:* CHART. Fuld. B 174 (a. 788) duas ariales, id est houasteti. *ibid. al.* **2** *spec.:* **a** *de fundo exceptis aedificiis:* **α** *ruri:* TRAD. Weiss. 9 p. 17,14 (a. 735) quicquid . . . visus sum habere . . . silvis, -is, domibus, edificiis. CHART. Fuld. B 220 illam arialem . . . et omnem aedificium, quod ibi constructum est. TRAD. Weiss. 190 p. 177,12sq. iurnales XX et -e I cum casis . . . et quicquid supra ipsa -e stabilita est. 167 p. 155,17sqq. -em legitimam, casam in ea et granicam et aliam -em vacuam. *al. in his locis.* **β** *intra vel prope civitates:* CHART. Fuld. B 184 (a. 789) in Mogontia civitate . . . unam arialem cum duabus mansis, id est cum duabus casis. *ibid. al.* **b** *una cum aedificiis:* **α** *ruri:* CHART. Fuld. B 235 (a. 780/96) quicquid . . . terrae habuimus excepta una ariale. A 289 duas huobas et tres ariales et res ad easdem pertinentes, hoc est mancipia *eqs.* **β** *intra civitates:* CHART. Fuld. B 11 (a. 751) -em I ad commanendo infra murum civitatis Mogontiae. 89 arialem et IIII mancipia. **c** *una cum aedificiis et agris:* CHART. Fuld. B 224 (a. 780/802) tradiderunt-que mihi *(sc. abbati)* illam arialem . . ., id est . . . ad possidendum, ad excolendum . . . habeamus potestatem. **d** *de loco coaedificando: v. p. 921,72.* **B** *neutr. (masc.: cf. l. 16; fort. confunditur cum fem.: p. 921,70) i. q. locus curtis, curtile – Hofstatt:* **1** *strictius:* TRAD. Weiss. 153 p. 143,6sq. (a. 780) vendidi infra murus civitatis Argentoratinse -e cum casa superposita, et ipse -e habet terminos *eqs.* CHART. select. Schubart 18 p. 18,1 omnia . . . in montania arialiis, areis, vineis *eqs.* DIPL. Heinr. III. 4 tale predium . . ., hoc est -e unum . . . in loco Bohcpart. CHART. Argent. IV 28 p. 26,16 qui habent -ea de selgerete intra civitatem sita et dant censum debitum. 29 p. 30,11 descriptio -eum. *ibid. al.* **2** *latius:* CHART. Sind. 4 p. 100,4 (a. 1146) mansum et duo -ia molendinorum, quę dicuntur mulestal. CHART. Argent. IV 25 p. 15,27 item -e, quod dicitur curia templariorum (28 p. 27,27 c. claustralis. p. 28,29 prepositi. *al.*). 28 p. 26,27 de quarto -i, quod est hortus. *ibid. al. v. et* *airalis, *arale. *Heßler*

arefacio (*pass.* **-fio**), -feci, -factum, -ere. *script.* arr-: *l. 42. form.* -ficiunt: GLOSS. II 234,10 St.-S. *de accentu:* GODESC. SAXO gramm. 1 p. 376,23 '-is' . . . accentum habet paenultima, licet sit brevis.

I *strictius i. q. (ex)siccare, indurare, torrefacere – (aus)-trocknen, hart oder welk machen, dörren:* **A** *gener.:* OTTO FRISING. chron. 8,11 p. 407,13sq. mundum . . . autumpnali siccitate decoctum -fieri, hiemali algore -tum emori. ALBERT. M. meteor. 4,1,1 p. 706ª,22 effectus principales, qui sunt . . . humectare et -ere (*p. 378ᵇ,17* ξηραίνουσαι). p. 706ᵇ,25 convenit ei *(calido)* -ere per hoc, quod facit humidi extractionem. p. 706ᵇ,46 -it *frigidum* humorem comprimendo. *ibid. al.* **B** *spec.:* **1** *de terra, aquis:* LIBRI Karol. 1,21 p. 49,2 miraculo -ti fluminis *(sc. maris Rubri).* VITA Otton. Bamb. III 2,16 p. 64,3 subito -tus est locus *(sc. palus).* THEOD. CERV. chirurg. 3,55 p. 178ᴰ terra arrefacta a sole vel prunae combustione. *al.* **2** *de plantis:* ANNAL. Altah. a. 1036 p. 20,6 in qua *(hieme)* etiam multitudo arborum -ta est. HILDEG. phys. 1,91 ventus, qui fructus terrae -it, id est derret. epist. I 288ᴮ nebula superveniens illum *(hortum)* -bat. ALBERT. M. animal. 10,47 cuius *(coniugis)* sperma -it lactucam, ille est causa sterilitatis. veget. 3,20 completa autem semina aut -ta decidunt. *al. in imag.:* HEITO Wett. 21 ut vitiorum radicibus -tis virtutum possint germina pululare. CLEM. IV. registr. 657 p. 666,31 Dominus . . . domum ipsius Friderici . . . in radice -fecit et ramis. **3** *de parte corporis animantium:* ANTIDOT. Augiens. p. 52,31 pulmonem cervi . . . -tum.

II *latius i. q. debilitare, contrahere, laedere – entkräften, lähmen, schädigen:* ANTIDOT. Augiens. p. 54,32 pulmonem -tum restaurat. TRANSL. Viti 7 manus eius -te sunt. ANNAL. Prag. III a. 1279 p. 201,49 doloribus . . . et gemitibus . . . -ti. *al. adi.* **arefactus,** -a, -um. *siccus – trocken:* CHART. Turic. 293 (c. 1149) octo modii siliginis -i. CASUS Petrish. 1,34 ligna. ALBERT. M. animal. 20,10 in aliqua sui parte terrestre *est* grossum -um.

***arefactibilis,** -e. *(ex)siccabilis – zum (Ein-, Aus-)-Trocknen geeignet:* ALBERT. M. meteor. 4,2,5 p. 753ª,8 causa autem eius materialis, quod est -e, est aqua. p. 753ᵇ,31 urina et lixivia . . . materialiter . . . -ia sunt. animal. 20,10 terrestre autem grossum -e est in ossibus et cartillaginibus. *subst. neutr.:* ALBERT. M. metaph. 3,3,13 p. 191ᵇ,6 materiae compositionem, sicut . . . liquabile, -e, scissibile. p. 191ᵇ,25.

arefactio (-facc-), -onis *f.* **I** *strictius i. q. exsiccatio – Austrocknung:* **A** *gener.:* ALBERT. M. meteor. 4,2,5 p. 753ª,4 -o est motus eius, quod est in actu humidum et fluidum, ad exsiccationem. *al.* CHRON. rhythm. Austr. 694 incendium sic

[Humperdinck]

e regione solis spera detulit -ccione. **B** *spec.:* **1** *de terra, humore:* ALBERT. M. veget. 5,66 modus . . ., quo domestica *planta* fit silvestris, est per . . . loci indurationem et -em. nat. anim. 2,15 p. 42,25 per solam aquosi humoris -em efficitur *flamma* clara. *v. et p. 925,38.* **2** *de partibus corporis animantium:* Ps. GALEN. anat. 1 p. 168^{A} in locis . . . iuncturalibus . . . ponuntur *glandulae* ad . . . prohibitionem -is superfluae. *asperitas – Rauheit:* MATTH. PLATEAR. gloss. p. 395^{B} si facies vel manus . . . exasperetur, valet hoc unguentum, quia mitigat -em.

II *latius i. q. debilitatio, atrophia – Entkräftung, Auszehrung:* WALTH. AGIL. med. 134 p. 211,33 est in omnibus membris . . . -o et extenuatio. *Humperdinck*

***aregidia,** -ae *f.* (*orig. inc., ni cohaeret c.* irrigare) *in imag. i. q. imber – Schwall, Strom:* ABBO SANGERM. bell. 3,75 -am (gloss.: pluviam) quoque verbi anheles.

***aregon** (ari-, arro-) *subst.* (ἀρήγειν) *de nomine commendaticio medicaminis i. q. (unguentum) adiuvans, adiutorium – helfende (Salbe), Hilfe:* TRACT. de aegr. cur. p. 86,30 ungantur *aegroti* . . . de arrogon vel marciaton. MATTH. PLATEAR. gloss. p. 394^{F} unguentum arigon valet arteticis. Ps. OTHO med. 371 arrŏgŏn ista fugat.

***aren** *v.* *arrhen.

arena (ha-), -ae *f.* aer(i)-: *p. 924,25.49. plur. sensu sing.: p. 924,19.31sq.43.* [*ex corruptione:* MAPPAE CLAVIC. 193 gauzo -a est. *cf.* COMPOS. Luc. H 19 gauto erba est.]

I *de specie terrae:* **A** *proprie i. q. sabulum – Sand (cf.* GLOSS. III 212,37 St.-S. h-a griez. 369,4 -a sant. *al.):* **1** *gener.:* DYASC. p. 32^{b} -a maris. HILDEG. phys. 4,16 p. 1260^{B} achates de quadam -a aquae nascitur. CAES. HEIST. mirac. II 2,17 p. 97,10 infirmus . . . eras, quando in -a te baptizavimus. ALBERT. M. veget. 4,31 totus locus factus est -a (*p. 823^{b},40* ψάμμος). *al.* **2** *spec.:* **a** *de proprietatibus:* **α** *de granorum innumerabilitate:* ALDH. ad Acirc. 73,7 his *(milibus viventium)* neque . . . sidera sperae fluctivagi ponti nec compensantur h-ae. POETA Saxo 5,412 turba . . . amplior est numero quam sit h-a maris. *al.* **β** *de levitate, instabilitate:* WALTHARIUS 384 Aeolicis turbatur -a procellis. *in imag.:* LIUTG. Greg. 7 super fluidam h-am humani consilii. *alleg.:* HRABAN. univ. 17,3 p. 463^{A} -a . . . mystice significat instabilitatem hominum . . . vel infertilitatem Iudaici populi. **b** *de materia:* **α** *glarea aurifera – Goldsand:* DIPL. Arnulfi 163 p. 250,7 (interp. s. X.) aurifices . . . fluminum h-is . . . utantur. THEOPH. sched. 3,49 fodiuntur -ae . . . effluentibusque -is remanet aurum. *al.* **β** *terrae species ad vitrum faciendum apta – ein Glassand:* COMPOS. Luc. C 17 coctio vetri: . . . nascitur . . . in partibus Italie in montibus ista -a, est autem et petra, habet colorem vitri, subnicra. G 19. **γ** *pulvis Puteolanus – Puzzolanerde:* INNOC. IV. registr. B 208,10 p. 179,10 lapides, -am, que Puteolana vocatur, cementum. *ibid. al. (v. ind.).* **c** *de usu:* **α** *archit.:* LIBER diurn. 28 p. 20,8 te . . . *basilicam* non de lateribus, sed de calce atque h-a instruxisse commemorat *ruina* (GESTA Font. 17 p. 54,37 muri de c. . . . viscoso -aque rufa et fossili . . . constructi sunt). ANNAL. Ianuens. I p. 51,6 *cives* petras et -am ad murum . . . trahere non cessantes. *al.* **β** *techn. et alch.:* MAPPAE CLAVIC. 30 minium et h-am montanam, auri limaturam . . . teris et coquis. 281 -a citrina. IOH. sacerd. 12 -am candidissimam. *al. per compar.:* MAPPAE CLAVIC. 35 tere in mortario . . ., et cum tibi apparuerit ut -a trita *eqs. in nomine ficticio:* TURBA phil. 21 p. 131,18 accipite album mundum . . . eoque -am imbuite, quae facta est ex lapide septies imbuto. MORIEN. ROM. p. 518^{b},37 stannum, quod alio . . . nomine -a nuncupatur. *al.* **γ** *medic.:* TRACT. de chirurg. 1163 *post abstractionem aquae hydropici* desiccativis et -is utatur calidis *medicus.* **B** *translate:* **1** *renum vel urinae granula – Nieren-, Harngrieß:* AESCULAPIUS 22 p. 37,1 cum -is e vesica egreditur *lotium.* EKKEH. IV. bened. II 215 sed non millenas renibus operentur -as *allia* (CONSTANT. AFRIC. theor. 9,37 p. 49a^{F} passiones in r. sunt -a, lapis *eqs. al.*). MAURUS urin. II p. 6,27 sedimentum, resolutio, -a . . . et aliud quodlibet apparens in urinis (WALTH. AGIL. med. 105 p. 195,33 urina ruffa . . . cum h-a rubea. ALBERT. M. veget. 6,87). **2** *copia (ex multis rebus composita) – (aus vielen Einzeldingen bestehende) Masse:* **a** *spectat ad partium multitudinem:* EKKEH. IV. bened. I 16,114 crinibus innumeris nullatur -a (gloss.: multitudo criminum) pudoris *Magdalenae peccatricis.* **b** *spectat ad partium exiguitatem:* STATUT. ord. Teut. p. 78,7 cavendum . . . est, cum vitamus grandia, ne obruamur -a (CHART. episc. Hild. II 583).

II *de locis:* **A** *campus arenosus – Sandfläche:* **1** *strictius:* TRAD. Weiss. 125 p. 122,6 (a. 788) illam h-am, quod ad ipsa *(hoba)* aspicit. TRAD. Scheftl. 480 vineam . . . et quandam incultam h-am. *al. nom. propr.:* CHART. Udalr. August. I 7 (a. 1156) in suburbio, quod vocatur H-a (['*Gries*']. ANNAL. August. II a. 1279). TRAD. Scheftl. 134 Hartwich de A-a (*'Sand'). al. (v. ind.).* CHART. Const. 10 (ed. K. Beyerle, Konstanzer Grundeigentumsurkunden. 1902. p. 16,16) Heinricus in H-a. CHART. civ. Erf. 235 Theodericus de A-a. *al.* **2** *latius i. q. solum – Erdboden:* GESTA Camer. 1,103 p. 443,51 castrum . . . coaequavit -is *episcopus.*

B *de locis aquosis:* **1** *litus, ripa – Strand, Ufer:* DIPL. Otton. III. 54 p. 459,21 ripam Padi fluminis . . . sive -am. EKKEH. IV. pict. Sangall. 28 maris illius . . . perspaciantur *sancti* -am. CHART. Burgenl. 89 p. 60,32 super Danubium in fine -e episcopi. ARNOLD. Saxo fin. 2,7 p. 63,18 piscis abaerem, quod parit, quando flat ventus ab aerena (*cf. p. 568^{b},25* ἀιγιαλοῖς). *al. in imag.:* WALTH. SPIR. Christoph. II 5,137 qui se placidę hospicio prohibebat -ę *(cf. Verg. Aen. 1,540).* **2** *ora – Küste(ngebiet):* ERMOLD. Ludow. 3,363 iam, Murmane, tuae passim peragrantur h-ae. **3** *alveus sabulosus – sandiges Flußbett:* CARM. Walahfr. app. 1,7 dum Ligeris bibulas transcendis missus h-as. WALTH. SPIR. Christoph. II 2,100 siccas reflui Iordanis -as *(cf. Sedul. carm. pasch. 2,163).* **4** *syrtis – Sandbank:* CHART. Hamb. 514 p. 441,3 (a. 1238) si . . . burgenses . . . cum navibus suis in -a resederint.

C *de theatro, circo i. q. locus certaminis – Kampfplatz, Arena:* **1** *strictius:* WALTH. SPIR. Christoph. II 1,38 madidas servat gladiator -as. INVENT. Matth. 17 p. 452^{F} qui cum praevalido antagonista . . . in -am duelli causa descendit (*syn.* palaestram). *fort. de ipso certamine (in imag.):* PASS. Petri et Pauli 97 hinc Deus assistit spectator huius -ae. **2** *latius i. q. amphitheatrum – Amphitheater:* CHRON. Fred. 2,60 p. 84,9 Treverici . . . in -am huius civitates, quem munierant, liberati sunt *(cf.* IULIAN. TOLET. Wamb. 18 intra -as, quae validiori muro . . . cingebantur, se muniendos includunt *cives Nemausenses).* ERCHEMB. CAS. hist. 44 in termis iuxta -am (*syn.* colossum) *Capuae.* 74 prefectus h-arum. RATHER. coni. 14 p. 542^{A} in circum, quod -a dicitur, . . . urbis *Veronae (cf.* ANNAL. Altah. a. 1041 p. 28,36 ad aedificium, quod vocatur Aerina). DIPL. Heinr. IV. 414 p. 552,30 -am quoque cum satyro, cum famulis et famulabus . . . ęcclesię *Pataviensi* . . . confirmamus. *al.*

arenaceus (-ti-), -a, -um. *arenae similis – sandartig, Sand-:* MAPPAE CLAVIC. 146 gemmae mollioris naturae fricantur . . . in pulvere lapidis -tii (CHRON. Ebersb. I p. 10,18 intra -tium lapidem et tiliam. p. 11,32).

arenarius (ha-), -a, -um. **1** *adi.:* **a** *in arena (arenifodina) factus – im Sand (in einer Sandgrube) angelegt:* NOTKER. BALB. martyr. II. kal. Aug. p. 1132^{A} Romae in crypta -a beati Tertullini martyris. *v. et l. 65.* **b** *in arena exsistens – im Sand (befindlich), Sand-:* THEOPH. sched. 3,49 est aurum -um, quod reperitur in litoribus Rheni. **c** *arenae similis – sandähnlich:* ALBERT. M. animal. 25,23 est . . . color *cauhari serpentis* h-us. **2** *subst. neutr.: arenifodina – Sandgrube:* HRABAN. martyr. p. 1162^{A} dimissa est super eum massa -i (massa -a *Ps. Ambr. act. Seb. 22,83).* MARTYR. Fuld. III. kal. Dec. qui *(martyres)* . . iussi sunt . . . in -o deponi atque illic viventes terra et lapidibus obrui. *de certo sepulturae Christianorum loco (cf. LThK.* ^{2}*VI. p. 22):* NOTKER. BALB. martyr. IV. id. Iun. corpora collegit beata Symphorosa . . . et sepelivit ea in praedio suo in -o.

arenatio *v.* cavatio. ***arenchium** *v.* *arengium.

[Heßler]

***arenga**, -ae *f.* (*cf.* *arengum) **1** *publ. i. q. contio – (Volks-)Versammlung:* ROLAND. PATAV. chron. 3,10 qui *(Willihelmus)* ... pro eius *(Ecelini)* parte semper pugnaverat in-is et consiliis civitatis Padue (*cf.* 3,12). GREG. IX. registr. 499 p. 402,1 homines ... presumunt ... convocare contionem, campanas ad -am habere. **2** *in chartis sim. i. q. exordium, formula prooemii – Einleitung (sformel), 'Arenga' (cf. H. Fichtenau, Arenga. 1957):* SUMMA dict. Saxon. 7,1 p. 218,8 salutacionem sequitur -a, et est -a concors et verborum et sentenciarum posicio. CONR. MUR. summ. 6,6[n] p. 467,37 -a est quedam prefatio, que ad captandam benivolentiam premittitur *eqs.* p. 468,4sq. **3** *per confusionem i. q. angaria – Frondienst:* CHART. Pomm. B 579 p. 454,31 (a. 1253) colonos ... liberos decernimus a vectigalibus ..., -is, perarengis *eqs.* 596 p. 11,35.

***arengaria** (-ger-, -gher-), -ae *f.* *suggestus (ad contionandum factus) – (Redner-) Tribüne, Podest:* DIPL. Frid. I. (DtArch. 8 p. 456,4) *nobiles* dederunt ... Arnaldo desuper arengeria consullum Mediolani ... quoddam privilegium. ALBERT. MIL. temp. 266[tit.] de edificatione arengherie comunis Reginae. *ibid. al.*

***arengium** (-chi-), -i *n.* *contio – (Volks-) Versammlung:* LAND. MEDIOL. hist. II 44 p. 39,37sqq. Yordanus ... descendit ad -chium ...; atque cum ego essem ... huius concionis sive -chii ignarus *eqs.*

***arengo**, -are. *contionari – das Wort ergreifen:* ROLAND. PATAV. chron. 3,4 nec oportuit aliquos -are ... ad predicta *in consilio Paduano.*

***arengum**, -i *n.* *(orig. germ.; cf. theod. 'Ring'; ital.* arengo, *cf. S. Battaglia, Grande dizionario della lingua italiana. I. 1961. p. 641) contio – (Volks-) Versammlung:* ACTA imp. Böhmer 984 p. 690,26 (a. 1267) per omnes Cremonenses congregatos in platea communis ad -um seu publicum parlamentum. ALBERT. MIL. temp. 282 p. 451,1 Bononienses ... fecerunt consilium generale et consilium populi et -um. *v. et* *hringus, *rengum.

***arenositas**, -atis *f.* **1** *qualitas sabulosa – sandige Beschaffenheit:* ALBERT. M. veget. 5,66 si ad ... -em convertatur *locus. ibid.:* arefactio ... privabit nutrimentum *plantae*, et sabulositas sive -s undique faciet evaporare. *adde:* ALPHITA I 312,21 sandatis, id est -s (II p. 161,41). **2** *rotunditas – Rundung:* ALBERT. M. summ. creat. II 1,22 app. p. 215[a],27 ad oppositionem rectam non opponitur *visui* de circulo nisi -s exterior sive convexum partis semicirculi.

arenosus (ha-), -a, -um. *script.* he-: BOTAN. Sangall. 10 praef.

I *adi.:* A *proprie:* **1** *strictius i. q. sabulosus – sandig:* ALDH. epist. 4 p. 484,12 h-is sablonum glareis (virg. I 23 p. 254,12. ALCUIN. epist. 141 p. 223,5 sicut gemmarum fulgor inter h-am splendescit glaream). STEPH. EDD. Wilfr. 13 p. 207,27 in-is locis (HROTSV. Gong. 188. ALBERT. M. veget. 4,18 in l., quae usque in profundum sunt -a [*p. 823[a],1* ψαμμώδεσι]). RUP. MEDIOL. Adalb. 12 montem. DIPL. Heinr. II. 103 terra h-a est maceriaeque utilis. *al.* **2** *latius i. q. arenae similis – sandähnlich, -artig:* a *de qualitate granosa:* Ps. GALEN. febr. 189 urina, que ... habuerit ... nebulas quasi sanguineas et -as (MAURUS urin. I p. 11,42 u. ... cum h-is resolutionibus. BRUNUS LONG. chirurg. 2,17 p. 128[E] cum fęce -a). MAPPAE CLAVIC. 90 patere siccari *lotum* ..., -um enim fiet. b *de colore:* ALBERT. M. animal. 25,15 Asfodius ... serpens ... habet corpus -um. *fort. add.:* COMPOS. Luc. G 12 dum incenditur *terra rufa*, perdet colorem et non est -a sicut illa prior. B *translate i. q. innumerabilis (sicut arenae grana) – unzählbar (wie Sandkörner):* ANNAL. Salisb. cont. a. 1192 (MGScript. XIII p. 239,7) Saladinus ... cum h-a sequebatur multitudine.

II *subst. masc.:* *qui ex urinae granulis aegrotat – ein an Hærngrieß Leidender:* ANTIDOT. Glasg. p. 114,10 limosis, -is, colicis *(sim.* ANTIDOT. Augiens. p. 52,18; *cf. ThLL. VI 2533,20).*

***arentia** (-cia), -ae *f.* *ariditas – Trockenheit:* EPIST. Dominic. 83 p. 106,31 moramini *(sc. sorores)* in foraminibus petre ..., -ciam magis quam virenciam requiratis.

***arenti(c)us**, -i *m.* *(orig. inc., ni cohaeret c. hisp.* arienzo *ex lat.* argenteus; *cf. Corominas, Dicc. etim. castell. I. p. 263sq.)* **1** *species ponderis – eine Gewichtseinheit:* Ps. AVIC. anim. 2,4 p. 97 accipe ... quatuor -ticos *syrupi.* p. 98 recipit ... litargirii quartum unciae, viridis unum -tium, sarcocollae tres -tios, aloes epatici quatuor -tios. **2** *ignis – Feuer:* Ps. AVIC. anim. 6,16 p. 314 *granum* vocant -tium, hoc est ignis.

***arento** *v.* *arrento.

arenula (ha-), -ae *f.* *granum arenae – Sandkorn:* ALBERT. M. veget. 4,33 dividere ... lutum in -as. 64 inter -as (*p. 825[a],35* μέρεσι τῆς ψάμμου) locorum talium *(sc. eremorum)* sunt rarietates. *medic. de urinae granulis:* TRACT. de aegr. cur. p. 318,9 lapis, h-e et superfluitates diverse in renibus et vesica generantur. WILH. CONG. chirurg. 1308 ad -as expurgandas. *al. sing. sensu collect.:* URSO anat. 299 fiunt ... passiones *vesicae* ... lapis et -a. *Heßler*

areo, -ui, -ere. I *proprie:* A *strictius:* **1** *de terra, aqua i. q. exsiccatum vel torridum esse, rigere – ausgetrocknet, dürr, erstarrt sein:* CARM. de Tim. 131 torrente nec -et *unda* ab aestu. POETA Saxo 1,70 aestatis fervore ... -bant (ard-*codd.*) agri (*cf. Verg. ecl. 7,57* -et ager). ANNAL. Foss. a. 1134 (MGScript. IV p. 30,42) fluvius per diem integrum funditus -uit. CARM. Bur. B 81,3,7 qui prius -uerat, campus revirescit. **2** *de plantis i. q. marcere – welk sein:* HRABAN. carm. 37,9 seges alta viret, maturiet, -et. *in imag.:* CARM. Bur. B 106, 4,2 amor mutabilis marcidus -at. **3** *de humoribus i. q. coagulari, solidari – dick, fest werden:* CARM. Bur. B 75,2,5 sanguis -et, hebet pectus. ALBERT. M. meteor. 4,1,1 p. 707[a],30 aliter non -et humor ... nisi in mixto corpore diffusus. **4** *rugosum esse – runzelig sein:* CARM. Bur. B 147,3,1 cutis -et. B *latius i. q. siti laborare – Durst leiden:* WALTHARIUS 1417 -ens pectore.

II *translate i. q. vanum esse – wertlos sein:* CARM. Bur. B 26,2,12 invita caritas ... prorsus -et et deficit.

adi. **arens**, -entis. **1** *siccus, torridus – trocken, dürr:* LIBRI Karol. 1,21 p. 49,10 cum ... Israheliticis transitum -i alveo prestaret. WALAHFR. hort. 14 in -i ... pulvere. CARM. Bur. B 100,2[b],3 -is Libye. CHART. Brem. 378 p. 414,15 cum ... terris ... -bus et palustribus. *al. in imag.:* ARBEO Corb. 4 p. 193,16 ut ... suae praedicationis eorum -ia conplueret rura. LIBRI Karol. 4,1 p. 18,24 -ia corda inrigantur. WALTH. SPIR. Christoph. II 6,166 -s namque tuus *lapillus (sc. pumiceus)* ... errat. *al.* **2** *tenuis – dünn:* WALTH. SPIR. Christoph. I prol. p. 65,13 *(in imag.)* scolaribus deditus agris ... vix paucissimas -ium quasi stipularum aristas arripui. **3** *contractus – gelähmt:* CHART. episc. Hild. I 352 p. 336,29 (c. 1171) -em brachium ... sanitati restituit. *Humperdinck*

1. areola, -ae *f.* *script.:* ori-: *p. 927,38.* ari-: *saepe, e.g. l. 72. p. 927,13.15.* -eal-: *l. 55sq. form.* -o: *p. 927,13.*

I *proprie:* A *campus parvus – kleines Feld:* **1** *de terra culta:* a *pulvinus – Beet (cf.* GLOSS. III 351,35 St.-S. -a bet. *al.):* NOTKER. BALB. gest. 2,12 p. 73,27 *Pippinum* tridente -am holerum nivellantem. REGISTR. abb. Werd. 2,3 p. 18,17 (s. IX./X.) arealam debet *servus* in orto ad plenum procurare, quę areala *eqs.* PETR. DAM. grat. 12 p. 33,26 donec *aqua* ... in fęcundas se -as (-os *C2*) fundat. HONOR. AUGUST. cant. 6,1/2 p. 446[C] -a est terra in horto aequis lateribus hinc inde composita *eqs. in imag.:* ALCUIN. epist. 262 p. 420,15 inriga florentes bonae voluntatis in eis *(sc. sorore et filia Karoli M.)* -as. EPIST. Hann. 50[tit.] consitę a pigmentariis -ę ... servitutis affectum *([cf. Vulg. cant. 5,13].* EPIST. Reinh. 102 p. 85,6 novella -a ... a vero consita pigmentario. *al.). alleg.:* HRABAN. univ. 6,1 p. 151[B] -ae aromatum: virtutes et dulcedo ... eius *(Salvatoris)* designatur. 19,9 p. 531[A] -a virgo Maria *eqs.* b *hortus, hortulus – (kleiner) Garten:* WALAHFR. hort. 63 germinibus vestitur tota tenellis -a. **2** *de terra inculta:* a *terra plana – (Land-) Fläche:* DIPL. Ludow. Germ. 54 (interp.) ubi fluviolus Mutaha se dividit et -am sive insulam facit, que dicitur Munichewert. b *atrium – Vorplatz, -hof:* FUND. Walds. 8 (MGScript. XV p. 1092,30) ariolam consecrando (*syn.* atrium). B *solum, fundus –*

[Heßler]

Grund und Boden, Liegenschaft: ORTL. chron. 1,6 p. 32,18 quod ... tantis usibus aptam nullam vidissent -am. ANNAL. Rod. a. 1115 plantavit ... vineam ... in novali -a haereditatis suae. **C** *fundus cum aedificiis ibi constructis – Hausgrundstück:* **1** *strictius i. q. locus curtis, curtile – Hofstatt (cf.* GLOSS. III 652,52 St.-S. -a hovestat. *al.):* **a** *gener.:* CHART. Fuld. B 430 (a. 780/802) unam -am et silvam ad illam pertinentem. A 379 p. 171,31 absque una dimidia -a legali. DIPL. Heinr. II. 252 p. 290,37 in Lonsteyn mansum unum et vineam unam et -am unam. FUND. Sangeorg. 94 apud eundem vicum -am unam et tria iugera. *al. de locis minoribus cum distinctione qualitatis:* TRAD. Weiss. 169 (a. 711) dono ... in ipsa villa ariolo iuxta area monasterii ..., habet in longitudinem pertegas XIIII *eqs.* CHART. Fuld. A 379 p. 172,3 illas ariolas, quae ad ipsa aedificia et ad illam curtem pertinent (445 quicquid ... habeo ..., id est ... curtis, ariolis, terris). TRAD. Ratisb. 40 tradiderunt ... aream I, terrę arabilis iugera CCCXX ..., extra dimittens ... -am I et territorii iugera XXX. COD. Udalr. 35 p. 66,23 praeposituram N. ... cum ... -is, silvis *eqs.* COD. Lauresh. 140 p. 414,35 molendinum ... solvens XXXIII denarios ... et -a una III denarios. *al.* **b** *spec.:* **α** *de fundo exceptis aedificiis: ruri:* CHART. Fuld. A 632 (a. 889) quatuor huobas ... et -as quinque et quicquid ad easdem huobas pertinet in aedificiis, campis *eqs.* DIPL. Conr. I. 28 mansum ... cum aedificiis, -is, terris. *intra vel prope civitates:* CHART. Fuld. A 478 (a. 828) partes nostras aedificii huius, quod constructum est super illam ariolam ..., quam in Magontia civitate ... habemus (DIPL. Heinr. II. 500 p. 638,33 in c. Metensi et circumcirca vineas, domos et -as). CHART. civ. Erf. 166 -am illam ..., quam olim infeudatam ipse magister ... quoad edificia comparavit (209 *syn.* curia). *al.* **β** *una cum aedificiis:* COD. Lauresh. 429 (a. 755/56) -am meam ... cum ipsa hoba, quam Uuolfinus tenet. CHART. Fuld. A 358 duas ariolas, in quibus habitemus. CHART. Stir. II 174 p. 258,33 ecclesiam ... dotare ... X videlicet -is ... in censu XII denarios solventibus. **γ** *una cum aedificiis et agris:* GLOSS. III 328,53 St.-S. ariola huba. 666,1 oriola mansus colonia huobi. *ibid. al.* **2** *latius usu eccl.:* CHART. Fuld. B 71 p. 128,9 (a. 775) ecclesiam ... cum ipsa -a, in qua aedificata est. FUND. mon. Leonh. (MGScript. XV p. 1000,42) Erkenbaldus ... capellam permissu Burchardi, ad quem -a ex iure pertinebat, ... edifficavit.

II *translate:* **A** *(parva) planities – (kleine) Fläche:* **1** *math.:* GERB. geom. 4,5 in media nimirum -a acuti, in extremis utrinque hebetis anguli species figurantur. **2** *usu communi:* LAMB. LEOD. Matth. I 44 iam tepet arida parvis ignibus -a. **B** *pagina – Seite:* GOZECH. epist. 8 cuius *(verbi)* per omnis huius tomi -as ... meminisse debes.

2. areola *v.* aureola. **3. *areola** *v.* *hareola.

areopagus (-io-), -i *m.* (Ἄρειος πάγος) **1** *collis Aris – Areshügel, Areopag:* ALBERT. M. pol. 2,11[b] p. 196[b],18sq. 'fuisse ... in -o consilium oligarchicum'; -us autem idem est quod virtus vel vicus Martis. **2** *fere i. q. locus sacer – etwa: geweihte Stätte:* THEOD. TREV. transl. Celsi 4 quae ... apud eiusdem urbis *Treverensis* ariopagum ostendere censuit *Deus.*

arepennis *v.* aripennis.

ares *subst.* (Ἄρης) *virtus – Kraft:* ALPHITA I p. 278,13 -s, id est virtus. II p. 14,31. *cf. l. 53. p. 928,52. Heßler*

aresco, arui, -ere. *script.* -isc-: *p. 928,17. metr.* ăr-: *p. 928,4.*

I *proprie:* **A** *strictius i. q. (ex)siccari, indurescere, marcescere – (aus-, ein-)trocknen, hart werden, welken:* **1** *gener.:* ALBERT. M. meteor. 4,1,1 p. 707[a],27 siccum et humidum sunt qualitates passivae ...; unde illa sunt, quae ... permutantur et humescunt et -unt. 4,2,5 p. 753[a],9 -unt (*p. 382[b],10* ξηραίνεται), quaecumque sunt aquea et aquae species. p. 753[b],45 omnia ... -unt calido calefacta vel frigido infrigidata. *ibid. al. de coagulatione:* ALBERT. M. meteor. 4,2,4 p. 752[a],31 quaecumque autem coagulantur, -unt quodammodo. *de statu i. q. rigere – erstarrt sein:* HILDEG. epist. I 43 p. 213[b] hiems ... -it, aestas vero floret. **2** *spec.:* **a** *de terra, aqua sim.:* WALAHFR. hort. 64 quamquam illius *(areolae)* pars ista sub alto -at tecto. EINH. Marc. et Petr. I 1,10 umor ... coepit -ere. EKKEH. IV. pict. Mog. 382 -it vellus. **b** *de plantis:* PAULIN. AQUIL. carm. 1,64 picta ... virecta ..., frigore quae numquam radio nec solis -unt. HILDEG. epist. II 81 pestilentiam nodorum, per quam -ere potest *ranium.* ALBERT. M. veget. 3,8 maturato semine -unt *testae fructuum.* animal. 5,28 rami, quos saepius inficit stercus eius *(avis aquaticae),* -unt. *al. per compar. et in imag.:* TRAD. Lunaelac. 62 p. 36,31 (a. 823) labentia istius seculi ... quasi florencia hiemali marcescunt et -ent *(sic?).* EKKEH. IV. bened. I 6,24 -uerat cortex, viridescit gratia vertex. DIPL. Heinr. IV. 488 p. 665,21 divinum servicium miserabiliter -uisse (*opp.* floruit). CHART. Livon. A I 7 p. 8,20 germen antiquum praedecessoris vestri non sub una nocte -uit. CARM. Bur. B 43,8,1 -uit spes estuans diuturnitate. *al.* **c** *de partibus corporis animantium:* RECEPT. Bamb. 19 cervi pulmones ... in fumo -iscant. ALBERT. M. animal. 2,34 cum -uerit, efficitur cornu cervi valde leve. 9,75 altera *partium umbilici* consolidatur et -it, donec decidit ... a ventre infantis. **B** *latius c. sensu debilitationis vel vexationis:* **1** *siti laborare – Durst leiden:* REGINO chron. a. 890 p. 135,8 oppidanis siti -entibus fit deditio. RYCCARD. chron. a. 1199 p. 20,29 -ere ceperant aquis deficientibus in cisternis. **2** *debilitari, torpescere – kraftlos, steif, starr werden:* WIDUK. gest. 1,34 p. 46,24 brachia tortoribus -uerunt. VITA Cadr. 31 (MGScript. XV p. 692,26) in terram elisa stridens dentibus et spumans -bat *domina (cf. Vulg. Marc. 9,18).* MIRAC. Pirmin. 19 adolescens ... mutus et surdus repentina divini examinis sententia percussus -uit (*cf.* 14). RICHARD. ANGL. anat. I 445 a⟨g⟩graciliantur et -unt *membra,* quia nutrimenti habent inopiam. ALBERT. M. animal. 1,553 corpus. *al.* **3** *senescere – alt werden:* HILDEG. phys. 7,10 in se -ere incipit *cervus* et tardus fieri.

II *translate i. q. evanescere – dahinschwinden:* WALAHFR. carm. 33,8 dum spesque fidesque -uerint, solus tum superabit amor.

aresta *v.* arista. **arestato** *v.* cheristado.

***aresto** *v.* *arresto.

***arescos** *adi.* (ἀρεσκος?) *gratus – erfreulich:* GLOSS. med. cod. Trev. p. 147,29 areocos *(i.* ἀρεστός? *ed.)* i. iucundus.

aretalogus (ha-), -i *m.* (ἀρεταλόγος) **1** *ariolus – Wahrsager:* BENZO ad Heinr. 5,6 p. 651,41 Balaham ... fecit h-um ideoque cum prophetis non habet katalogum. **2** *fabulator, nugator – Geschichtenerzähler, Schwätzer:* THIOFR. flor. 2,5 p. 356[A] ubi certa mei inveneris signa indicii, noveris me ... non fungi vice -i. Willibr. II 2,476 -us esse videris.

arete, -es *f.* (ἀρετή) *virtus – Mannhaftigkeit, Tugend:* EPITAPH. var. I 7,3 ἀρητῆς *(sic)* germine vernans. II 42,14 ἀρετῆς (APNTHEC *cod.*) σπουδοῖα satelles *(sc. abbatissa)* ... sexum virtute redemit.

***aretica** *subst. (cf.* ἀρετή *et* Ἄρης) *res potens, efficax – kräftige, wirksame Sache:* ALPHITA II p. 14,31 Ares i. virtus, inde -a (arcotica ALPHITA p. 278,13) i. virtuosa. *cf.* ares *p. 927,58.*

aretro (a retro) *adv.* **1** *a tergo – von rückwärts:* LIBER hist. Franc. 38 p. 308,27 abstracto gladio a retro eum in cervice percussit. **2** *post tergum – hinten:* LIBER hist. Franc. 4 p. 311,27 a retro stans armiger. *Humperdinck*

***arga** *(m.) (orig. langob., cf. theod. vet.* arg, *v. F. Kluge – A. Götze, Etym. Wörterb. d. dt. Sprache.* [18]*1960. p. 29) homo ignavus – Feigling:* EDICT. Roth. 381 si quis alium -a per furorem clamaverit. PAUL. DIAC. Lang. 6,24 p. 173,4 qui Argait ab -a nomen deductum habes. p. 173,7 quis ex nobis magis est -a. p. 173,14.

***argalia** (-ria), -ae *f.* (ἐργαλεῖον, *aevo recenti* ἀργαλεῖον) *chirurg. i. q. syrinx – Katheter:* CONSTANT. AFRIC. theor. 9,32 p. 48 b[r] si ... in atricorum perforationes -a mittatur. *ibid.:* si ... cum -a digitus iungatur. TRACT. de aegr. cur. p. 324,42 per -riam mittitur *suffocatio vesicae.* WALTH. AGIL. med. 68 p. 174,18 aqua iniciatur per -am in foramen virge. THEOD. CERV. chirurg. 3,44 p. 172[G] -a sive syringa ... in virgam ... intromittatur. *al.*

[Baader]

argastulum *sim. v.* ergastulum. ***argelis** *v.* *argilis.

***argelzarus** *subst.* (*orig. inc., nisi corruptum ex arab.* azzingar) *aerugo – Grünspan:* ALPHITA II p. 16,14 -us, viride es idem.

argemon, *dat. pl.* -matis *(n.)* (ἄργεμον) *script.* argi-, egem-: *l.* 9.

albugo (oculi) – grauer Star: PAUL. AEGIN. cur. 99 p. 61,13 de ulceribus *oculi* ... -on (*3,21* ἄργεμον) ... in pupille circulo nascitur *eqs.* ARS med. 7 p. 428,8 -imon (egemon *G; Galen. ed. Kühn XIX p. 433,19* ἄργεμον) dicitur ulcus in oculo. DYASC. p. 91[a] *fel* convenit ... -matis (*Diosc. gr. 2,78,2* ἄργεμα) et tracematis.

argemone (agri-, argi-, -mon, -monis *sim.*) *subst.* (ἀργεμώνη) **1** *concordialis – Sandmohn (Papaver argemone L., cf. André, Lex. bot. p. 39):* ANTIDOT. Lond. p. 20,17 in ipsa aqua sit ... -e (argi- ANTIDOT. Bamb. app. p. 36,8). DYASC. p. 13[b] agrimone herba omnibus nota et farraria minor dicitur (*Diosc. gr. 2,177* [*RV*] ἀργεμώνη). **2** *herba foliis latis praedita, sc. lappa vel lapathum, vix lactuca – breitblättrige Pflanze, nämlich (große) Klette oder (stumpfblättriger) Ampfer, kaum Lattich (Arctium lappa L. vel Rumex obtusifolius L., vix Lactuca sativa L., cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. I. p. 381):* GLOSS. III 478,26 St.-S. -nis leticha. 485,46 arginonis bletecha. 493,39 argmonis blatecha. 517,26 -nis blatich. V 35,38 lapacium vel -mon lateche. *fort. add.:* GLOSS. III 535,14 St.-S. arrigenes leteche. 548,1 arnugenes letiche. *v. et* 1. agrimonia.

argemonia *v.* 1. agrimonia. **argencium** *v.* argenteus.

argendum *v.* argentum.

argentalis, -e. *argentum continens – silberhaltig:* Ps. AVIC. anim. 5,9 marcasita est multis modis, -is et de auro *eqs.*

argentarius, -a, -um. *script.:* arc-: *p. 930,8.* arz-: *p. 930,4.* -ter-: *p. 930,3sq.7sq.* -e(us): *l.* 57.

I *adi. i. q. argenteus – Silber-:* **A** *spectat ad metallum rude:* **1** *strictius i. q. argentum continens – silberhaltig:* CHART. march. Misn. II 510 p. 352,13 (a. 1185) in terminis monasterii venę -ę repertę sunt. GESTA Trev. cont. III 4 p. 382,27 iura ... in -a fossa de Homecen. ARNOLD. LUB. chron. 5,28 p. 207,30 excavatur mons -us, qui apud Goslariam multis est cognitus. **2** *latius i. q. ad argentifodinam pertinens – zur Silbergrube gehörig:* ARNOLD LUB. chron. 6,6 p. 217,39 casulis eorum *(Goslariensium)* -is destructis. **B** *spectat ad supellectilem:* **1** *de rebus:* **a** *ad confectionem supellectilis argenteae aptus – zur Herstellung von Silbergerät geeignet:* CHART. Gosl. I 301 p. 324,14 (a. 1174/95) fabricam -am. **b** *ad supellectilem argenteam poliendam aptus – zum Polieren von Silbergerät geeignet:* AURELIUS 26 p. 730,27 cretam -am ... de penna linimus. GLOSS. Salern. p. 6[a],6 chimolea, creta -a, terra Sarracenica, terra sigillata. p. 12[b],8 gisania, creta -a. **2** *de hominibus i. q. supellectilem argenteam effingens – Silbergerät herstellend:* LEG. Burgund. const. 10,3 fabrum -um.

II *subst.:* **A** *masc.:* **1** *argentifaber – Silberschmied (cf.* GLOSS. III 138,70 St.-S. -us silbersmit. 396,15 -us silberere): LEG. Burgund. const. 21,2 aurificem, -um, ferrarium, fabrum aerarium (CAPIT. reg. Franc. 32,45. 128,29. *al.*). VITA Leod. 21 (MGMer. V p. 303,4) iussit ... -os (-eos *var. l.)* com malleos adesse, quae minutatim cuncta confringerint. CHART. Stir. I 576 testes ... Fridericus -us *eqs.* (CHART. Rhen. med. III 360 p. 290,12. *al.*). *remissius:* CAES. HEIST. mirac. I 3,15 p. 130,23 ad domum ... -i venit ... mercator ... volens comparare ... ornamenta de auro sive argento fabrefacta (*postea:* aurificis [artificis *var. l.*]). **2** *qui in argentifodina operatur – Silbergrubenarbeiter:* COD. Wang. Trident. 236 p. 441,18 (a. 1185) ab -is, qui solent appellari silbrarii, electi ... promiserunt ... episcopo *eqs.* **3** *thesaurarius – Schatzmeister:* LEG. Wisig. 2,4,4 p. 97[a],13 ut non *servi* ... palatinis officiis ... honorentur, id est stabulariorum, gillonariorum, -orum. *fort. add. nom. propr.:* AGNELL. lib. pont. 57 ecclesia ... a Iuliano A-o ... fundata est. **B** *fem.:* *argentifodina – Silbervorkommen, -grube:* CONST. I 175 (a. 1158) regalia sunt ... -e et palatia *eqs.* CHART. Rhen. med. I 611 p. 673,24 invenire ... -am. COD. Wang. Trident. 24 p. 65,10 Henricus ... resignavit ... -eriam et homines. 237 p. 444,11 decretum ... fecit ... in facto arzenterie sui episcopatus. ACTA imp. Winkelm. I 177 p. 154,40 confirmamus ... comitatum ... cum ... -is, pascuis. CHART. Bund. 763 p. 222,22 in pignus ... habuerunt ... dominationes et honores ... super metallis et -eriis et venis. CHART. Tirol. notar. II 522 montis arcenterie. *al.*

***argenteitas,** -atis *f.* *qualitas vel substantia argentea – silbrige Beschaffenheit oder Substanz:* Ps. GERH. CREM. sept. p. 343,1 cum ... conversum fuerit ferrum ad -em vivam. Ps. AVIC. tinct. 6 p. 631[a],23 si fuerit ... in eo *(sulphure)* vis -is sulphuris non urentis.

argentella *v.* argentilla.

argenteolus, -a, -um. *ex argento fabrefactus – aus Silber hergestellt, Silber-:* LAMB. TUIT. Herib. 2,34 iste *(caecus sanatus) attulit* dona in modum oculorum -a.

700 -um ingens testis sentencia prodit. **b** *c. colore quodam i. q. approbatio – Bestätigung, Zeichen der Anerkennung:* Otto Frising. chron. 4,3 p. 187,28 ecclesia occidentalia regna ... sibi tradita affirmat in -umque tributum ... usque hodie exigere non dubitat. Chart. Stir. II 200 p. 290,14 Runensibus ... in -um sue proprietatis ... quinque tantum denarios ... percepturis. Chart. Brixin. 82 p. 91,5 successionis pensionem ... hospitali ... in -um locationis persolvere. *pendet* quod: Chart. Otterb. 104 p. 78,22 (a. 1252) libra cere ... persolvende in recognitionem et -um, quod *eqs.* **2** *log. et rhet.:* **a** *in univ.:* Aldh. virg. I 35 p. 277,6 cuncta Stoicorum -a et Aristotelicas categorias ... despexit. Ermenr. ad Grim. 7 topyca sunt loca seu sedes -orum. Ekkeh. IV. pict. Mog. 461 rex rhetorum more (gloss.: maius -um est, quod operibus, quam quod verbis fit) struit -a mucrone *eqs.* Epist. Ratisb. 12 p. 331,31 questione proposita per -a, per argumentationes, per propositiones maximas, per loca. *al. (v. ind.).* Albert. M. praedicab. 1,3 p. 5^{b},15 docet enim logica principia, ... quibus -is de quolibet scibili disserendum est. top. 8,3,1 p. 520^{b},16 ad omnem positionem respondentis considerandum est -um (*p.* 163^{a},37 ἐπιχείρημα) terminans eam ad affirmationem ... et arguens ad negativam. *al. c. acc. c. inf.:* Anselm. Bis. rhet. 1,12 p. 123,16 oportunitas ... loci ... te deditum esse Veneri non invalidam subpeditat copiam -i. **b** *c. colore quodam:* **α** *enuntiatio – Urteil:* Ekkeh. IV. bened. I 41,12 simplex proloquium (gloss.: quod et -um dicunt). **β** *conclusio – Schluß:* Albert. M. anal. pr. 2,7,7 p. 801^{b},21 a signo ... non trahitur -um (*syn.* syllogizatur, arguatur) nisi affirmative. top. 2,1,5 p. 303^{b},43 a quo *(loco)* trahatur -um. **γ** *demonstratio(nis actio vel species), ratiocinatio – Beweis-(führung, -verfahren), Syllogismus:* Godesc. Saxo theol. 5 p. 206,20 syllogismus est -um et sententia cornuata satisque ... captiosa. Berth. (?) annal. a. 1071 -um depositionis a maiori ad minus. Albert. M. incarn. 37 p. 208,56 in -o ... ordinantur praemissae ad conclusionem. praedicab. 1,4 p. 8^{a},2 *sermo complexus* fidem ... facit per hoc, quod ad formam -i collectivus est. anal. pr. 1,1,8 p. 471^{b},17sqq. omne ... -um reducibile est in syllogismum, et ideo oportet, quod in omni -o sint termini, ex quibus fiant duae propositiones. 2,7,5 p. 796^{b},21 in -o, in quo primum de medio concluditur per simile tertio. *al. de syllogismo dialectico:* Albert. M. top. 8,2,7 p. 515^{b},6 -um (*p.* 162^{a},16 ἐπιχείρημα) ... dicitur syllogismus dialecticus. **3** *theol.:* **a** *in univ.:* Aldh. virg. I 36 p. 281,9 ut nutum supernae maiestatis -is evidentibus experiretur. Godesc. Saxo theol. 21 p. 292,7 in apodexim, id est -um seu probamentum suae assertionis. Albert. M. resurr. 1 p. 237,32 -a apostoli theologica. 48 p. 265,13 de -is resurrectionis sive de apparitionibus. p. 265,19 quae *(ascensio Christi)* ... fuit -um gloriae resurgentium. *ibid. al. remissius:* Carm. de Tim. 80 sanctorum nutat series incerta librorum, -a sacrae cum fidei pereunt *(sc. in iudiciis Dei).* **b** *c. colore quodam:* **α** *c. sensu probationis:* Albert. M. resurr. 68 p. 278,50 -a ... resurrectionis non ducuntur nisi super resurrectionem capitis *(i. Christi) eqs.* 77 p. 285,61 ad prima duo -a dicendum est, quod *eqs.* **β** *c. sensu apparitionis (cf. Vulg. act. 1,3; v. et* Gloss. I 741,37 St.-S. -is i. exemplis, -um chleini): Vita Euch. Val. Mat. 12 *Christus* per dies XL in multis -is apparuit. **γ** *c. sensu iudicii animi (cf. Vulg. Hebr. 11,1; v. et* Gloss. I 781,36 St.-S. -um ... tougeni. 783,3 -um liist): Godesc. Saxo theol. 22 p. 307,28 -um rerum non apparentum. **4** *comput., math., geom. i. q. ratio calculi, regula computi – Berechnung(smittel, -methode), Rechenvorschrift, Algorithmus (cf. B. Krusch, AbhBerl. 1937/VIII. p. 62.75):* Aldh. epist. 1 p. 477,16 difficillima rerum -a et calculi supputationes ... repperi. Beda temp. rat. 17,18 ne suspicio tibi forte -i fallentis incidat. 24,2 tradunt ... -um veteres, quo luna cuiuscumque aetatis, quot horas luceat, exploretur. Carm. var. I 9,1,13 *Pacificus* invenit -um *horologii nocturni.* Rhythm. 115,13,2 huius anni ... lunarem circuitum non informat -i usitata regula. *al.* Carm. libr. II A 8,1 haec ... -a *(sc. paschalia)* ... describsi tibimet. Catal. biblioth. Lehm. I 19 p. 87,15 Bedae libelli ..., item ... alia -a computandi in volumine I. Anon. geom. I 4,60 p. 362,7 Eratosthenes ... tali huius artis *(sc. geometriae)* dicitur usus -o. Berth. (?) annal. praef. p. 267,32 compoti ... rationem, regulas et nonnulla -a ... composuit *Herimannus. saepe. meton. de tabula:* Beda temp. rat. 19,3 huic *(calculandi minus idoneo)* ... commodamus -um, quo id, quod quaerit, inveniat *(cf. notas ed. p. 354sq.).* 20,16 hoc ... -um ... praefigendum esse censemus. *ibid. al.* **5** *mus. i. q. regula, praeceptum – Regel, Anweisung:* Guido Aret. micr. prol. p. 86,3 de multis musicis -is ... quaedam ... perstrinxi. 17 p. 186,3 his (-is *add. Mi 1*) breviter intimatis aliud tibi planissimum dabimus -um (exemplum vel -um *Br3*) utillimum visu. p. 195,3. *al.* Anon. mus. La Fage capit. p. 355,26 quomodo cantus debet componi; de -is.

II *materia, propositum – Gegenstand, Thema, Stoff:* **A** *gener.:* Aldh. ad Acirc. 4 p. 74,11 oblato huius *(sc. septinariae)* supputationis -o. Regino chron. a. 450 cum ipsa philosophia miris disputationum -is conquiritur *Boethius.* Epist. Meginh. 22 scribendi -o. *huc spectare vid.:* Aldh. ad Acirc. 7 novo nos et inusitato dicendi -o ... praedicta enigmata cecinisse. Catal. biblioth. Lehm. I 10^{B} p. 33,13 (a. 1142/78) expositiones -orum vel lucidarius. **B** *c. colore quodam:* **1** *studium, ars – Beschäftigung:* Hraban. inst. cler. 3,25 p. 238,17 quae *(astronomia)* ... dignum est religiosis -um magnumque curiosis tormentum. **2** *finis – Ergebnis:* Chart. ord. Teut. (Thur.) 219 (a. 1270) sane deliberacionis exigit -um facta hominum ... litterarum apicibus annotari. **3** *praefatio vel conspectus – Einleitung oder Inhaltsangabe (cf. LThK.* ^{2}*I. p. 839sq.):* Catal. biblioth. Ruf 90 p. 359,30 (a. 1112/23) pars commenti super Porphirium, ... excerptum de Prisciano ..., -um super Donatum et super Porphirium.

III *modus vel consilium (dolosum), dolus, calumnia, simulatio – (listiges) Mittel oder Plan, List, Ränke, Vorwand (cf.* Gloss. III 416,72 St.-S. -um cleinlist. *al.):* **A** *strictius:* **1** *gener.:* Vita Eptad. 18 (MGMer. III p. 192,17) Salomon promiscua demonis -a compressit. Anast. Bibl. epist. 5 p. 404,29 versutum in patriarcham sarcinat -um. Berth. (?) annal. a. 1079 p. 322,24 hoc quasi honoris defensorio quodam -o sese artificiose liberantes Saxonibus *(sc. hostibus). al.* **2** *iur. et publ.:* Leg. Wisig. 2,2,10 ne ... sub fraudis huius -o pars causantium iudicialis fori equitatem effugiat. 12,2,14 p. 421,13 sceleris -um (argumentatio *V8*) ingenuus si prodiderit. *al. (v. ind.).* Capit. reg. Franc. 209 aliquas novitates aut -a, quae ad detrimentum populi pertinent, agere. Dipl. Otton. I. 235 p. 326,31 impeditionis -um componere in prefatam electionem *papae. al.* per quodlibet -um, (sub) quocumque -o *sim. i. q. causa aliqua interposita – unter irgendeinem Vorwand:* Leg. Wisig. 3,6,2 p. 167,14 sub quocumque -o facere divortium. 5,7,20. *al. (v. ind.).* Conc. Karol. 12 p. 68,32 quocunque -o vel exquisita occasione ... destruere. Capit. reg. Franc. 172 p. 354,20 per quodlibet -um sive machinationem. Dipl. Karoli III. 16 p. 25,38 quolibet ingenio vel -o (Dipl. Loth. III. 4 p. 6,15). *al. (calumniosa) contradictio – (tückischer) Einwand:* Chart. Eichsf. 340 (a. 1250) ut omne -um de futuro caveatur. **B** *latius sensu malo attenuato vel evanido i. q. adiumentum, adminiculum – (Hilfs-)Mittel:* Annal. Mett. a. 752 p. 43,16 temptatis ... plurimis -is ... civitatem capere non potuit. Chron. Median. 14 p. 216^{B} cum ... variis ... -is ... flammam certarent evincere. Mirac. Adalb. Wirz. 15 p. 74,25 ut nulla vi trahentium, nullo -o ... erui quivisset *instrumentum. al. de medicamentis:* Vita Desid. Cad. 43 cum ... multimoda medicorum -a ei *(episcopo)* sedule inpenderentur (*cf.* 49 nullo recuperandi -o).

IV *instrumentum, machina – Gerät, Maschine:* **A** *machinamentum obsidionis vel belli – Belagerungs-, Kriegsmaschine, Geschütz:* Vita Anian. 9 (MGMer. III p. 114,15) fossata percutiunt, omnem -um ingenia (ingenium -um, ingenium -aque *sim. var. l.*) disponunt *Huni.* Vita Ludow. Pii 16 p. 615,16 illam *(Tortosam)* arietibus, mangonibus, vineis et ceteris -is lacessivit ... muralibus. Liutpr. antap. 5,15 p. 138,13 -um, quo ignis proicitur, non in prora solum ...

[Schmidt]

ponite. ANNAL. Bar. a. 1042 (MGScript. V p. 56[a],19) Argiro ... iussit -a incendi. *in imag.:* ALDH. virg. I 36 p. 282,9 catholicae fidei propugnaculum saecularis -i ballista quassatum atrocisque machinae arietibus subrutum. **B** *apparatus venationis – Jagdgerät:* DIPL. Merov. I 5 p. 7,47 (spur. a. 1003/05) de -is ..., per que aves possunt capi super aquam. **C** *tormentum – Marterinstrument:* HRABAN. martyr. p. 1168[C] verbera et -a rotarum ... et pondera lapidum ... superavit *Euphemia.* **D** *?vinculum – ?Fessel:* AETHICUS ISTER 41 p. 29,27 *(in imag.)* qui *(Alexander M.)* tam utilia -a ⟨ad⟩ agrestium hominum vesaniam retrudendam adinvenit, quorum solutionem temporibus antechristi in persecutionem gentium ... credimus adfuturum.

arguo, -ui, -utum, -ere. *script.* arc-: *l. 21.*

I *accusare, incusare, vitio dare, in ius vel crimen vocare – beschuldigen, bezichtigen, an-, verklagen:* **A** *gener.:* LEX Alam. 41,2 si ... spernit eum *(iudicem)* et -it (-et *10*) coram aliis et dicit 'non rectum iudicas'. HRABAN. epist. 10 p. 396,23 ne inoboedientię -rer fastu. HROTSV. Pafn. 4,4 infidelitatis nos -is. THANGM. Bernw. 1 p. 758,41 nulla hora ... desidiae illum -bat. CARM. var. Walther 1,19,3 arcuti criminis, acsi rei simus. *al. seq.* quod: BEDA hist. eccl. 5,21 p. 337,22. *c. nom. c. inf.:* HROTSV. Sap. 1,2 ne reus maiestatis esse -aris. *culpam conferre – zur Last legen:* WIDUK. gest. 3,19 quod -retur incauti certaminis *consobrinus regis.* **B** *in re iudiciaria:* LEX Frision. 3,3 si liber furti -atur. WIDUK. gest. 1,18 coram quo *(duce)* cum quaedam mulieres ... rerum venificarum -rentur. CHRON. Salern. 107 p. 118,22 non est, qui illos super hoc in faciem -at. THIETM. chron. 6,60 in qua *(synodo)* ... episcopus ab archiepiscopo suimet -itur. BERTH. (?) annal. a. 1076 p. 286,9 illum *(regem)* neque -ere neque punire neque corrigere poterant. *al.*

II *coarguere, convincere – überführen:* **A** *gener.:* ALDH. virg. I 32 p. 273,18 pallor ob detectum sceleris reatum tremibundos -it. ANSELM. Bis. rhet. 1,11 te tua argumentacio accusat et -it. *refl.:* ANSELM. Bis. rhet. 1,11 te cęterorum omnium -is et accusas. **B** *spec.:* **1** *iur.:* LEG. Wisig. 7,1,5 prius ..., quam ... manifestis probationibus -atur. *al. v. et p. 944,70.* **2** *medic. i. q. probare – nach-, ausweisen:* PAUL. AEGIN. cur. 53 p. 29,20 -unt *(3,13,1* διελέγχει) ... epilepticos fumigantia.

III *reprehendere, obiurgare, corrigere, improbare – tadeln, Vorwürfe machen, zurechtweisen, mißbilligen* (*cf.* GLOSS. I 32,12 St.-S. -es thrauuis): **A** *gener.:* **1** *in univ.:* ALDH. virg. I 59 quae *(epistolae)* meorum foenus votorum hactenus infectum -bant. WALAHFR. imag. Tetr. 27 si pauca loquar, ... -e lenius. WIDUK. gest. 1,5 alii eum irridere coeperunt amicorum, alii -ere. 3,68 de perfidia. *al. refl.:* THIETM. chron. 1,20 me sic -o. *seq.* quod: FROUM. carm. 32,5. **2** *c. colore quodam:* **a** *castigare — züchtigen:* GODESC. SAXO gramm. 2 p. 425,7 quamdiu ab eo *(Deo)* -eris, id est, quamdiu castigaris et corriperis *(cf. Vulg. Hebr. 12,5).* **b** *punire – bestrafen:* LEG. Wisig. 12,3,24 eorum *(episcoporum)* -etur socordia. **c** *vituperare – beanstanden:* NIGOL. BIBER. carm. 1092 (ed. Th. Fischer. 1870) panis displicet uni, -it hic potum. **d** *desuadere – warnen:* ECBASIS capt. 32 reditus quarum *(Camenarum)* ... commonet ..., increpat ..., -it invalidum per fortia tendere gressum *(cf. l. 61).* **B** *eccl. in paenitentia, correptione christiana sim. (cf. E. Göller, RömQuartSchr. 39. 1931. p. 235):* **1** *in univ.:* ARBEO Emm. 9 peccatum acriter increpando -ens ([*cf. Vulg. II Tim. 4,2*]. DIPL. Otton. I. 316 p. 430,37 iuxta canonicam regulam -ere, increpare, obsecrare. BERTH. [?] annal. a. 1075 p. 280,17. *al.*). WETT. Gall. 3 sanctus vir ... pro concubinis ... vehementer -bat. HROTSV. Gall. 1,3 monui hortando potius quam -endo. THIETM. chron. 2,14 -bat enim idem *(presbiter)* et regem et populum ... demonibus vacantem. EPIST. Mog. 56 p. 405,19 a bono filio non est -endus *pater?* ABSAL. serm. 29 p. 172[C] reformatur ... poenitentia claustralis correctione, quae fit tribus modis: -endo, denunciando, proclamando. CARM. Bur. B 33,3,3 malos potenter -e. *al. c. acc. c. inf.:* BEDA hist. eccl. 4,2 p. 205,23. **2** *c. colore quodam:* **a** *graviter monere, hortari – ins Gewissen reden, ermahnen:* THIETM. chron. 7,31 omnes ..., qui se aliquo contra eum fore culpabiles negabant, sic -bat: *'eqs.'* **b** *obicere – vorhalten:* ARBEO Emm. 36 his -ere adulterium studui. **c** *praemonere – verwarnen:* CONC. Karol. 16,15 ut, si quis ... iniuncta minime impleverit, prima vice -etur (-atur *var. l.*). **d** *iudicium facere – Gericht halten:* BERTH. (?) annal. a. 1076 p. 285,37 crimen eius sciebant et non -bant.

IV *cogere, commovere, perducere, facere – zwingen, veranlassen, dazu bringen, lassen:* ALTFR. Liutg. 2,8 quem necessitas -erat. *seq.* ut: ARBEO Emm. 45 p. 96[a],21 qui *(episcopus)* eam per manum inquisitione -ere studuit, ... ut alimentum sumeret. *c. inf.:* RICHER. REM. hist. 4,40 quod ... casus repentini aliter fieri -rent. GESTA Camer. cont. II A 297,4 illi subiugari et vis et fames -it. *ibid. al.*

V **A** *log. et rhet. i. q. demonstrare, argumenta afferre – beweisen, argumentieren, diskutieren:* **1** *in univ.:* ALBERT. M. praedicab. 1,4 p. 7[b],43 sermo ... complexus ... non habet -ere et fidem facere de enuntiato. anal. pr. 1,5,6 p. 624[a],10 illa ... propositio, ad quam sunt plures viae ..., facilis est ad -endum. top. 2,1,6 p. 306[b],33 opponentibus diffinientibus antecedens et consequens facile erit -ere (*p. 111[b],15* ἐπιχειρεῖν) de proposito. 8,3,1 p. 520[b],36 ad -endum (*p. 163[b],6* ἐλέγχειν) ad quodlibet propositum. *v. et p. 937,54.* **2** *c. colore quodam:* **a** *concludere, syllogizare – schließen:* ALBERT. M. phys. 1,3,16 p. 85[a],17 Parmenides sic -it (*cf. p. 192[a],1* λέγειν). anal. pr. 2,7,7 p. 802[a],2 si ... -at aliquis contrarium a simili. 2,7,9 p. 804[b],23 affirmative. 2,7,10 p. 806[b], 9 ambo illi modi -endi *(sc. inductio et exemplum).* top. 1,1,3 p. 242[b],23. *al. c. acc. c. inf.:* ALBERT. M. anal. pr. 2,7,9 p. 804[b],17 enthymemate -imus aliquam peperisse ex hoc, quoniam est pallida. **b** *redarguere – widerlegen:* ALBERT. M. pol. 1,9[1] p. 81[b],14 ex hoc -it *Aristoteles* quosdam *(sc. ratione servos privantes).* elench. 1,1,6 p. 535[a],38 modi -endi (*p. 165[b], 23* ἐλέγχειν), sive per quos -itur ad redargutionis metam ducendo, sunt duo. **B** *usu communi i. q. indicare – anzeigen, angeben:* NIVARD. Ysengr. 7,61 taliter -rent (aug- *B*) tua tintinnabula tempus?

adi. **arguens,** -entis. **1** *demonstrans – beweisend, argumentierend: v. p. 941,22.* **2** *persuadens, ad persuadendum aptus – überzeugend: v. p. 937,36.*

subst. **arguens,** -entis *m. qui argumenta affert – ein Argumentierender:* ALBERT. M. metaph. 4,2,2 p. 222[a],7 (p. 176,35 G.) oportet ... 'dignari' quemlibet etiam sine demonstratione -em ... id, quod diximus esse 'principium' ..., 'dicere' videlicet idem secundum idem 'esse' vel 'non esse'. p. 222[a],12 (p. 176,39 G.).

adv. ***arguenter.** *modo (prae)monentis vel accusantis – mahnend, warnend, anklagend:* HRABAN. martyr. p. 1180[A] *imperator* coepit per civitates ... praecepta -r dirigere.

Argus *m.* (Ἄργος) **1** *subst.: metaph. de Deo i. qui omnia videt (ut Argus) – der Allsehende (wie Argus):* EGBERT. fec. rat. 1,1008 desuper intentans oculatus prospicit Argus. **2** *adi.: vigilans, circumspectus – wachsam, umsichtig: v. p. 945,26.*

argustulum *v.* ergastulum.

argutarius, -a, -um. (*cf.* ?acutarius, argutus *p. 945,29; hisp. vet.* argudarse [*v. Meyer-Lübke, REW[3] nr. 643*]) *venaticus, vertragus – Jagd-, Hetz-, Wind-:* LEX Sal. Pipp. 6,2 (rec. E) si quis veltrum -um (-o *E11.14*) furaverit. LEX Sal. Karol. 6,2 veltrem porcarium sive veltrem leporarium, qui et -us (arc- *K19*) dicitur. *v. et* ?acutarius.

argutia, -ae *f. astutia, cavillatio – List, Spitzfindigkeit:* BERTH. (?) annal. a. 1079 p. 322,36 multifariis figmentorum -is ac responsis mirabiliter instructus. CHART. episc. Halb. 734 p. 52,38 ne contra simplicem veritatem talis -a de triumpho gloriaretur in fine.

argutio, -onis *f. coargutio – Überführung:* GERHOH. psalm. 37,2 p. 589,16 in iudicio -o prior ordine et corruptio sequens est; argui enim est in iudicio verborum ac rationum argumentis superari ac postremo meritam sententiam excipere. *v. et* arguitio.

[Schmidt]

***argutor**, -oris *m.* *vituperator – Tadler, Kritiker:* EPIST. Mog. 56 p. 406,12 necessarium *(sic)* ... vobis essent duri -es, non blandi adulatores.

argutus, -a, -um. *script.* -du(s): *l. 31.*

1 *de sono i. q. clarus, sonorus, acutus – laut, hell(tönend):* **a** *gener.:* ALDH. ad Acirc. 13,2 *(de vento)* -um vocis crepitum cito pando per orbem. ABBO SANGERM. bell. 1,409 -o (gloss.: sonoro) ... tument horum distenta boatu guttura. HROTSV. Gong. 143 dedit -o vocem ... palato. AMARC. serm. 3,936 -as penitus vitate tabernas. *al.* **b** *c. colore quodam:* **α** *fritinniens – zwitschernd:* WANDALB. mens. 89 -a ... hirundo *(cf. Verg. georg. 4,307).* **β** *stridens – sausend:* EPIST. Wisig. 17 -o (-a *H.M2*) percurrere pectene lanas *(cf. Verg. georg. 1,294).* ALDH. virg. II 1217 sceptrorum flagra beatus ictibus -is martyr non sensit acerba. **γ** *suavis – (wohl)klingend:* ALDH. virg. I 53 p. 311,12 David ... -is fibrarum fidibus limphaticum mitigabat. WALAHFR. imag. Tetr. 235 cicutae *(cf. Calp. ecl. 7,12).* WALTH. SPIR. Christoph. II 5,94 tange ... liricas -o pectine cordas *(cf. l. 13). al.* **2** *de ingenio:* **a** *prudens, ingeniosus, subtilis, diligens – klug, geistvoll, scharfsinnig, sorgfältig (cf.* GLOSS. II 14,3 St.-S. -us listigo. III 140,61 -us clèiner): ALDH. virg. II 29 poeta. HUGEB. Wynneb. 2 p. 108,23 vir Dei, sensu sophyrus, agone -us. WALTHARIUS 1139 -a indagine. CONR. BRUNW. Wolfh. 4 -ae propositionis ... documenta. SALUTARIS POETA 53 (ed. P. Leyser, Hist. poet. et poem. p. 2060) argus et -us in facto quolibet esto. *al.* **b** *dolosus, astutus – listig, hinterhältig:* DIPL. Otton. III. 141 a quibusdam malignis quadam -a calliditate ... abstracta esse dinoscitur *abbatia.* **3** *de motu, tempore i. q. celer, alacer – schnell, lebhaft (cf.* GLOSS. III 12,2 St.-S. argudu skeero): ERMENR. ad Grim. 16 p. 553,35 -us es in educendo, preceptor ..., et ego tardior testudine te sequor. CHRON. Andag. 1 p. 2,14 motibus -i et expediti *Hunni (cf. Iord. Get. 128).*

adv. **argute.** **1** *acriter, accurate – scharf(sinnig), genau:* RUP. TUIT. alterc. (PL 170,537^{C}) fortiter et -e ... percussisti me. MIRAC. Adalb. Wirz. 15 ut staminum -e ... componat fila. **2** *dolose, callide – (hinter)listig:* TRAD. Ratisb. 986 (a. 1186/90) simplicitatem nostram -e circumvenit.

1. *arguus, -a, -um. (argutus?) *clarus – laut:* ANNAL. Ianuens. IV p. 91,2 Veneti ... -o clamore clamantes.

2. arguus *v.* argillosus.

***argyptus** *m.* (*orig. inc., nisi subest* ἀργυρῖτις) *gemma quaedam – ein Edelstein:* AETHICUS ISTER 76 -us pretiosus lapis invenitur multa varietate et pretioso colore, quem adamans incaedere non valet.

***argyrinus**, -a, -um. (*cf.* ἀργύριον) *ad argyrion pertinens – Silber(lings)-: v.* ?*anguirinus *p. 643,32.*

***argyrion** (-gir-), -u *n.* (ἀργύριον) *argentum – Silber:* Ps. WALAHFR. carm. 54,14 ἀργιρίου albentes depromit Suevia montes. AGNELL. lib. pont. 138 ferculum magnum et falso et mundissimo argirio. 152 offerre illi *(exarcho)* ex argiriom palearn magnam.

Argyripa (-gir-), -ae *f.* (Ἀργυρίππα) *metaph. i. q. urbs caelestis – himmlische Stadt:* ABBO SANGERM. bell. 3,85 antropus ... agamus ... Argiripam (gloss.: urbem) cernet patriam.

argyritis *v.* *argyptus, ?*Atriatis.

***argyrographia** (-gir-, -graf-), -ae *f.* (ἀργυρογραφία) *scriptura argentea – Silberschrift:* COMPOS. Matr. 44$^{tit.}$ de argirographia: spuma argenti dragmas IIII cum stercore columbino et aceto teris et scribe grafio calefacto. 46$^{tit.}$ argirografia Italica.

***argyrorantisia** (-gir-), -ae *f.* (ἄργυρος *et* ῥαντίζειν) *sparsio argenti – Feinverteilung des Silbers:* COMPOS. Luc. δ 26 argirorantisia (-ista *codd. approbante J. Burnam, Compos. Matr. 1914. p. 33*): argentum mundum commisce cum argento vibo *eqs.* *Schmidt*

aria *sim. v.* area. ***aribannus** *sim. v.* *heribannus.

***aribergo** *v.* *albergo. **aricalchum** *v.* aurichalcum.

***aridl(o)n** *subst.* (*cf.* ἀρίς) *terebra chirurgorum vel machinatio, qua movetur – chirurgischer Bohrer oder Mechanismus zu seiner Handhabung (cf. H. Blümner, Technologie. II. 1879. p. 224; K. Sudhoff, Beitr. z. Gesch. d. Chirurgie. II. 1918. p. 65):* CHIRURG. Sudhoff II p. 4,27 ferramentorum nomina dicere: ... fisiter, aridin, pionin, tripanin.

ariditas, -atis *f.* **I** *proprie:* **A** *strictius i. q. siccitas, exsiccatio – Trockenheit, Austrocknung, Dürre (cf.* GLOSS. IV 131,25 St.-S. -s durri): **1** *gener.:* BERENG. TREV. myst. (PL 160,1001^{C}) per exterioris hominis -em et interioris viredinem. HILDEG. caus. 1 p. 13,10 ad signum librae, ubi viriditas et -s quasi in libra sunt. 2 p. 44,31 calor viriditas eius *(hominis)* ac frigiditas -s eius est. *ibid. al.* **2** *spec.:* **a** *de terra, aqua:* RAHEW. gest. 3,51 p. 227,27 fluviorum -s et contracta violentia. ALBERT. M. meteor. 2,2,3 p. 547^{b},22 operit et sorbet eas *(aquas)* -s eius *(terrae).* 4,4,1 p. 707^{a},1 in ... luto coagulato, quod ex -e decidit in pulverem. veget. 3,60 si superveniat terrae -s. *in imag.:* ORTL. chron. 1,11 p. 56,1 monachorum consuetudines ... de Cluniacensi fonte derivavit atque cisalpinae monasteriorum -i ... ministravit. CONST. II 238 p. 327,20 quas *(aquas)* virtutum -s ... siccavit. BERTH. RATISB. serm. 8 p. 45,31 caveat ... sibi anima ab -e, ne ... ab omni gratia exsiccetur. **b** *de plantis:* WALAHFR. Gall. 2,31 crepitum quasi virgarum in -e fractarum audivit. ALBERT. M. veget. 7,9 siccus calor *fimi* ... in -em convertit totam plantam. *al. v. et infra p. 950,17. c. sensu sterilitatis:* FROTH. epist. 32 p. 298,5 cum ... inopiam famis ... ob -em segetum ... perpessi fuerimus. *in imag.:* HRABAN. univ. 19,6 p. 513^{B} haec ficus *(sc. populus Iudaeus)* ... virtutis fructum ferre neglexit; propter quod ... aeterna -e damnata est. HILDEG. div. op. 1,2,18 si homo viriditatem virtutum ... deserens in -em negligentiae vertitur. **B** *latius:* **1** *de siti i. q. ardor, vexatio – das Brennen, Qual:* LIBRI Karol. 3,25 p. 157,19 percussa silex ... populum sitis -e liberavit (OTTO FRISING. gest. 2,25 p. 128,3. *al.*). **2** *inopia, inedia – (Nahrungs-)Mangel, Hunger:* IONAS BOB. Columb. 1,7 p. 165,9 temperavit escae -em pietas virtutis aeternae. ARDO Bened. 4 p. 203,32 -e tabuerant corpora eorum, solo viventes pane et aqua. **3** *infirmitas, contractio, atrophia – Schwäche, Lähmung, Auszehrung:* Ps. GALEN. febr. 485 laborem ... et sintexim corporis, quod nos dicimus -em. ODILO SUESS. Seb. 37 -em ... mancus in viriditatem demutavit. HECEL. Clem. 2,5 (MGScript. XXX p. 906,13) ambarum manuum querelosam -em. HILDEG. caus. 2 p. 150,6 homo multum aridus ... pingues carnes ... comedat, ut -s et siccitas ... humectentur et temperentur. *al.*

II *translate:* **A** *fragilitas, vanitas – Hinfälligkeit, Vergänglichkeit:* HILDEG. epist. II 7 p. 342,6 creatura ... habet in se duo utilia et ... unum, quod perit in -e. **B** *abstinentia, egestas – Askese, Dürftigkeit:* WETT. Gall. 14 erat ... vita eius dura atque nimia -e consumpta. EGBERT. fec. rat. 1,305 -s gaudet paucis, opulentia multis. **C** *ieiunitas, impetus absentia, insufficientia – Nüchternheit, Schwunglosigkeit, Unzulänglichkeit:* **1** *de oratione:* VITA Liutg. II 1,47 p. 116,3 maiora sunt ista, quam ut digne ea nostrae linguae -s valeat explicare. PASS. Ursulae 7 de ... fidei donorum exuberantia eius loqui ... nostrae -is excedit facundiam. **2** *de ingenio:* BURCH. WORM. ieiun. p. 118,42 si autem ingenii -e ... illusus titubationis incidit periculum. **3** *de fide christiana:* GODESC. SAXO theol. 22,11 p. 313,4 -i tuae caelestis copiam charismatis infundi. VITA Pirmin. II 3 -i ... nostrae pio cordis affectu compatere. **D** *austeritas – Strenge:* CAPIT. Bened. 3,390 p. 126,37 sub magna districtione et -e poenas luere.

aridulus, -a -um. *exsiccatus, vanus – dürr, gehaltlos:* CHART. Eberb. 417 p. 192,7 (a. 1270) momentaneis honoribus et ad instar feni tectorum -is derelictis.

aridus, -a, -um. *script.:* arr-: *p. 947,4.41.* ard-: *p. 948,43.* ared-: *p. 948,12.*

I *proprie:* **A** *strictius i. q. siccus, exsiccatus, torridus, rigidus – trocken, (aus)getrocknet, dürr, erstarrt:* **1** *gener.:* CARM. Bur. B 114,1,3 omne, quod fuit -um, germen suum vult gignere. ALBERT. M. meteor. 4,2,5 p. 754^{a},22 omnia, quae arescunt ..., sive calefacta sint sive infrigidata, si essen-

tialiter fiunt -a, oportet, quod fiant -a a calido interiore vel exteriore. *ibid. al.* **2** *spec.:* **a** *de terra, aqua sim.:* ALDH. virg. I 32 p. 274,6 in -a cisternae latebra delitescens. ARBEO Corb. 28 humus. WALAHFR. hort. 156 terrae super -a (arr- *var. l.*) ... terga. WALTH. SPIR. Christoph. II 2,236 deserta per -a. DIPL. Heinr. IV. 61 p. 80,36 in -am Gisilaha. ADAM gest. 4,36 p. 272,8 quod eadem glacies ita nigra et -a videatur propter antiquitatem, ut incensa ardeat. *al.* **c** *sensu sterilitatis:* OTTO FRISING. gest. 2,17 p. 119,23 per -a ... loca (2,17 p. 120,4 *opp.* fertilia). *in imag. et parabolice:* ALDH. carm. eccl. 4,10,14 doctrina Dei ... -a divinis irrorans corda scatebris (WALAHFR. Gall. 1,5. *al.*). WILLIB. Bonif. 4 p. 17,18 -a caelestis rore fecunditatis relinquerat arva. HILDEG. epist. II 5 p. 337,35 in -a ... regione erant locupletes homines ... in contemplatione Domini sui manentes (*cf.* p. 337,27). *alch.:* TURBA phil. 33 quousque ... toto humore desiccato in terram vertitur *fermentum auri* -am. **b** *de plantis:* WALAHFR. hort. 138 ante humor quam ... rarescat et -a circum restiterit cutis *cucurbitae.* DIPL. Otton. II. 152[a] p. 172,20 -a et infructuosa ligna (BERTH. [?] annal. a. 1067 p. 273,35 ignis ... ex -issimis lignis ... succendebatur. CHART. Rhen. med. III 323 -a l., que vulgariter dicuntur dot holz). THIETM. chron. 7,76 in arbore diu -a innocens suspensus est. HILDEG. phys. 1,61 hoppho calidus et -us est. REGISTR. Eins. 1 p. 38,21 pirorum. CHART. Brixin. 143 p. 151,4 frumenti. *al. in imag.:* GUNTH. PAR. (?) orat. 4,1 p. 133[A] mentem prius -am ad proferendum boni operis fructum viridescere facit *virtus.* **c** *de corpore animantium:* ALDH. ad Acirc. 94,1 -a ... ora *iuvenci.* VITA Liutw. 13 apud -a eius ossa. HILDEG. phys. 6,45 Lercha valde calida est et -ae naturae. REGISTR. Baiuv. A p. 201,1 solvunt in -is piscibus mille pisces. *in imag.:* ALDH. ad Acirc. 11,29 sui Deus -a servi ... viscera perpetui si roris repleat haustu. **d** *de substantiis:* COMPOS. Luc. A 20 picis -e ÷ III. X 7 marmoris albe -um pu⟨l⟩ber. *al.* HILDEG. phys. 1,13 p. 1134[C] (ed. pr.) si caseum non coctum nec crudum, sed -um comedat. **e** *de aere, aestu:* ALDH. virg. II 260 -us ut nullis roraret nubibus aether (*cf.* WALTH. SPIR. Christoph. II 6,132 cum iam ... -a ... nigrerent nubila). WALAHFR. Mamm. 18,6 -a ... crepitant incendia murmure de magno. *de febre i. q. fervidus, exsiccans – glühend, austrocknend:* CARM. de Frid. I. imp. 866 -a (arr- *var. l.*) febris. **B** *latius:* **1** *solidus – fest:* FORM. Wisig. 37 p. 591,27 de fruges -as et liquidas ... decimas ... persolvere (LEG. Wisig. 5,5,9 f. -as et humidas). WILLIB. Bonif. 5 p. 20,18 ad -am sospites terram perveniunt (HUGEB. Willib. 3 p. 91,10. *al.*). *adde:* HUGEB. Wynneb. 2 p. 107,27 -a terrarum gradiebant gramina. **2** *scissilis – spaltbar, brüchig:* MAURUS phleb. p. 25[a] si sanguis facile cum ligno scinditur aquositate proiecta, significat sanguinem esse nimis -um ut in pane miliaceo. **3** *elixatus – ausgelaugt:* ANTIDOT. Lond. p. 21,7 sic coquis, ut ipsas herbas -as fiant. **4** *inops – kümmerlich:* SALOM. II. epist. 40 p. 421,26 pauperrima et -a provincia nostra. **5** *contractus, debilis – gelähmt, kraftlos:* ARBEO Corb. 45 manum (HUGEB. Wynneb. 10. DECRET. Frision. B p. 287[a],3 m. -am vel pedem. *al.*). HUGEB. Wynneb. 13 p. 117, 12 cuius altera latus tota -a torpebat. BRUNO QUERF. fratr. 19 longa infirmitate -a ossa excoquente. HILDEG. caus. 2 p. 150,3 si aliquis homo multum -us in corpore et in membris suis est. *al. fort. add. in cognomine:* CHART. Walkenr. 275 (a. 1251) Heinricus A-us et Udo milites. *in imag. de avaritia:* GUTOLF. hist. p. 651,42 manus ad dandum habuit patulas et nunquam ad Christi pauperes -as. **6** *decrepitus – altersschwach:* ALBERT. STAD. Troil 4,370 afficit interior -a corda *Hecubae* dolor.

II *translate:* **A** *fragilis, vanus – vergänglich, nichtig:* WALAHFR. imag. Tetr. 33 cui nihil in mundo nisi vix fama -a restat. ERMENR. Sval. 2 -i saeculi rumusculos. HILDEG. epist. II 7 p. 342,8 malum, quod est velut illud, quod perit, -um. **B** *ieiunus, impetu carens, insufficiens – nüchtern, schwunglos, unzulänglich:* WALAHFR. hort. 249 ieiunae macies ... -a Musae. RAHEW. gest. 3 prol. p. 163,16 si quis autem superioris operis facundiam ... cum -o nostri ingenii eloquio contulerit. Theoph. 642 *carmina.* BERTH. RATISB. serm. 8 p. 46,18 diu in religione existentes -i ... parum ... proficiunt. **C** *austerus – gefühllos:* WALTH. SPIR. Christoph. II 6,195 -a monstriferi ... iussio Dagni. **D** *irritus – ungültig:* ARNOLD. LUB. chron. 5,11 p. 185,33 quam sententiam Bremenses -am et exanguem clamaverunt.

subst.: **I** *masc.: homo atrophus, aeger – ein an Auszehrung Leidender, Kranker:* ERMENR. Sval. 8 corpora ... -orum et paraliticorum. VITA Bard. 22 p. 338,37 caecorum, claudorum, -orum ... centenarii. *al.*

II *fem. (saepe usu bibl.):* **A** *terra solida – festes Land:* AETHICUS ISTER 21 p. 12,20 nequaquam ultra ad aredam remeassit. GERH. AUGUST. Udalr. I 17 navi ... -ae adducta. *al.* **B** *continens – Festland:* OTTO FRISING. chron. 2,20 p. 91,1 Athlantis civitas ab -a soluta in insulam redacta est. **C** *terra sicca – trockenes Land:* CHART. Lub. I 59 (a. 1234) ius, quod habuimus ... inter -am et paludem. **D** *regio mediterranea – Binnenland:* HERBORD. Ott. 2,1 p. 725,23 Pomerania ... ante se ..., id est versus -am, ... fines respicit Ungariae et Moraviae. **E** *regio – Land(strich):* WALTH. SPIR. Christoph. II 6,228 quecumque meum sepeliverit -a corpus. **F** *orbis terrae – Erdkreis (cf. l. 38):* WALAHFR. carm. 46,6 -a (*cf. Vulg. Dan. 3,74* terra), montes, germina, colles. EKKEH. IV. pict. Mog. 2 lux ... facta ..., -a cum celis.

III *neutr. (fere plur.; sing.: l. 27.33):* **A** *gener. i. quod siccum est – trockener Stoff, das Trockene:* ALBERT. M. meteor. 4,1,1 p. 707[b],41 humidum et -um (*p. 378[b],13* τὸ ξηρόν) sive siccum ex diffinientibus ipsa sunt passiva. *ibid. al.* **B** *spec.:* **1** *terra – Erde, Land:* **a** *terra sicca – trockenes Land:* CHART. Rhen. med. I 584 p. 642,37 (a. 1154) deputantes ... eorum usibus eiusdem stagni tam fluenta quam -a. CHART. Altenburg. 180,31 quicquid per decrementum piscinarum in -um redactum fuerit. ALBERT. M. veget. 6,445 crescit *herba* in duris -is iuxta vias. *in imag.:* WALAHFR. carm. 62,18 documenta magistri -a nostra rigent amne manentis aquae. BRUNO QUERF. Adalb. A 8 super cordis -a (-am *var. l.*) flante spiritu sancto. **b** *orbis terrae – Erdkreis:* RHYTHM. 50,4,1 Deus, qui fundasti -a *(an fem. sing. ?).* **2** *techn. i. q. species siccae – trockene Zutaten:* MAPPAE CLAVIC. 275 teres omnia -a, humida commiscens postea ... cum pulvere -orum.

adv. **aride.** *sicce – trocken:* FRAGM. mul. III 66 plantagine et spungia arde cum pusca dabis bibere.

***arieragium** *v.* *arreragium.

aries, -etis *m. script.:* ar(i)get-: *l. 69. p. 949,35.* arr-: *p. 949,36. metr.:* ār(r)-: *p. 949,5. 22. 36. 54.* arį-: *p. 949,2. 4. 11. 23.* -ēt-: *p. 949,54.*

I *ovis mas feturae habilis, vervex – Schafbock, Widder, Hammel* (*cf.* GLOSS. III 224,38 St.-S. -s stero. 669,62 -s friscinc. 670,14 -s vel verbex ram vel widir): **A** *proprie:* **1** *gener.:* ALDH. ad Acirc. 131 p. 179,21 -es crissitant vel blaterant (CARM. Bur. B 132,3[a],11 -s braterat). ALBERT. M. animal. 8,33 in ovibus et -bus et capris maior est privatio intellectus et prudentiae quam in aliis quadrupedibus. 22,128 -s per dimidium annum dicitur dormire super latus unum et per dimidium super alterum *(cf. p. 949,25);* ... -i (*p. 546[a],4* οἱ χριοί) dicitur naturale esse agnellos fastidire et provectiores diligere. *al. proverb.:* MIRAC. Otton. Bamb. I 8 p. 912[b],52 cuius -s est, ipse cornu eum arcius tenet. **2** *spec.:* **a** *in chartis de praestationibus:* CHART. Sangall. A 58 (a. 770) hoc est census ...: -em bonum. COD. Lauresh. 3676 solvunt ... in pentecosten -em (*cf.* REGISTR. abb. Werd. 7,10 p. 222,21 in pascha. CHART. Tirol. 672 p. 129,30 in vindemia dimidium -em). DIPL. Karoli III. 125 p. 201,11 convivium ..., ad quod dentur ... -es v. DIPL. Ludow. Germ. 178 p. 256,35 (spur. s. X./XI.) octo -es, qui eadem precii summa qua IIII porci estimarentur. DIPL. Heinr. II. 206 ecclesie ... quingentos -es ... largimur. REGISTR. abb. Werd. 7,18 p. 239,10 ventrem -is. 12 p. 321,24sqq. arigetem *(bis).* CHART. Rhen. med. III 230 p. 191,15 ecclesie ... in tauris, -bus et apris domesticis ... providere. CHART. Westph. VII 281 p. 118,39 XII -es, qui dicuntur teutonico hamele. *saepe.* **b** *in*

[Humpardinck]

ritibus: α *in sacrificio:* EKKEH. IV. bened. I 21,20 parce, pater *(sc. Abraham)*, nato, tibi vivat ut -e lato ([*cf. Vulg. gen. 22,13sq.*]. 38,47 [*in imag.*] transgrediendo vepres Gallus sacer hęserat -s). CARM. Bur. B 135,4,5 dabitur *Amori* saliens -s. β *in superstitione (cf. H. Bächtold-Stäubli, Handwörterbuch des deutschen Aberglaubens. IX. 1938/41. p. 554 sqq.):* CAES. HEIST. mirac. II 1,17 p. 39,20sqq. -em vidit erectum ... et quotienscumque ante -is anteriora chorizantes transibant, ... illud *(animal)* adorabant. *ibid. al.* **B 1** *meton. de sancto (sc. duce gregis):* VITA Bav. II 1,76 plurima turba ... obvia sit regi *(i. Deo)* gaudens simul -e tali. **2** *alleg.:* HRABAN. univ. 7,8 p. 202^{A} -es autem bene sunt apostolis comparati, quoniam ... plurimum fronte valent ...; et in aliam partem -es principes sunt pravi. 14,21 p. 396^{D} in -e furor *intellegitur.* MILO carm. 3,4,2,78 pro regno -s ... habetur. IOH. SCOT. carm. 2,5,25 hic *(Christus)* fuerat -s speculo provisus ad aram *(cf. l. 2).* **3** *in nom. propr.:* REGISTR. Mog. p. 31,6 (s. XIII.) Henricus A-s. CHART. Eberb. 399 p. 163,21 Humbertus de A-e, civis Maguntinus. **C** *translate:* **1** *de sidere:* AETHICUS ISTER 82 p. 64,2 signum -is. WANDALB. mens. 80 stellis ... -s ternis denisque coruscat. SYLL. Sangall. app. 5,60 pisces fines erunt, principium -s habet. POETA Saxo 3,571 Phebus ... -is aetherii gradiens in signa. MEGINFR. (?) carm. p. 642^{D} -s coeli pars prima vocatur, ... quod hinc -s dextro procumbit in armo *(cf.* HONOR. AUGUST. imag. 1,92 sicut -s tota aestate in latere dextro ac tota hieme in sinistro cubat *signum. v. et p. 948,55).* ALBERT. M. veget. 7,73 satio perficienda est, antequam sol accipiat -em. *saepe.* **2** *de instrumento impingendi:* **a** *milit.:* α *machina obsidionis – Belagerungsmaschine (cf.* GLOSS. I 764,25 St.-S. -s ... heia. II 222,63 -es murprehhun. IV 339,17 phalarica -s pederari. *al.):* VITA Sadalb. 14 (MGMer. V p. 57,26) -um inpulsionibus *urbem* obtinere. MAPPAE CLAVIC. 270$^{tit.}$ compositio -is ad muros. ABBO SANGERM. bell. 1,207 bis octonis faciunt ... monstra rotis ... super argete quodque cubante domate sublimi cooperto. 1,357 arr-es conflant. GALB. Karol. 63 in capite ... -is ferramenta solidissima trabem premunierant. ACTA imp. Winkelm. I 693 p. 550,18 -es penduli subito recurrentes ad ictus prevalidos et frequentes, dum vibrantur a fortissimorum brachiis lacertosis. *saepe. in imag.:* ALDH. virg. I 36 p. 282,9 catholicae fidei propugnaculum ... atrocis ... machinae -bus subrutum. EPIST. Ratisb. 7 p. 295,3 -em erigitis contumelię. *v. et p. 950,12. alleg.:* HRABAN. univ. 20,10 p. 542^{C} -es sunt tentationum stimuli vel impetus persecutionis. β *machina defensionis – Verteidigungsmaschine:* EBO BAMB. Ott. 2,16 p. 641,23 (epist.) -es in circuitu exstruximus. **b** *techn.:* α *machina ad aedificia diruenda apta – Maschine zum Niederreißen von Gebäuden:* WALAHFR. Otm. 16 muros ecclesiae machinis aggressi crebris -um ictibus ruere compulerunt. β *festuca – Schlegel:* IONAS BOB. Columb. 1,15 p. 178,6 quanta vi truncum querqui cuneis -eque partirent. **c** *de vento i. q. ictus – Stoß:* CARM. Aldh. 1,174 genestarum ... velamina pelluntur parietibus flabrorum -bus.

II *orca – Schwertwal, Butzkopf (Delphinus orca L.):* ALBERT. M. animal. 24,9 -em marinum Plinius dicit *(nat. 9,145. al.)* esse piscem, qui post naves ... insidiatur *eqs.*

arietillum, -i *n. script.:* ard-: *l. 66sq.* art-: *l. 65.* arit-: *l. 63.* arotilia: *l. 68. form. nom. sg.* -us: *l. 67.*

genus quoddam allii agrestis (graveolens), fort. i. q. ampeloprason – (scharf riechende) wilde Lauchart, viell. Weinbergslauch (Allium vineale L., cf. André, Lex. bot. p. 42): GLOSS. med. p. 7,1 ampeloprasson: id est aritillum; in vineis nascitur *eqs. (inde* DYNAMID. Hippocr. 2,75). TRACT. de aegr. cur. p. 273,34 recipe ... simphitum, artillum, acatiam. BERNH. PROV. comm. 1,1 p. 272,9 succus ardilli bibitus mundificat sanguinem. *al.* ALPHITA I p. 278,12 ardillus, id est porrus sylvestris. *fort. add.:* RECEPT. Sangall. I 62 herba arotilia ... collige.

arietinus, -a, -um. **1** *qui est arietis, vervecinus – Widder-, Hammel-:* TRACT. de aegr. cur. p. 256,39 carnem (FRID. II. IMP. art. ven. 2 p. 139,32). IOH. PLATEAR. simpl. med. p. 37a^{v} Gallicus *sapo* fit ex ... sepo -o (WILH. CONG. chirurg. 1145. NOTULAE Wilh. Cong. 416). **2** *arieti similis – widderähnlich:* DYASC. p. 54^{a} cicer -um. **3** *arietis proprius – dem Widder eigen:* RUP. TUIT. off. 2,13 -am ... taurinamque feritatem.

arieto, -are. *de prosodia:* ALDH. ad Acirc. 136 p. 190,15 participia ... apta peoni quarto ... ut -ans.

(machinis bellicis) oppugnare – (mit Kriegsmaschinen) berennen (cf. GLOSS. IV 167,67 St.-S. -at inpingit anstôscit): BURCH. URSB. chron. p. 34,1 ad portas ... -antes ipsas tandem confregerunt. *in imag.:* EPIST. Ratisb. 10 p. 324,12 contra quos arietem inpugnationis, non expugnationis ... erigunt, ipsi -andi proprio, non alieno iudicio.

***arigon** *v.* *aregon.

arillus, -i *(m.) nucleus acini – Traubenkern:* BERNH. PROV. comm. 5,2 p. 286,43 -i grana racemorum. ALPHITA II p. 14,9 -i sunt arida uvarum grana et dicuntur ab ariditate. ALBERT. M. veget. 1,148 uvas sine -is. 6,244 ex -is aut nihil nascitur aut, quod egreditur, vix convalescit in fortem vitem. *al. v. et* *armillus. *Humperdinck*

***arimanna,** -ae *f. script.:* har-: DIPL. Karoli III. 35 p. 59,31. her-: *l. 27.* criminas: *l. 29. usu adi.: l. 30.*

femina libera (origine Langobarda) – freie (langobardische) Frau: LEG. Lang. p. 188,15 si ... presumpserit ... servus -a (-am *var. l.*) ducere uxorem. DIPL. Karoli III. 35 p. 60,18 liberas feminas, quas -as dicunt. DIPL. Conr. II. 292 p. 414,32 servos et ancillas, he⟨rim⟩annos et he-as (*sim.* DIPL. Heinr. III. 387 p. 532,43. DIPL. Karoli M. 277 p. 412, 43 [spur. s. XIII.] criminos et criminas). GREG. CAT. chron. I p. 189,20 de -is feminis. *al.*

***arimannia,** -ae *f. (? n.: l. 40.42) script.:* har-: *l. 52.* er-: *l. 44sq.* rim-: *l. 33.59.62.64.66sq. adde* REGISTR. Trident. I 105. CHART. Tirol. 806 p. 229,6.29 rimaniam. *al.* rom-: *l. 57.* arm-: *l. 40.47.* -rem-: *l. 44sq.* -menn-: *l. 47.* -mani(a): *l. 33.40.48.52.56.59sq.62. al.* -anyas: *l. 57.* -anigas: *l. 71.*

1 *praedium publicum arimannis concessum – den Arimannen übertragenes Staatsland, Arimannengut:* DIPL. Otton. II. 242 p. 272,38 *abbatissam* investierunt ... castellum ... et Salleptum et armania de Turri ... et terram *eqs.* (*inde* DIPL. Conr. II. 250 p. 345,22). p. 273,16 ut nullus dux ... ha-a tollat neque de omnibus, que possidet, ... disvestire temptet *abbatissam.* DIPL. Heinr. III. 352 hominibus non liceat ipsam ere-am suam vendere *eqs.* 356 p. 484,21 eremanos ... de eremania et communibus rebus ... inquietare. CONST. I 175 regalia sunt hec: -e, vie publice, flumina *eqs.* (*cf.* ACTA imp. Winkelm. II 5 p. 5,33 pascua, armennias, fora). INNOC. IV. registr. A 134 feudum ..., quod armania vulgariter appellatur. *al.* **2** *servitium vel tributum pro praedio arimannorum exhibendum – mit dem Besitz eines Arimannengutes verbundene Leistung oder Abgabe:* DIPL. Heinr. IV. 170 ut confirmaremus ..., ut ab harimania exeant, ut nullus dux ... in eorum domos arbergare, toloneum vel aliquam publicam functionem dare eos cogat. CHART. select. Schwind 3 p. 3,36 homines Flemi ... debent solvere ... episcopo ... omni anno viginti et quatuor -manias cum suis fodris (p. 5,11 romanyas). DIPL. Loth. III. 46 immunes esse ab omni albergaria et districtu seu -a et ab omni regali ... exactione. CHART. Tirol. 310 p. 152,26 si ... rimanni integras rimanias non solverint. 435 p. 232,31 iste quatuor -manie semper serviebant illi, qui erat castaldio Formeiani, et ipsas habet *eqs.* 671 p. 126, 10 XII -manie de caseo. REGISTR. Trident. II 4,1 iste sunt rimanie, quas ... abbas ... tenet ab episcopatu. 4,2 pro una quaque rimania dant ... quatuor stariolos canipe frumenti et ... unam galinam et unum fassum feni et iste dicuntur rimanie. ACTA imp. Winkelm. I 26 p. 17,6 confirmamus communi ... districtum sive rimaniam et banna *eqs.* REGISTR. Trident. I 102 solvere ... quatuor sol. Veron. pro duabus -maniis. *saepe.* **3** *familia arimannorum – Arimannengemeinde:* ACTA imp. Stumpf 403 p. 565,16 (a. 1191) totas terras, quas ... monasterium habet ... per arimanigas seu per alios. CHART. Tirol. notar. I 230 p. 110,20 *iurati de Ca-*

valesio ipsos in numero rimaniarum de Cavalesio ponere debeant et recipere (*sim.* 231).

***arimannus**, -i *m.* (*orig. langob., cf. theod. vet.* hari, heri *et* man) *script.:* har-: DIPL. Otton. II. 319 p. 376,18. DIPL. Heinr. III. 357 p. 486,19. DIPL. Loth. III. 108 p. 174, 17. *al.* er-: DIPL. Karoli III. 49 p. 83,1 erimmannis *cod. D.* DIPL. Heinr. III. 12 p. 16,4. *al. v. et l. 20.35sq.* her-: DIPL. Otton. II. 253 p. 288,4. DIPL. Heinr. III. 387 p. 532,43. TRAD. Brixin. 183. *al. v. et l. 27.32.* aer-: CAPIT. reg. Franc. 224,4. criminos: *p. 950,29.* rim-: CHART. Tirol. 589. *al. v. et l. 38.41. p. 950,59.* arm-: COD. Wang. Trident. 28 p. 75, 25. -rem-: LEG. Lang. p. 185,4 *cod. 7. v. et l. 35sq.* -ram-: *l. 42.* -rimm-: *l. 6.* -man(us): DIPL. Otton. II. 253 p. 288,4. CHART. Tirol. 589. *al. v. et l. 37sq. 41. usu adi.: l. 24.*

apud Langobardos i. q. homo liber (praedium publicum obtinens), exercitalis – (auf Staatsland angesiedelter) Gemeinfreier, Arimanne (*cf. F. Schneider, Die Entstehung von Burg u. Landgem. in Italien. 1924. p. 91sqq.; G. B. Bognetti in: Festschr. A. Dopsch. 1938. p. 109sqq.; def.:* LEG. Lang. p. 476b,4 omnis liber homo dicitur er-us, qui manui, id est potestati, domini suppositus est): LEG. Lang. p. 183,12 si quis iudex ... neglexerit -o suo, diviti aut pauperi, ... iustitiam iudicare. p. 184,27 -us, quando cum iudicem suum caballicaverit. p. 196,20 si fuerit -us homo. *al. (v. ind.).* DIPL. Karoli M. 207 p. 277,47 tam de -is, quam de aliis liberis hominibus. DIPL. Karoli III. 47 p. 79,2 haec ... in omnibus he-is ... observare iubemus, ut ab eis nulla donaria aut redibitiones ... exigantur. *al. (v. ind.).* CAPIT. reg. Franc. 225,3 ut nullus comitum -os in beneficia suis hominibus tribuat. 225,5 res -orum transcribere. 225,6 ut ipsi -i ... ad placitum non cogantur. DIPL. Otton. I. 346 castellum ... cum liberis hominibus, qui vulgo he-i dicuntur. DIPL. Heinr. II. 278 p. 328,39 cunctos -os in civitate Mantua ... habitantes. DIPL. Conr. II. 84 p. 116,5 cum districto -orum. DIPL. Heinr. III. 352 ut ... ere-i dicantur et ea consuetudine qua nunc ceteri ere-i in comitatu Tarvisiano utantur. DIPL. Loth. III. 102 p. 164,37 in prediis militum et -manorum aut in terris fictaliciis. *al. (v. ind.).* REGISTR. Trident. II 11,1 quisque rimanus debet persolvere ... episcopo ... unum modium canipe. CHART. Tirol. 589 orfanum, qui est -anus domini episcopi. 667 rimanos de Cimbria. ACTA imp. Winkelm. I 344 p. 305,12 cum ... poderio et districtu et cum vassallis, aramanis. CHART. Carinth. IV 2761 p. 573,30 debet cessare donatio ... exceptis ...i ure forestarie ac -is. *saepe.*

***arimeter** *v.* *arithmeter. **arimeticus** *v.* arithmeticus.

***arina** *v.* *melarinus. ***arinca** *v.* *arnica.

1. ariola (aur-, -ril-), -ae *f.* *vaticinatrix – Wahrsagerin: v. p. 952,5.7.*

2. ariola *v.* areola.

ariolatio (-cio), -onis *f.* *superstitio – Aberglaube:* BERNOLD. CONST. (?) libell. app. p. 161,34 inobediencia pro -cione et idolatria reputatur *sub ecclesiastica potestate degentibus.*

***ariolator**, -oris *m.* *vaticinator, praestigiator – Wahrsager, Gaukler:* RATHER. prael. 23 p. 167B quis illius militis pater, -r an pictor, aliptes an auceps?

***ariolatus**, -us *m.* *vaticinatio – Weissagung, Hellseherei:* PETR. DAM. grat. 7 p. 25,11 ad promissionem precii -us sui depromebat oraculum *Balaam* (*de eodem:* p. 26,15 obsceno -us nomine. MANEG. ad Gebeh. 20 p. 345,3).

ariolor, -ari. **1** *strictius i. q. vaticinari – weissagen:* ALBERT. M. Is. 3,2 p. 49,46 in -andi scientia regulariter verum est, quod, si omnia in animali occiso secundum ordinem concurrunt naturae, fausti signum est *eqs.* **2** *latius:* **a** *suspicari – vermuten:* EKKEH. IV. cas. 35ex. Sindolfi se tegnis -antur fuisse circumventos. **b** *gloriari – prahlen:* CONST. I 2 p. 4,7 (a. 932) *ieiunii superpositio* plus causa -andi esse dinoscitur quam supplementum catholicae legis.

ariolus, -i *m.* *script.* aur-: *p. 952,7. adde* LEG. Lang. p. 142,24 *cod. 5. form. acc. pl.* -us: *p. 952,5. adde* PIRMIN. scar. 22 p. 54,15. 28b p. 68,10. *etym.: p. 952,13sqq.*

coniector, vaticinator, incantator – Zeichendeuter, Wahrsager, Zauberer (*cf.* GLOSS. I 604,13 St.-S. -us zouprari. 619, 17 -um heilisontan. 621,58 -um gougalari. II 763,9 -i uuizagun vel leodarsezzun): **1** *praevalente notione vaticinationis:* LEG. Wisig. 6,2,1 qui de salute vel morte principis ... -os, aruspices vel vaticinatores consulit. LEG. Lang. p. 141, 26 si quis ... ad -us (-os, tariolos *var. l.*) aut ad ariolas (aur- 5) pro ... responsis ... ambolaverit (p. 142,6 si quicumque sciens -um [auriolos 5] aut ariolam [aurilas 5] non eos manefestaverit. p. 142,8.18.24). GODESC. SAXO theol. 6 p. 164,3 quod est prophetatum a Balaam -o *([Vulg. num. 22,5].* PETR. DAM. grat. 7 p. 26,15. ALBERT. M. Is. 3,2 p. 49,62. *al.).* HEINR. LETT. chron. 1,10 -us Deum christianorum equi dorso insidere ... asserit. ALBERT. M. Is. 3,2 p. 49,44sqq. -us dicitur dupliciter, scilicet iuxta aras in extis animalium futura coniecturans, et hic specialiter vocatur -us; ... generaliter ... ex signis naturae futura coniecturans dicitur -us *eqs.* 44,25 p. 455,76 -i sunt vel ab ara vel ab aere dicti. *al.* **2** *praevalente notione incantationis:* ALDH. virg. I 35 p. 279,8 *sanctum* perfundunt lotii nidoribus, quibus arbitrantur ... -orum et marsorum machinas evanescere. ELIG. praed. 7 (MGMer. IV p. 754,3) -os et magos spernite *(cf. Vulg. lev. 20,6. al.).* CAPIT. reg. Franc. 196,54 p. 44,35 *mala* ex ritu gentilium remansisse non dubium est, ut sunt magi, -i, sortilegi, venefici *eqs.* CHRON. Reinh. a. 1220 p. 594,51 famulus *principis* per -um (*antea:* scolarem nigromanticum) ... circulo includitur. *al.*

***aripennalis** (eripena-), -e. *semiiugeri mensurae aptus – dem Maß eines Halbjochs angepaßt:* CHART. Laus. (SchweizZGesch. 12 p. 362,28; a. 978) dedi ... ollica I, qui abet inter longum et latum perticas eripenales VIII et pes VII (p. 363,4).

ar(i)pennis, -is *m. vel rarius* **ar(i)pennus**, -i *m.*, **ar(i)penna**, -ae *f.*, ***arpentum**, -i *n.* (*cf. francogall.* arpent) *script.:* arri-: *l. 44.51. p. 953,3. adde* FORM. Patav. 6. CHART. Rhen. med. I 62 p. 70,21. are-: *p. 953,3.* arapentem: *l. 37.*

***arrento** (are-), -are. (ad *et* *retina, *cf. hisp.* arrendar 'freno alligare') *ligamentis retinere – mit Stricken festhalten:* ARBEO Corb. 18 p. 209,5 capulis missis arentabatur (retentabatur *1 p. corr.; cf. notam ed.*) *piscis.*

arrenuntio *v.* abrenuntio.

arrepo (are-), -repsi, -ere. **1** *proprie i. q. furtim accedere, clam appropinquare – heranschleichen, unbemerkt herankommen:* AMARC. serm. 3,47 vestes . . . -entum avide tinearum guttura rumpunt. BERTH. (?) annal. a. 1080 p. 324,35 quos dum ipse sibi tam proximos -isse . . . comperisset *rex.* **2** *translate i. q. in mentem venire – einfallen:* AETHICUS ISTER 66 p. 46,2 quicquid alia pro aliis mentione cuiquam arepere potuisset.

arrepticius (-tius), -a, -um. *script.:* are-: *l. 13. ?*-pci-(us), -pti(us): *l. 13.16. metr.* -tĭc-: *l. 15. saepe subst. masc. vel fem.*

1 *a spiritu immundo possessus, energumenus – besessen (cf.* GLOSS. I 631,43 St.-S. -um tivuoluvinnantaz [*spectat ad Vulg. Ier. 29,26 ut* 636,48 -um kichriphantan]. IV 36,31 -us toponter): AMULO epist. 1,9 p. 368,10 etsi quidam illorum fallacium . . . vere inergumini et -i essent. ANNAL. Fuld. II a. 849 p. 39,12 per os cuiusdem -tii (arepcii 3). THEOD. TREV. mirac. Celsi 10 quaedam -tia faemina. HEINR. AUGUST. planct. 1114 -i respondent multa coacti *(sc. ab exorcista).* RUP. TUIT. off. 10,10 p. 274[B] homo -ptius *(sic?)* daemone plenus dicitur. CHART. episc. Wirz. I 162 p. 161,17 quedam -a . . . plene obsessa est. *al.* **2** *demens – verrückt:* EPIST. Hann. 48 p. 94, 20 facilius eum esse -um crederem quam vatem et veredicum probarem. **3** *divinatione praeditus – mit Sehergabe erfüllt:* ALBERT. M. miner. 2,2,5 p. 36[a],27 si tunc -tii praesentes sint, divinando quaedam praedicunt.

***arreptio,** -onis *f. susceptio – Antritt:* INNOC. IV. registr. B 208,10,33 a tempore -is itineris de domibus.

arreptius *v.* arrepticius.

***arrepto** (adr-), -are. **1** *rependo accedere – herankriechen:* ANNAL. Altah. a. 1071 p. 81,15 quidam contractis ad-ans manibus. VITA Greg. Porc. II 24 pauperem . . . ad sepulcrum sancti viri -are. **2** *(rependo) ascendere – (mühsam) ersteigen:* GOZECH. Alban. 15 Appennini montis -ans confraga.

***arreptor,** -oris *m. raptor – Räuber:* HARIULF. chron. 4,9 p. 200,12 malus -r . . . equum invitus dimisit.

***arreragium** (arri(e)r-, arier-), -i *n.* (ad retro) *debitum residuum – rückständige Schuld:* CHART. Lux. II 42 (a. 1212) si vobis terras et feoda . . . redderemus cum -is eiusdem feodi. CHART. Lamb. Leod. 265 dummodo . . . ecclesia de . . . arieragiis me absolvat et quittet. CHART. Traiect. 1413 p. 182, 45 qui aliqua arrieragia debent. 1466 p. 228,37 nobis esse plenarie satisfactum . . . pro arriragio pensionis. ACTA imp. Winkelm. I 565 p. 454,16 regem Francorum . . . de omnibus -is . . . quittamus. *al.*

***arrestatio,** -onis *f. iur. i. q. retentio, captio, saisio – das Festhalten, Festnahme, Beschlagnahme:* CHART. Hans. I 417 p. 136,28 (a. 1251) mercatores . . . cum rebus suis et personis . . . sine calumpnia et -e salvi sint. CHART. Wirt. IV app. 153 p. 451,19 quodque omnes possessiones . . . necnon et persone ipsius ab omni stura, precario, iudicii -is et servitutis honere . . . debeant perpetuo libere permanere. CHART. Rhen. inf. II 550 p. 319,12 nichil violentie vel -is attemptetur. CHART. Lamb. Leod. 602 p. 161,19 ut . . . vina . . . absque omni impedimento, -e seu molestia traducantur. CHART. Fris. or. 31 p. 28,29 captivitatis et -is. CHART. Otterb. 211 p. 156,23 -es fieri consueverunt. *al. custodia – Haft:* URBAN. IV. registr. 559 p. 543,38 personas . . . civium, quarum -em . . . suspendimus.

***arresto,** -avi, -atum, -are. (ad *et* restare, *cf. francog.* arrêter, *ital.* arrestare) *script.* are-: *l. 64.71. iur. i. q. retinere, comprehendere, saisire – festhalten, festnehmen, beschlagnahmen:* **1** *strictius:* PAX Valenc. p. 607[a],36 si . . . cliens camporum . . . per medium camporum videat transeuntem, debet . . . non -are. p. 607[a],40 si quis -verit aliquid sine licentia iuratorum. CHART. Brem. 131 (a. 1224) de navibus arestandis. CHART. Lamb. Leod. 365 p. 450,17 possunt *tortores* indifferenter -are quemlibet pro iustitia facienda. ACTA imp. Winkelm. I 412 p. 356,44 capiendo et -ando omnes inimicos et banitos nostros. CHART. ord. Teut. 116 p. 101,38 debet eosdem -are, donec de dicto debito illi domui . . . fuerit satisfactum (*cf.* CHART. Traiect. 1439 p. 206,22 quod ipsi vel eorum bona . . . non -entur [are- *cod.*] pro aliquo debito). CHART. eccl. Werd. 48 p. 64,29 quod personas . . ., vina, navem . . . nec per nos nec per

nostros -bimus vel occupabimus. CHART. Osn. III 382 p. 264, 10 aliquem ex malefactoribus seu predonibus . . . -are vel detinere. *al. v. et l. 15. remissius:* CHART. Heist. 116 (a. 1249) ut . . . vasa vini . . . deducant libera sine theloneo quolibet -ante. **2** *latius i. q. suscipere pro pignore – als Pfand übernehmen:* CHART. Lux. IV 55 p. 64,3 (a. 1267) quod . . . comes ea *(bona)* . . . possit -are, saisire, capere et expendere tanquam sua.

subst. **arrestatus**, -i *m. qui custodiae datus est – Häftling:* CHART. Traiect. 1437 p. 202,36 (a. 1258) captivi et -i . . . libertati debent restitui.

***arrestum**, -i *n. quod retentum est, retentio – das Beschlagnahmte, Beschlagnahmung:* PAX Valenc. p. 607ª,44sqq. si probare sufficienter possit, teneat -um; si non, restituat, quod arrestaverat, et pro lege solvat duos solidos iurando, quod iuridice credebat -um fecisse.

***arresurgo** (adr-), -ere. *resurgere – sich erheben:* BEDA hist. eccl. 4,3 p. 210,19 si forte legente eo . . . repente flatus venti maior adsurgeret (adresurgeret *C*).

***arreverenter** (adr-) *adv. veneranter – andächtig:* WOLBERO cant. 1 p. 1036ᴮ libet . . . ad-r attendere, cur *eqs.*

arrha(bo) *v.* arra(bo).

***arrhen** (aren), -enos. (ἄρρην) *masculus – männlich:* ANTIDOT. Augiens. p. 54,24 recipit . . . piper . . ., libano arenos, maratros ana unc. 1.

arrhythmon (ary-) *n.* (ἄρρυθμος) *quod rhythmi expers vel male rhythmicum est – etwas Unrhythmisches oder mangelhaft Rhythmisches:* ALBERT. M. anal. post. 1,3,4 p. 78ᵇ,29 duplex . . . est non-geometricum, sicut et dupliciter dicitur in musicis arythmon, hoc est, sine rythmo. p. 78ᵇ,32 arythmon, id est non habendo aliquid rythmi nec formam nec materiam. p. 78ᵇ, 35 arythmon, in prave habendo aliquid materiale rythmi.

arrideo (adr-), -risi, -risurum, -ere. *script.* adr-: *evanescere vid. post s. IX.ᵗⁿ.*

I *proprie i. q. ridere (erga aliquem), subridere – an-, zulächeln, lächeln:* NOTKER. BALB. gest. 1,20 p. 27,1 episcopus parum -ens interrogavit. THIETM. chron. 6,65 severus fuit et post omnibus hilaris -sit. CARM. Bur. B 168,1,3 -at, cui se hec chorea implicat. *al. in imag.:* WALTHARIUS 850 aspice mortem, qualiter -et (*cf.* EPIST. Teg. I 5 cęlicolę tantum -ent eos). NOTKER. BALB. gest. 2,6 p. 53,20 vernali . . . temperie . . . -ente (*cf.* OTTO FRISING. gest. 1,46 cum . . . camporum . . . viriditas . . . orbi -ret. CARM. Bur. B 161,1,6 flores amoriferi iam -ent tempori). EPIST. Hann. 80 p. 130,33 ut ex eo *(nummo)* merum ęs lacrimantibus oculis -at. OTTO FRISING. gest. 2,14 ex -entis fortunae blandimento (CHART. Wirt. VIII 2818 p. 132,8. *al.*). 2,40 p. 148,1 tamquam patriae nobis -ente vestibulo.

II *translate:* A *subi. anim.:* **1** *gaudere – sich freuen:* HROTSV. Gong. 60 Christum . . . -ere suo munere. THIETM. chron. 4,14 prosperitati eorum -sit imperatrix. BERNH. GEIST. palp. 1,18 -ent messi, qui mittunt semina fessi. *al.* **2** *assentiri – zustimmen:* THIETM. chron. 2,15 -entibus . . . primatibus. 6,1 renovationi eiusdem *(ecclesiae)* -ens. CHART. Rapp. I 126 multitudo . . . -sit pre gaudio et applausit. **3** *obsequi – willfahren:* CONST. III 133 p. 129,14 (a. 1277) quod nobis favorabiliter -at *rex* in premissis. B *subi. res:* **1** *(opportune) evenire vel accidere, favere – (günstig) eintreten oder zuteil werden, begünstigen:* ANNAL. regni Franc. a. 815 p. 142,2 oportunum proficiscendi tempus adrisit. WALTH. SPIR. Christoph. II 2,46 foenora simplicis auri . . . duplicata . . . -sura tibi *(cf. Vulg. Matth. 25,14sqq.).* THIETM. chron. 2,4 patris gratia sibi *(filio)* in tantum -sit, ut *eqs.* TRACT. de Lamb. I 4 (MGScript. XV p. 949,2) convenienter . . . Lamberto -et, quod alios pastores . . . inaniter irridet. OTTO FRISING. gest. 2,56 Transalpino pacis iocunditas -sit imperio. CARM. Bur. B 61,2ᵇ,5 cui tanta claritas ac mira caritas . . . -ent utique. 80,2ᵇ,2 amorum officiis hec -ent tempora. *al. notione opportunitatis evanida:* CYMBALA VIII 4 -et tibi quarta cymbali formula (*syn.* occurrit). **2** *congruere – in Einklang stehen:* AMALAR. ord. antiph. 42,4 verbis huius sententiae -ent verba antiphonae. WALTH. SPIR. Christoph. I 2 ut et suis . . . meritis iste spalmigraphi versus -at. **3** *placere – gefallen:* THIETM. chron. 5,39 quae tunc suae -bant (placebant CHRON. Thietm.) voluntati. **4** *suppeditare – zu Gebote stehen:* RUOTG. Brun. 2 p. 3,24 -bant ei omnia, quę ad fastum suppeterent. **5** *portendere – verheißen:* EPIST. Worm. I 36 p. 67,6 inter multa . . . -et *Scriptura* etiam in hoc . . . peccatum nos posse tueri, si egenos *eqs.* **6** *continere – enthalten:* AUREL. REOM. mus. 18 p. 54ª,19 authentus tritus novenarium -et numerum (*postea:* recipere, amplectitur).

adi. **arridens**, -entis. **1** *hilaris – heiter:* WILLIB. Bonif. 5 p. 21,15 ad-bus . . . oculis. **2** *peritus – vertraut:* NIVARD. Ysengr. 3,689 artis ego *(sc. asellus)* -s.

subst. **arridentia**, -ium *n. quod circumfulget – das Umstrahlende:* CARM. Bur. B 84,1,10 vidi Phyllidi quevis -ia.

***arrieragium** *v.* *arreragium. **arrigenes** *v.* argemone.

arrigo, -rectum, -ere. *script.* arr-: *cf. l. 29.* **1** *proprie i. q. erigere – auf-, errichten:* PURCH. Witig. 402 altius -tam sursum construxerat aulam. *v. et infra l. 44.* **2** *in imag. et translate:* a *(aures) dirigere – (Ohren) spitzen:* WALTH. SPIR. Christoph. II 2,36 auriculas . . . meis ultroneus -e verbis. CHRON. Sigeb. cont. Aquic. a. 1157 p. 408,39 ori vestro aures suas -ere. b *advertere – richten (auf):* LEO MARS. chron. 2,57 p. 666,42 ad hanc exhortationem animos -entes.

adi. **arrectus**, -a, -um. *attentus – gespitzt, aufmerksam:* WALTHARIUS 1200 auribus -is *(cf. Verg. Aen. 1,152).*

arripennis *v.* aripennis.

arripio (adr-), -ripui, -reptum, -ere. *script.:* adr- (*cf.* ALDH. ad Acirc. 140 p. 195,8 solvitur '*d*' et in '*r*' ut -o . . ., arrigo . . ., arrogo): *non occurrit in schedulis nostris nisi in* CHRON. Fred. *(v. l. 41.59. al.)* et ANNAL. Hild. *(v. l. 54).* ari-, are-: *l. 42. p. 979,3.29.* -rep- (*pro* -rip-): *l. 41. p. 979,1. 18.29. form.:* -pemus: *p. 979,1.* -pens: *l. 67.* -perint: *p. 979,15.* -perat: *p. 979,28. depon.: p. 979,6sq.19. metr.* -rī-: *l. 47.*

I *proprie:* A *strictius i. q. capessere, (vi) comprehendere – packen, ergreifen:* **1** *obi. anim.:* EPIST. Bonif. 105 p. 231,9 *(de falconibus)* grues . . . captando -ere et -endo consternere solo. THIETM. (?) chron. 5,24 episcopum . . . capillis -ens. CHART. Ital. Ficker 91 p. 136,3 dum se invicem manibus -rent *pugnantes. al.* **2** *obi. res:* CHRON. Fred. 3,3 arma adrepere. WILLIB. Bonif. 8 p. 50,22 praedam. ARBEO Corb. 40 areptis funibus. MEGINH. FULD. Alex. praef. stilum -ens semiperfectum opus . . . finetenus perduxi. WALTHARIUS 1184 -ta (arrecta *var. l.*) se fulcit impiger hasta. WIDUK. gest. 1,11 p. 18,20 signum. THIETM. (?) chron. 4,29 -ta in manibus cruce. *saepe. colligere, carpere – sammeln, pflücken:* ALCUIN. carm. 55,8,1 frigus adest, iuvenes, frondes nunc -ite silve. WALAHFR. hort. 422 bello carpe rosas, laeta -e lilia pace. WALTH. SPIR. Christoph. I prol. p. 65,13 *(in imag.)* aristas. B *latius:* **1** *invadere, corripere – befallen, ergreifen:* a *de daemonibus:* WALAHFR. Gall. 1,16 puellam istam -ui *(sc. spiritus immundus).* HROTSV. Gall. inscr. p. 109,11 filius a daemonio -tus. ANNAL. Hild. a. 5672 p. 7 Aegyptus . . . immundo spiritu ad-ta. *al.* b *de morbis:* WILLIB. Bonif. 1 p. 6,21 patrem -uerat languor. HUGEB. Willib. 1 p. 88,18 -tus est corporis molestia. BERTH. (?) annal. a. 1079 p. 316,6 febribus et pleurisi inmanissime -tus. *al.* c *de affectibus:* CHRON. Fred. 4,66 p. 154,8 Eraglius . . . nimia amaretudines merorem ad-tus (4,87 p. 165,13. WILLIB. Bonif. 5 p. 18,17 mentis -tus est merore). **2** *occupare – besetzen:* RIMB. Anscar. 16 p. 37,21 -ta (direpta 2) civitate. *in imag.:* CARM. Scot. II 1 probl. 2,23 *(in ludo lapillorum)* -ens aedem dux inclitus alter. *cito ascendere – eilig besteigen:* PASS. Quir. Teg. 6 ut . . . perpauci -tis navibus evaderent. **3** *appetere – aufsuchen:* AETHICUS ISTER 60 -turus urbem. WALTH. SPIR. Christoph. II 3,45 locum *(cf. Verg. Aen. 11,531).* CARM. Cantabr. 23,2,3 passer . . . -pens *(C,* -iens *V)* garritu alta sub ulmis. *c. sensu intrandi:* WALTH. SPIR. Christoph. I 7 civitatem petiit, portas -uit. **4** *secum ducere – mitnehmen:* ARBEO Emm. 3 -to (adsumpto VITA Emm.) comitatu (13).

II *translate:* A *suscipere, subire – unternehmen, auf sich nehmen:* **1** *de itineribus sim.:* CHRON. Fred. 2,62

p. 87,14 cum . . . iter -pemus (4,90 p. 166,30 i. adrepuit. ANNAL. regni Franc. a. 748. VITA Rup. 6 -to itinere. IOH. CODAGN. annal. a. 1189 p. 18,22 aripuere. *saepe*). ARBEO Corb. 15 p. 202,16 publicam sibimet a Gallorum partibus -ens callem. EIGIL Sturm. 2 p. 366,28 viam. ANNAL. regni Franc. a. 776 p. 46,5 fugam -ti (REGINO chron. a. 746. CHRON. Salern. 5 p. 7,30 [*ex Lib. pont.*] rex f. -tus *al.*). *al. in imag.:* HUGEB. Willib. praef. p. 87,35 alter recte soliditatis iter -ens. HROTSV. Cal. 9,17 semitam -ens veritatis. *al.* **2** *usu vario:* WETT. Gall. 28 p. 273,2 ieiunia . . . -bantur. EPIST. var. II 34 opus viris doctissimis formidandum -ere. AGIUS vita Hath. 7 suasa . . . ardenter -uit. GESTA Ern. duc. I p. 23,26 pro laboribus et angustiis propter me -tis. *al.* *c. inf. i. q. studere – sich bemühen:* CHRON. Fred. 4,43 dum pacem ... vehementer -uisset *dux* sectari. 4,58 p. 150,13 ut iam devotione adreperint *gentes* suae se tradere dicionem (*i.* -i). **B** **1** *usurpare – an sich reißen:* CHRON. Fred. 2,62 p. 88,6 quod ille *(Belisarius)* . . . imperio vellet arrepere (*cf.* 4,63 cum . . . Fogas . . . imperium ad-tus nequissime regerit). ALDH. virg. I 38 p. 288,4 Iulianus, qui tyrannidem et apostasiam pariter -uit. NOTKER. BALB. gest. 2,12 p. 71,4 sibi principatum -ere. GERH. AUGUST. Udalr. I 23 p. 408,41 episcopalem potentiam. HELM. chron. 40 p. 80,12 -ta benedictione imperator *(sc. Heinricus V.)* Teutonicas revisit terras. *al.* *arrogare – sich anmaßen:* WILLIB. Bonif. 3 p. 12,24 qui et doctrinae caelestis documentum non suo ante tempus -uit arbitrio. **2** *acquirere, accipere – erwerben, erhalten:* CHRON. Fred. 4,27 gratum (*i.* gradum), quem adriperat *maior domus*. 4,43 cum . . . regnum arepuisset *Chlotharius*. WALTH. SPIR. Christoph. II 2,174 verbi pange *(sc. Christus)* fluenta tui, quibus hęc populatio . . . illita . . . signacula fontis -at. NIVARD. Ysengr. 4,993 -to . . . tempore *(cf. Verg. Aen. 11,459)*. CHART. Turg. III 566 p. 400,6 evanescunt . . . negocia . . ., nisi a . . . scripturarum memoria -ant firmamentum. *al.* *pati – sich zuziehen:* WETT. Gall. 35ex. quam *(deformitatem)* ex offensa electi Dei -uit. **C** *(mente) concipere – (geistig) sich aneignen, (er)fassen:* WILLIB. Bonif. 1 p. 6,8 mentis -ta fortitudine. AETHICUS ISTER 66 p. 47,4 quae quicumque -uerit vel legerit. HUGEB. Willib. 6 p. 106,1 Willibaldus . . . optima elegendo -bat -endoque . . . prebebat normam. WETT. Gall. 4 quae *(invidia)* . . . corda eorum -uit. BRUNO QUERF. Adalb. A 26 quid consilii -imus (capiemus *B*)? DIPL. Loth. III. 67 p. 105,2 fervorem. *al.* *c. sensu eligendi:* NOTKER. BALB. gest. 1,5 p. 8,23 si aliquem incongruum *versum* -uissem. *c. sensu obsequendi:* WILLIB. Bonif. 4 p. 15,15 -to . . . patris consultu. **D** *increpare –schelten:* VITA Corb. 7 p. 605,4 eum *(reum)* . . . -ens (corripiens ARBEO).

III *sensu contrario i. q. abripere – entreißen:* ARBEO Corb. 18 p. 209,21 -to uni ex manibus remigio. BERTH. (?) annal. a. 1062 Anno . : . Heinricum regem . . . a matre imperatrice vi -uit.

adi. **arreptus**, -a, -um. *festinus – eilig:* WALTH. SPIR. Christoph. II 3,91 passibus -is in consistoria venit.

***arripo** (adr-), -are. (ad *et* ripa, *cf. francog. vet.* ariver) *partic.* -ans *pro subst. masc. i. qui applicat – ein Landender:* DIPL. Zwent. 9 p. 34,20 in Dorestadio . . . cum navibus adripantibus . . . nec teloneum aut coniectum . . . exigetur.

***arriragium** *v.* *arreragium.

arrisio, -onis *f.* **1** *hilaritas – Heiterkeit:* MENKO chron. p. 535,11 vultūs -e homines ad operandum optime alliciens *Andreas prior.* **2** *deliciae – Wohlleben:* OTTO FRISING. chron. 8 prol. p. 391,35 post temporalem -em molestissimus penarum turbo . . . apparebit.

arro, -atum, -are. **1** *sibi obligare – sich verpflichtet machen:* EKKEH. IV. bened. prol. 2,44 Romam sibi Iulius -et (gloss.: irrupto erario). *sibi coniungere – sich verbinden:* CHART. scrin. Col. A 1 p. 14,32 (c. 1135/42) ego Udo Hadewigam . . . in sponsam et in coniugem -vi. **2** **a** *sponsare – verloben (in imag.):* ALDH. virg. II 1813 Salvator . . . sanguinis -tam conquirens dote puellam. **b** *maritare – verheiraten:* ERCHEMB. CAS. hist. 22 ut etiam filio illius natam suam . . . -ret.

Prinz

arrogantia (adr-, -cia), -ae *f.* *script.:* aro-: *l.* 5. abro-: *l.* 4.

1 *proprie i. q. praesumptio, elatio, iactantia – Anmaßung, Überheblichkeit, Prahlerei* (*cf.* GLOSS. I 4,39 St.-S. -a [abrogancia *b*] hrom. IV 2,24 ad-a keili. 131,39 aro-a roumisal): ALDH. virg. I 55 p. 315,2 inexcusabilis -ae probrum . . . ex eo declaratur, quod nemo ibi pretiosis . . . vestibus indui desiderat, ubi a nullo valeat videri. THIETM. chron. 6,99 humilitas . . . crescit et -ae sublimitas minoratur *(cf. Vulg. Matth. 23,12)*. CHRON. Sigeb. cont. Aquic. a. 1157 p. 408,9 (epist. papae) in litteris . . . nomen tuum *(sc. imperatoris)* nostro preponis; in quo insolentie, ne dicam -e, notam incurris. OTTO FRISING. gest. 2,30 p. 136,32 verba . . . plus -ae tumore insipida quam sale sapientiae condita. ALEX. MIN. apoc. 10 p. 178,20 contra -am, quae superiorem offendit, aequalem contemnit, inferiorem opprimit. ALBERT. M. summ. theol. II 18,116,2,7 p. 357b,24sqq. de aliis filiabus superbiae, quae sunt praesumptio, -a, iactantia . . . inquiremus; . . . secunda est -a, quando adscribit propriis meritis, quod non habet nisi ex gratia Dei *eqs. al.* *c. gen. rei iactantiam efficientis:* SIGEBOTO Paulin. 6 p. 913,41 artifex -a pretiosi lapidis . . . hominem, quod non est, de se ipso estimare compellit. *expressius i. q. causa elationis – Anlaß zur Überheblichkeit:* ANON. Has. 34 p. 263,44 regalem . . . prosapiam ex parte attigit *Gebehardus episcopus;* quam tamen -am . . . suaviter ille declinabat *eqs.* **2** *meton.:* **a** *insolens factum – anmaßende Handlung:* CHART. Westph. VII 1360 p. 619,19 (a. 1270) propter diversas violentias et -as, que nobis . . . inferuntur. **b** *homo iactanter se ferens – prahlerischer Mensch:* ANNAL. Altah. a. 1065 p. 67,4 ut ipsa Graeca et imperialis -a nimium miraretur super his. **c** *pompa inanis – eitler Prunk:* ELIS. SCHON. viar. 13 p. 102,36 -a crinalis operimenti et multa his similia venalium mulierum adinventiones sunt.

arrogatio (adr-), -onis *f.* *filii alieni assumptio – Annahme an Kindes Statt: v. p. 236,30sqq.*

arroglossa *v.* arnoglossa.

arrogo (adr-), -avi, -atum, -are. *script.:* aro-: *p. 981,1.* abr-: *l. 45.* arr-: *cf. p. 978,29.*

1 *praesumere, (illegitime) vindicare – (sich) anmaßen, (unrechtmäßig) beanspruchen:* HRABAN. hom. II 32 p. 204D non sibi -bat *Iohannes*, quod ipse non erat. EPIST. Hann. 98 p. 164,20 neque tarditati meę vigilantiorem circa evangelica . . . dicta diligentiam -are pręsumebam. DICTA de disc. (MG Lib. Lit. I p. 459,35) sibi papatum -are (abr- *cod.*). CHART. Rhen. inf. I 346 p. 235,2 illorum *(ministrorum)* . . . successio . . . inmunitatis nostrę terminos arroganter -vit suis hereditariis beneficiis. *expressius i. q. postulare – fordern:* EPIST. Worm. I 34 p. 63,6 tempus est tibi supplicare, non hęc -are. **2** *ascribere, attribuere – zuschreiben, zuweisen:* GODESC. SAXO theol. 13 p. 233,6 nihil propriis viribus -ant *electi*, sed . . . gratiae Dei . . . totum . . . applicant. VITA Annon. I 2,3 p. 485b,46 miser . . . fidem -ans evangelicis dictis. HILDEG. epist. II 29,17med. humili devotione id largitori -a, non tibi. **3** *eligere – wählen:* WIBALD. epist. 150 p. 249,12 nisi forte quis . . . in electionis consensu illum -et, quem postea patrem et tutorem . . . habere valeat. **4** *inferre – zufügen:* CONST. II 400,2 (a. 1245) de iniuriis et offensis ipsi ecclesie . . . per eum -tis (irrogatis *corr. ed. in nota, vix recte*).

adi. **1. arrogans**, -antis. *tumidus, insolens, iactans – anmaßend, überheblich, prahlerisch* (*cf.* GLOSS. IV 112,38 St.-S. romiger. 221,39 ruamili): HRABAN. epist. 15,9 p. 413,24 phariseo de propria iustitia -e *(cf. Vulg. Luc. 18,10sqq.)*. THIETM. chron. 6,10 ad compescendam Bolizlavi -is seviciam. OTTO FRISING. gest. 1,49 p. 69,1 tam -s suoque tantum ingenio confidens *Petrus Abaelardus*. CARM. Bur. B 121,2,1 prior *amasia* trux et -s, humilis secunda. ALBERT. M. Is. 2,12 p. 43,31 -s est, qui propter fastum cordis sibi attribuit, quod non habet. *al.*

2. arrogatus, -a, -um. *in familiam assumptus – an Kindes Statt angenommen:* LEX Raet. Cur. 22,5 illum *(fi-*

[Sroder]

lium) dicitur aro-um (adr- *var. l.*), qui patrem vivum non habet et ad alium patrem se commendat.

subst. **arrogans**, -antis *m. homo insolens – anmaßender Mensch* (*cf.* GLOSS. I 251,32 St.-S. hromari): LIBRI Karol. praef. p. 1,15 scismaticorum vel -ium turbatur *ecclesia* simultatibus.

adv. **arroganter.** *tumide, insolenter, iactanter – anmaßend, überheblich, prahlerisch* (*cf.* GLOSS. I 6,4 St.-S. hromlihho): ALDH. virg. I 10 fiducia virginitatis inflati -r intumescunt. FORM. Marculfi 2,46 salutacionum munia . . . non -r (aro- *var. l.*), sed humiliter distinare presumo. AETHICUS ISTER 102 regnum sagaciter et ad-r usurpavit *Romulus*. HRABAN. epist. 45 quam *(opinionem)* ipsi *(haeretici)* ex propria inventione -r finxerunt. OTTO SANBLAS. chron. 20 p. 23,19 -issime minantur. *al. v. et p. 980,47.*

***arrogon** *v.* *aregon.

arroro (adr-), -atum, -are. *conspergere – besprengen:* DYNAMID. Hippocr. 1,5 *(de farina hordei)* ad-tum minusque madefactum levissimum est.

arrumo (adr-), -are. *rumorem afferre – gerüchtweise melden:* GESTA Camer. 3,19 p. 471,43 adrumatur ei ducem redisse.

arrumpo *v.* abrumpo.

1. ars, artis *f. script.:* arce: *p. 984,63.* arcium: *l. 31. p. 982,53. 984,10.32.*

I *strictius:* **A** *proprie i. q. facultas agendi rem secundum praecepta,* τέχνη *– die Fähigkeit, sich fachgemäß zu betätigen, das Können, Kunst:* **1** *gener.:* GODESC. SAXO gramm. 2 p. 487,14 peritum 'sollers' *significat*, quasi totus -i deditus -isque gnarus. ERMENR. ad Grim. 24 p. 562,11 Minervam, arcium deam. HROTSV. Sap. 3,22 miram... scientiam -ium. WALTH. SPIR. Christoph. II praef. 7 cum... naturę summa potestas . . . varię comites effecerit -is. *al. proverb.:* CHRON. Ebersh. prol. vita . . . brevis, -s longa. **2** *de certis facultatibus:* **a** *de -bus practicis, mechanicis sim. i. q. actio opificis, operatio perfecta (ex intellegentia praeceptorum et experientia orta) – handwerkliche Tätigkeit, praktisches Können (auf Grund von Fachkenntnissen und Erfahrung):* α *def.:* ALBERT. M. bon. 96 p. 63,8 dicit Aristoteles, quod 'consilium magis est circa -es (*p. 1112*^{b},6 περὶ τὰς τέχνας) quam circa disciplinas' *eqs.* animal. 16,37 -s . . . in anima movet manus et instrumenta et imprimit ea ad hoc, quod species -is sit in eis secundum virtutis operativae rationem *eqs.* eth. 1,3,2 p. 32^{a},29 quin -s sit collectio ex adinventis comprehensionibus exercitatis et probatis ad aliquem finem bonum. p. 32^{b},2 inventores ...-ium homines sunt *eqs.* p. 32^{b},7 -es sunt sapientiae rationes, naturam imitantes, materiis exterioribus utentes et his species et formas artificiales imponentes *eqs.* 6,2,5 p. 414^{b},37 nulla -s (*p. 1140*^{a},8 τέχνη) est, quae non sit factivus habitus cum ratione *eqs.* pol. 7,15^{o} p. 751^{a},9 natura nihil confert nisi habilitatem, -s reddit potentem, usus praebet facultatem. metaph. 1,1,6 p. 12^{a},48 liberales . . . -es dico, quas propter se et non propter aliud volumus . . ., mechanicas autem voco, quascumque . . . propter alterius utilitatem quaerimus. *ibid. saepe.*

de bestiis: ALBERT M. (?) animal. quaest. 8,4 p. 189,68sq. licet -em non habeant *bruta*, similitudinem -is tamen habent *eqs. v. et p. 984,38.* β *de actionibus fingendi, creandi, fabricandi sim.:* LIBRI Karol. 3,22 p. 149,27 -em pictoriam. CONC. Karol. 39^{A},140 pistoria -e. GESTA Font. 16 p. 48,4 -e scriptoria. VITA Liutb. 28 -em texturae didicerat. FOLCUIN. Lob. 35 calciamentoriam -em. EPIST. Teg. I 23 hominem -e fusoria instructum. NORB. IBURG. Benn. 21 p. 886,42 architectoriae -is. TRAD. Ratisb. 818 Bernoldus -e aurifex. OTTO FRISING. gest. 2,13 p. 116,24 mechanicarum -ium opifices (CHART. Basil. C I 388 p. 291,6 hominum . . . -es mechanicas exercencium, qui dicuntur vulgariter handtwerchlute. *al. cf.* PASS. Thiem. II 12 p. 59,13 operatorias -es). TRAD. Ratisb. 908 quidam iuvenis, -e pellifex. *persaepe. de Deo creatore (de Christo: l. 71; cf. H. Kühle, Die Entfaltung des Gottesbegriffes . . . nach Albert d. Gr. 1931. p. 35):* HEIRIC. Germ. I 6,540 rex et principium . . ., -s et consilium. ALEX. MIN. apoc. 4 p. 72,6 quae prius erant in artificis voluntate sine tempore, creata sunt secundum quod in -e creatoris disposita erant in tempore *(ex Haimone, PL 117,1013B)*. ALBERT. M. summ. theol. II 1,1 p. 5^{b},16 quod mundus archetypus omnium eorum, quae facta sunt, principium est, eo quod sunt in ipso sicut artificiata in -e artificis *eqs.* (*cf.* 1,3 p. 26^{b},21). γ *de bello, venatione sim.:* EINH. Karol. 22 p. 27,12 in hac -e *(equitandi et venandi)*. VITA Liutb. 19 -e piscatoria (*cf.* CHART. Altah. inf. 107 [Mon. Boica XI p. 246,24] -em illam, que vulgariter dicitur treiben). POETA Saxo 5,322 exercere natatum, qua . . . -e magis nemo peritus erat (*cf.* THIETM. chron. 3,22 -e natandi). DIPL. Zwent. 13 bestiam capere quacumque venacionis -e *(cf.* DIPL. Heinr. III. 209 venatoriae -is ingenio. *al.)*. HROTSV. gest. 50 belli doctissimus -is (*cf.* COSMAS chron. 1,12 p. 27,29 bellice -es). CHART. Tirol. 544 p. 23^{b},23 qui dictam -em (*sc. navigationem)* usaverit. HEINR. LETT. chron. 10,12 p. 41,36 -em balistariam. *al. de falconibus:* BONIF. epist. 105 p. 231,8 falcones, quorum -s et -is audatia sit, grues velle . . . captando arripere. δ *de negotiis:* MEGINH. FULD. Alex. 9 -em trapacetarum. LAMB. HERSF. annal. a. 1075 p. 205,15 pecuniariam atque usurariam -em. TRANSL. Godeh. 3 p. 648,39 vir quidam -i mercatoriae deditus. *al.* ε *de medicina sim. (cf. P. O. Kristeller in: Artes Liberales, ed. J. Koch. 1959. p. 84sq.):* EIGIL Sturm. 24 dum . . . -is suae ei . . . potionem infuderat *medicus*. FORM. Salisb. 59 infirmos medicinali -e curare (THIETM. chron. 7,56 m. -e . . . instructus). CHART. Rhen. med. III 289 ut -em discat minuendi *(sc. sanguinis)*. CHART. Neocell. (Frising.) 44 (QuellErörtBayerGesch. N. F. XIX. p. 120,40) de -e cyrurgica. *al.* **b** *de -bus theoreticis, liberalibus sim. i. q. scientia usui applicata, disciplina – nach Anwendung strebendes Wissen, Wissenschaft:* α *in univ.:* CONC. Karol. 39^{A},123 p. 403,24 ut . . . diversarum -ium erudiantur *subditi praelatorum* disciplinis. HRABAN. epist. 3 p. 386,2 ea, quae in gentilium studiis et -bus aecclesiastico viro scrutari utilia sunt. AGIUS comput. 1,3 cum cunctę penitus dentur divinitus -es. VITA Rimb. 5 in discendis -bus et disciplinis scolaribus. HONOR. AUGUST. anim. 1 per decem -es. WIBALD. epist. 374$^{in.}$ -s nulla sine preceptore usque ad plenam rerum certitudinem capitur. *persaepe. eruditio – Bildung:* RATHER. epist. 11 p. 59,1 fateor magis eum intellectu viguisse quam -e. CARM. Cent. 34,3 quamvis -e carens, tamen usu iure calebat. EPIST. Ratisb. 11 p. 330,5 cui, quod -i defuit, natura subministravit et, quod natura minus habuit, industria adiecit. *al.* β *de septem -bus ('Sieben freie Künste'):* EINH. Karol. 25 -es liberales studiosissime coluit (VITA Bav. I prol. p. 534,6 liberalium omnium -ium et humanarum doctrinarum matrem fuisse Athenas. RUOTG. Brun. 5 p. 7,14 obliteratas diu septem l. -es ipse retexit. THIETM. chron. 6,100 a puero liberali -e nutritus. RUP. TUIT. spir. 7,10 p. 1763^{D} ingressae sunt . . . septem -es l. tanquam famulae in sacrum . . . sapientiae triclinium. *saepe. v. et p. 981,52*). HEIRIC. Germ. I 3 praef. p. 461,9 Hilarium septifidis -bus inclytum. RUOTG. Brun. 20 p. 20,2 ipsam ingenuarum arcium matrem. *al.* γ *de trivio:* WILLIB. Bonif. 2 p. 9,16 grammaticae -is eloquentia . . . inbutus (GODESC. SAXO gramm. 1 p. 390,2 grammaticam angustam et artam -em. RANGER. Anselm. 303. *saepe. cf.* OTFR. ad Liutb. p. 168,29 dum . . . nec scriptura nec -e aliqua . . . est *lingua* . . . expolita. CARM. Cantabr. app. 2,11,3 Priscianus, primae -is restaurator). POETA Saxo 5,235 -is rhetoricę (ANSELM. BIS. rhet. p. 102,6. *al.*). EPIST. Ratisb. 7 p. 295,17 in exercitio dialecticę -is. δ *de quadrivio:* VITA Ansb. 4 (MGMer. V p. 621,31) diversa musicae -is instrumenta ([*cf. K. G. Fellerer in: Artes Liberales, ed. J. Koch. 1959. p. 38sqq.*]. GERH. AUGUST. Udalr. I 1 p. 386,42 musica . . . -e prae caeteris praeditum. *al. cf.* CARM. Cantabr. 12,2^{b}, 10 -em pulchram primus edidit *Pythagoras*. EBERH. FRISING. fist. p. 279^{a} ad organizandi -em. AEG. ZAM. mus. praef. p. 370^{b} -e modulatoria). Ps. BOETH. geom. p. 373,22 de -is geometricae figuris (p. 395,3. *ibid. al. cf.* BERTH. [?] annal. praef. p. 268,5 geometriam quandam non parvae . . ., quantum ad -em illam, utilitatis . . . conscripsit). THEGAN. Ludow. 44 p. 599,44 numerus parvus per -em arithmeticam surgit in

[Sroder]

maximum (*cf.* EINH. Karol. 25 p. 30,17 -em conputandi. ANON. astrolab. p. 374,2 matheseos -es. MATHEM. var. Bubnov p. 390,27 docuit talem, quae dicitur abacus, -em. ALBERT. M. metaph. 1,1,10 p. 20ᵃ,17 -es mathematicae [*p. 981ᵇ,27* αἱ μαθηματικαὶ τέχναι]). *v. et p. 1112,68sq.* **c** *de disciplinis ecclesiasticis:* CARM. Walahfr. app. 5,7,7 -s solet esse suis praeceptis arcta et amara. CONC. Karol. 56ᴬ,18 in -e praedicationis. ALTFR. Liutg. 1,9 ad studium -is spiritalis. TRANSL. Godeh. 1 p. 641,4 puer . . . in clericali -e erudiendus. *de scientia haereticorum:* EKKEH. IV. bened. I 42,63 ut . . . in gladio . . . pari queat -s adversa (gloss.: heretica pravitas) necari. **ζ** *de aliis disciplinis:* ALDH. epist. 5 p. 493,1 philosophicae -is. ad Acirc. 6 p. 75,21 metricae -is peritia (BEDA hist. eccl. 4,2 p. 204,27. *al.*). FORM. epist. I 7 -is poeticae. OTTO FRISING. gest. 2,25 p. 129,15 phisicorum . . . -es. CHART. Ital. Ficker 286 p. 321,20 -em notariciam . . . exercebit (*cf.* 461 p. 468,8 comes Otto dictum Faravellum -e notarie auctoritate, qua fungebatur, . . . investivit. ACTA imp. Winkelm. I 417 p. 360,43). *remissius:* THIETM. chron. 4,54 regem . . . destruendi pocius gnarum -is quam regendi. **c** *de magia sim.:* BEDA hist. eccl. 4,27 p. 269, 22 per incantationes . . . vel alia quaelibet daemonicae -is arcana. LEX Baiuv. 13,8 si quis messem alterius initiaverit maleficis -bus. CONC. Karol. 16ᴬ,4 carminibus vel machinis diabolicis vel magicis -bus (HILDEG. caus. 1 p. 31,36. *saepe*). ORD. iud. Dei A 21 p. 624,44 ut non sit . . . ulla -s diabolica, qui eos liberare possit (ANSELM. Bis. rhet. 2,3 p. 145,14). ALBERT. M. eth. 1,3,2 p. 33ᵃ,35 in -bus maleficorum, sicut in necromantia. *al. absol. i. q. magice – Zauberei:* ORATIO 2 (ed. A. Franz, Die kirchl. Benediktionen. II. p. 75,24) neque per tempestatem . . . neque per ullam -em. **B** *c. emphasi quadam:* **1** *de praestantia:* **a** *act. i. q. virtus artificis, habilitas – Kunstfertigkeit:* MIRAC. Genes. Hier. 2ᵉˣ· scrinio . . . moderata -e conposito. WALTHARIUS 308 nappam . . . -e peractam. NOTKER. BALB. gest. 1,18 p. 24,17 coci . . . gulę irritamenta exquisitis -bus praeparabant. DIPL. Zwent. 2 cuidam eximiarum -cium presbytero. *al. remissius:* ADAM gest. 3,36 homines diversi generis et multarum -ium. **b** *pass. i. q. fabricatio bene effecta – kunstvolle Bearbeitung:* WALTHARIUS 1379 quamlibet eximio praestaret *capulum ferri* et -e metallo. **2** *operatio hominis naturae opposita – menschliches, den natürlichen Gegebenheiten gegenübergestelltes Wirken, künstliches Eingreifen:* OTTO FRISING. gest. p. 3,6 (epist.) civitatem munitissimam natura et -e (2,20 p. 122,2). ALBERT. M. (?) animal. quaest. 9,18 p. 210,46sqq. quaeritur, utrum per -em possit generari masculus vel femina . . .; quod per naturam est determinatum, per -em non potest variari *eqs.* AEG. ZAM. mus. 4 p. 377ᵇ instrumentalis . . . imitatio, quae instrumentis constat -is vel naturae. **3** *alch. i. q. confectio perfecta – kunstgemäße Herstellung:* TURBA phil. 10 huius operis clavis est nummorum -s *(v. notam ed.).* 56 in -e auri. *al.* ANON. secret. p. 49,26 argilla -is sic fit. **4** *medic.:* **a** *sectio rite facta – kunstgemäßer chirurgischer Eingriff:* TRACT. de chirurg. 153 si . . . fortis sit infirmus, -em exerce. **b** *curatio – Heilverfahren:* BENVEN. GRAFF. ocul. B 1 p. 7,5 addiscere -em probatissimam occulorum. **5** *praeceptum (de quadam re bene facienda compositum), regula – (Kunst-) Theorie, Regel:* ERMENR. ad Grim. 11 p. 546,36 cum 'perfodi' dici debeat secundum -em. BERNO ton. p. 81ᵃ contra -em incipiunt *cantilenam.* BERNOLD. CONST. chron. a. 1091 p. 451,30 multos . . . errores in cantibus deprehensos . . . ad -em correxit. ANON. pos. disc. p. 192,27 -e usui applicata. OTTO FRISING. chron. 8, 28 p. 439,7 obliviscimur . . . illorum, quae -is tantum industria (*opp.* experimento) inexperti comprehendimus. CARM. Bur. B 105,7,1 -es amatorie iam non instruuntur a Nasone tradite. *al. intellegentia praeceptorum – Fachwissen:* FRID. II. IMP. art. ven. prol. p. 1,6 ut removeremus errorem plurium . . ., qui sine -e hiis, que -is erant, in eodem negotio abutebantur. **C** *meton.:* **1** *opus affabre factum – Kunstwerk:* ERMOLD. Ludow. 4,260-sque dedit mortem ut artifici que suo (WALTH. SPIR. Christoph. II 3,167). EPIST. Worm. I 15 p. 32,11 -em (aliquid praeclarum *Iuven. 3,217*) . . . Eufranoris aut Polycleti. **2** *machina – Kriegsmaschine:* ALBERT. AQUENS. hist. 2,36 p. 326ᶠ -s muro illata. **3** *collegium opificum – Zunft (cf. H. Pirenne, Sozial- u. Wirtschaftsgesch. d. Mittelalters. 1947. p. 172sqq.):* CHART. Ital. Ficker 446 (a. 1265) cum adiunta rectorum -ium et societatum. ALBERT. MIL. temp. 282 p. 542,9 per -es civitatis Reg(inae) sive per societates misteriorum. **4** *liber de quadam re bene facienda scriptus – Lehr-, Fachbuch:* GUNZO epist. 4 p. 27,1 scriptores -ium . . . ut Donatus (5 p. 28,9). ANSELM. Bis. rhet. 3,6 p. 177,8 a plurimis . . . arcium (-tium *C*) scriptoribus. FRID. II. IMP. art. ven. prol. p. 3,29 -s venandi est collectio documentorum. ANON. mus. Sowa 1ª p. 23,23 quidam in suis -bus maiorem longam perfectam . . . vocaverunt. *de libro sancto i. q. scriptum sublime – erhabene Schrift:* HRABAN. carm. euang. 2 Mattheus . . ., -is evangelicae fictor.

II *latius:* **A** *de modo (agendi):* **1** *gener.:* **a** *modus, ratio (exercendi), via – Art und Weise, (Verfahrens-) Weise, Mittel:* PAUL. DIAC. carm. 11,11 coniunx . . . mendicat . . . cibos; . . . hac turpi natos sustentat ab -e. TRAD. Frising. 426 hoc . . . per qualibet -em ad eum pervenisse. WALAHFR. hort. 367 nacturi hac -e vigorem. RUD. FULD. mirac. 2 p. 331,5 ipsa se erigere ulla -e non potuit. ANNAL. Sangall. IV a. 983 voluit -e Darii . . . ponte navibus iuncto . . . Siciliam intrare. ECBASIS capt. 666 serviminis -em. EKKEH. IV. pict. Mog. 58 qua valet . . . -e. BERTH. (?) annal. a. 1079 p. 323,30 omnibus modis et -bus. ANNAL. Pegav. a. 1181 p. 264,28 nova . . . et a seculis numquam . . . audita -e. HEINR. LETT. chron. 27,3 p. 197,15 secundum -em Theuthonicorum. *saepe.* **b** *mos, ingenium – Lebensart, Eigenschaft:* RUOTG. Brun. 14 p. 13, 35 bonarum -ium ignari (EPIST. Hann. 108 p. 184,8 quędam b. -ium vestigia. EPIST. Reinh. 46 p. 43,10. *al.*). COSMAS chron. 3,17 p. 180,2 omnium malarum arcium inventores. **2** *c. colore quodam:* **a** *sollertia – Geschicklichkeit:* HEINR. LETT. chron. 30,4 p. 218,12 Theuthonici . . . tam -e quam marte pugnare coguntur. *de bestiis:* ALBERT. M. animal. 8, 70 licet sit *trochilus* avis multo debilior quam vultur vel aquila, tamen ex -is (*p. 615ª,19* τεχνικός) sagacitate pugnat cum eis. 8,74 in nido . . . tanta utitur *avis* -e, quod etiam -e praedita esse videtur (*cf. p. 981,56. 1000,1*). **b** *prudentia, calliditas – Klugheit, geistige Gewandtheit:* CAND. FULD. Eigil. II 3,11 magna ingenii quaeque discreverat -e. WALAHFR. (?) carm. 56,4 doctiloquos . . . sophos -e tua superas. EKKEH. IV. cas. 13ᵗⁱⁿ. hospitibus -e tacitis. NORB. IBURG. Benn. 7 p. 875,19 quod non esset prudentiae profunda -e conditum. *al.* **c** *persuasio – Überzeugung (skraft):* EKKEH. IV. pict. Mog. 451 stratus humi plorat rex -e subactus. **d** *dolus, versutia, astutia – List, Verschlagenheit, Schlauheit:* HUGEB. Wynneb. 7 p. 112,15 contra mille nocentes diaboli -es (*cf.* WIDUK. gest. 3,18 -e antiqui hostis. HILDEG. scivias 3,11 p. 716ᴰ diabolicis -bus). COD. Lauresh. 3006 p. 254,11 si quis . . . contra hanc donationem callida -e venire temptaverit. POETA Saxo 1,250 dolosi, quod vi non poterant, egerunt -e. WIDUK. gest. 3,71 Graeci . . . ad -es paternas conversi . . ., quos virtute nequibant, -bus superabant. BERTH. (?) annal. a. 1078 p. 308,14 versutiis, -bus, machinationibus. NARR. de lib. Fab. 5 saepe -s deluditur -e. CHART. Salem. 248 p. 282,6 omni mala -e et dolo. *saepe.* **e** *malitia – Schlechtigkeit:* EPIST. Worm. I 21 p. 43, 23 vellem totius tyrannidis machinatores dignum -e sua invenire exitium. **B** *facultas movendi – Bewegungsfähigkeit:* VITA Galli II 1613 constitit . . . quidam mendicus et -es membrorum penitus contractus perdidit omnes. **C** *potentia, vis – Vermögen, Kraft:* WALAHFR. Wett. 141 precis -e (arce *R*) patet. CARM. Scot. I 11,34 raptus e portu aquilonis -e.

2. ars *v.* arx.

arsenicum, -i *n. (m.* -us: *l. 68. p. 985,2)* (ἀρσενικόν) *script.:* urs-: *p. 985,3.* arss-: *p. 985,18.* -sin(n)i-: *p. 985, 3.18.* arzicon: HERACLIUS II 50. *form.:* *sing.:* *nom.:* -us: ALPHITA I p. 278,23. -on: *p. 985,1.* *gen.* -u: *p. 985,1.* *plur.: p. 985,5.*

compositio ex 'arsenio' et sulphure consistens – Schwefelarsenverbindung: **1** *gener. (pars exemplorum etiam ad 2 a spectare potest, e. g. p. 985,1.6sq.):* PAUL. AEGIN. cur. 172

[Sroder]

p. 96,17 -u (*3,28,1* ἀρσενικοῦ) partem I. 232 -on cum aceto acri solvens. ANTIDOT. Glasg. p. 158,32 -us citon –s. p. 158, 34 ursinicum –IIII. CONSTANT. AFRIC. grad. p. 383,1 -um duobus modis est, citrinum et rubeum, utrumque tamen calidum et siccum *eqs.* ANON. secret. p. 36,1 -a diversi coloris sunt *eqs.* Ps. GERH. CREM. sal. I 11 p. 19,30 -um . . . anima et est minerale *eqs.* GEBER. summ. 1,15 in . . . -o hunc lapidem *philosophorum* inveniri existimantes. ARNOLD. SAXO fin. 3, 36 falcanos, -um et auripigmentum idem lapis est, rubeus et citrinus. Ps. ARIST. magist. p. 638ª,49 lapides . . ., qui planetae vocantur, sunt . . . sulphur, -um *eqs.* lap. II 24 de zarnich i. -o *eqs.* ALBERT. M. miner. 5,1,5 -um . . . plurium modorum invenitur . . ., album videlicet et citrinum, quod . . . auripigmentum vocatur, et rubeum *eqs.* veget. 6,436 interficit *stafisagria* pediculos, praecipue cum -o. THEOD. CERV. chirurg. 4,8 p. 183ᴳ -um sublimatum . . . sic fit: recipe -um *eqs. saepe.* **2** *spec.:* **a** -um (citrinum) *i. q. auripigmentum (citrinum) – Auripigment* (*cf.* GLOSS. III 492,34 St.-S. arssinnicum orgiment. 524,27 -um, auripigmentum, operment. 548,16 -um russes gel): Ps. ARIST. magist. p. 650ᵇ,51 sulphuris, -i citrini et rubei. ALPHITA II p. 13,40 -um, lompnias, id est auripigmentum citrinum. ALBERT. M. animal. 22,124 si -o citrino in farina impastato mus cibetur, morietur. *al. v. et l. 4.10.13.20.* **b** -um rubeum *i. q. auripigmentum (rubeum), sandaraca – Realgar, Sandarach:* Ps. ARIST. lap. II 24 si -um rubeum combusseris cum calce . . ., dealbat *aes.* ALBERT. M. animal. 16,135 ex lapide, quem antiqui philosophi mez vocant, . . . nos . . . in Latino vocamus ipsum -um rubeum. *al. v. et l. 4.9.14.20.* **c** -um album *sim. i. q. auripigmentum sublimatum – arsenige Säure:* THEOD. CERV. chirurg. 3,1 p. 158ᴮ de medicinis, quae in fistulis stant loco cauterii, est -um sublimatum. *v. et l. 13.16.*

1. *arsenicus, -a, -um. (*cf.* ἀρσενικόν) *auripigmentum citrinum continens – Arsen-:* WALTH. AGIL. med. 45 p. 155,31 clisterizetur cum trociscis -is *(v. notam ed.).*

2. *?****arsenicus,** -i *m. (orig. inc., ni cohaeret c.* ἀρρενικός) *sodalis (sponsi) – Begleiter (des Bräutigams):* LEG. Lang. p. 656ª,16 trontingin, id est -um.

arsenoquita, -ae *m.* (ἀρρενοκοίτης) *masculorum concubitor – Homosexueller:* ORDO Rom. 35,40 pro quattuor capitulis secundum kanones, id est: pro -a, quod est masculo *eqs.* RATHER. epist. 29 p. 161,8 nemo in eis *(tonsoratis)*, qui non aut adulter aut sit -a. *cf. ThLL. II 636,57 s. v.* arsenocita.

arsinicum *v.* arsenicum.

***Arsinum,** -i *n. (orig. inc.) species vini – Weinsorte:* IOH. DIAC. cen. 2,170 Tecla potat -um (tharsinum *J*, tarsicum *n; ex Ps. Cypr. cena 174; cf. notam ed.*).

***arsippio** *subst. (orig. inc., ni latet* Argos Hippion, Arpos, *cf. Corp. gloss. Lat. ed. Goetz VI p. 98) arcus – Bogen:* ABBO SANGERM. bell. 3,67 ducitur anquina limbus, -o (gloss.: arcus) necnon.

arsis, *acc.* -in (-im) *f.* (ἄρσις) **1** *metr. et mus. de voce i. q. elevatio – (Er-)Hebung:* ALDH. ad Acirc. 112 p. 150,16 -is interpretatur elevatio, thesis positio, sed -is in prima parte nominis . . . ponenda est *eqs. (de fontibus v. notam ed.).* 117 p. 162,17 duo tempora in tribracho ad -in et unum ad thesin pertinebunt. *al.* BONIF. metr. p. 577,21 -is est vocis elevatio cum temporibus *eqs.* AUREL. REOM. mus. 5 p. 34ᵇ,27 quartus *modus cantus* est -is, id est vocis elevatio, hoc est initium. 19 p. 58ᵇ,13 in versibus introituum prima syllaba, id est 'glo', -im patietur *eqs.* UDALSC. carm. p. 111 non thesis ascendat, non -is ad infima tendat. **2** *anat. de corde i. q. dilatatio – Ausdehnung:* RICHARD. ANGL. anat. I 226 hoc *(cor)* . . . habet duos motus contrarios, scilicet dilatationis et constrictionis, que dicuntur diastole et sistole apud Grecos vel -is et thesis, id est elevacio et depressio. *per errorem i. q. constrictio – Zusammenziehung:* NICOL. anat. 420 depressio et sistole et artheos sive -is idem est.

arso, -are. *de gruibus i. q. clamare – schreien:* ALDH. ad Acirc. 68,5 -antes . . . grues *(cf. notam ed.). cf. ThLL. II 579,56 s. v.* ?arisso.

arssinnicum *v.* arsenicum.

arsura, -ae *f.* **1** *incendium, ignis – Brand, Feuer:* **a** *strictius:* EKKEH. IV. cas. 70 fratres errovagari post -am solitos. ALBERT. M. veget. 2,97 -a fulguris. **b** *latius:* **α** *de morbo i. q. gangraena – kalter Brand:* ANNAL. Laub. III a. 1090 (MGScript. IV p. 21,26) orta est pestis in hominibus, quae -a dicitur. **β** *de stercore i. q. vis caustica – brennendes Ätzen:* ALBERT. M. animal. 8,24 dicuntur ardeae ab -a stercoris, quia arescit et exuritur . . . id, super quod cadit stercus eius. **2** *fervor, aestus – Glut, Hitze:* **a** *strictius:* ALBERT. M. veget. 2,97 ut . . . distantis . . . folii remedium per umbram temperatam restringat -am *solis.* **b** *latius de corpore humano:* **α** *de flagrantia:* ALBERT. M. animal. 9,6 cum emittunt sperma, sustinent -am quamdam cum delectatione propter fervorem libidinis. **β** *de morbis i. q. ustura – Entzündung:* ROGER. SALERN. chirurg. 1,571 si . . . sit ibi *(sc. in oculis)* mordicatio vel -a. 1,781 ad -am labiorum (BRUNUS LONG. chirurg. 2,3,1 p. 121ᴰ in labiis accidit ulceratio et -a et scissura. *al.*). GLOSS. Roger. I A 2,5 p. 596,40 -am intestinorum. 2,16 p. 630,37sqq. determinat actor de -a, que accidit ex mala fumositate ascendente ad os . . .; -as quoque appellat excoriationes quasdam oris. *al.* *Sroder*

artaba (-e), -ae *f.* (ἀρτάβη) *mensura quaedam annonae – ein Getreidemaß* (*cf.* GLOSS. III 718,11 St.-S. amphora vel -e croch. IV 131,40 -a mezzi): CATAL. mensur. cod. Monac. 14747 f. 88ʳ -e tres faciunt mod(ia) x. REIN. LEOD. inept. 1 p. 593,47 similae duodecim -ae *(cf. Vulg. Dan. 14,2).*

***artabatus,** -i *m. (cf.* Artabatitae *?) monstrum fabulosum quoddam, ut vid. – viell. ein Fabelwesen:* BENZO ad Heinr. 5,1 p. 647,46 mox in campum salierunt spiritus silvatici, patarini et ambrones, simul et -i (*cf.* 5,3 p. 650,27).

artagge *v.* attagen. *Rudolph*

***artago** (atra-, acra-, arto-, alta-, atti-), -inis *m. (fort. cohaeret c. lomb.* arzadega, *venet.* sarzegna) *gen. pl.* -genum: *l. 36.*

querquedula – Krickente (Aras querquedula L.): GLOSS. Salern. p. 11ᵇ,6 attigenum, cercellarum. BERNH. PROV. comm. 6,2 p. 291,6 adeps altaginis. 10,1 p. 315,37 -o avis est similis parve anati; cercellus dicitur Salernitanice. ALPHITA I p. 273,3 acrago, genus ([atrago, ginis *var. l.*]. *sim.* ALPHITA II p. 14,28 artogo, artogis), id est avis tholosana habens optimas carnes ad comedendum. *Sroder*

***artamentum** (arct-), -i *n. pessulus – Riegel:* AGNELL. lib. pont. 147 ianuae clausae sunt, omnia illarum arct-a discurrerunt, unaquaque in locum suum.

artaria *v.* arteria.

artatio (-cio), -onis *f.* **1** *proprie:* **a** *anat. i. q. angustia – Verengung:* ALBERT. M. animal. 10,44 est etiam causa *(sc. conceptionis impeditae)* . . . vulvae . . . nimia -o. **b** *eccl. i. q. inclusio – Einsperrung, 'Konklave' (cf. Plöchl, Kirchenrecht. II. p. 78):* CHRON. Mart. Opp. cont. II (MGScript. XXX p. 711,31) constitutionem . . . de -e cardinalium in ellectione summi pontificis suspendit. **2** *translate usu iur.:* **a** *restrictio – Beschränkung:* CHART. Salisb. IV 72 p. 72,12 (a. 1271) ne . . . conventus in sua cultura aliquibus -cionibus pregravetur. **b** *exactio – Forderung:* CHART. Xant. 172 p. 116,46 (a. 1250) inhabitatoribus *arearum* . . . ad acquirendas . . . mansiones nonnunquam inepta imponebatur -cio.

***artatura,** -ae *f. angustia – Enge:* WILH. APUL. gest. 4,400 miseranda locorum omnia mutari sic -a coegit.

artemide(i)on *n.* (ἀρτεμίδειον) *dictamnus – Diptam (Dictamnus albus L., cf. André, Lex. bot. p. 42):* GLOSS. III 485,44 St.-S. -eon wizwurz.

artemisia, -ae *f.* (ἀρτεμισία) *script.:* arce-: *l. 69. al.* arche-: *p. 987,15.* arthe-: *p. 987,13.20.32. adde* GLOSS. III 591,11 St.-S. arthemisya. *al.* arti-: *p. 987,19. adde* ANTIDOT. Lond. p. 20,41. *al.* -mes-: *p. 987,9.12.13.19.27. saepe.* -mos-: GLOSS. III 597,1 St.-S. -miss-: GLOSS. III 680,24 St.-S. -med-: *p. 987,11.* -mis: *p. 987,27.* -ea: BOTAN. Sangall. 11,3 arcemisea. -ya: *l. 65. form. acc. sg.* -o: *p. 987,10. metr.* -tē-: *p. 987,24. usu attrib.: p. 987,10.11. al.*

I *parthenium – Beifuß (Artemisia vulgaris L., cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. I. p. 434sqq.; André, Lex. bot.*

[Rudolph]

p. 42; in glossis interdum [e. g. l. 17.19] atriplex – Melde [Atriplex hortensis L.] subesse potest): A *gener.:* PAUL. AEGIN. cur. 236 p. 172,3 bibant *mulieres* . . . elixaturam -e (*3,61,3* ἀρτεμισίας). GLOSS. med. p. 10,8sqq. -a: genera sunt tria, monoglossa, tragantes, leptafillos . . .; has -as Homerus dicitur invenire *eqs.* (DYNAMID. Hippocr. 2,47 -ae, hoc est zygiberis, g. sunt III *eqs.*). ANTIDOT. Lond. p. 18,30 unguentum ad synocas febres: . . . herba -a, qui febrefugia dicitur (*cf.* ALBERT. M. animal. 23,104 sucum -esiae). FRAGM. mul. I 15 herba -o . . . in oleo quoquis. BOTAN. Sangall. 11[tit.] nomen herba -edia; nascitur in locis sablosis vel ortinsis. GLOSS. III 172,8 St.-S. -esia vel valentina biboz. 485,42 arthemesia idem bucca. 523,12sq. -esia vel matricaria est mater herbarum, que vocatur biwz, in polonico biliza (GLOSS. Salern. p. 4[a],39. ALPHITA II p. 13,36 archemesia, m. vel matricalis, mater herbarum idem; tota herba utimur, gallice armoise *eqs.*). 546,5sq. -esia biboz oder bukel oder schosmalte oder himelker. 719,34 -a vel valeriana biuot. IV 36,37 -misiamon (-amon⟨oclonos?⟩ *ed.*) scoz malta. 363,6 -imesia hermalta. DYASC. p. 25[a] arth-a monodosos . . . intestinorum dolorem tollit, . . . alia arth-a, que tangetes nominatur, facit ad vesice dolorem. p. 25[b] tertia -i *(sic?)* leptafilios dicitur, nascitur circa fossas. ODO MAGD. herb. 2 herbarum matrem, dedit -a nomen cui Graecus sermo. MATTH. PLATEAR. gloss. p. 380[B] -a calida est, virtutem habet consumendi, extenuandi (HILDEG. phys. 1,107. ALBERT M. veget. 6,286 -esia [arthemis, archemista *var. l.*] herba . . . habens . . . folia divisa in multa et est alti stipitis, c. et sicca . . .; portata . . . tollit lassitudinem itinerantium). *al. v. et supra p. 442,67. 534,21. 550,13.* B *spec.:* 1 *species parthenii in agris crescens – Feldbeifuß (Artemisia campestris L.):* ALPHITA I p. 278,27 arth-a agrestis, matricaria, mater herbarum idem. *v. et l. 5.22.* 2 *de specie filicis i. q. tanacetum – Rainfarn (Tanacetum vulgare L.): l. 5.* 3 *?abrotanum – ?Eberreis (Artemisia abrotanum L.):* ALPHITA I p. 278,26 arth-a domestica, febrifuga idem.

II *herba lactaria – Sonnenwolfsmilch (Euphorbia helioscopia L., cf. André, Lex. bot. p. 317):* COMPOS. Matr. 74,5 accipies . . . lac de tutumilo et lac -e, que oliotropium vocatur.

III *per errorem i. q. lactuca – Lattich (Lactuca L.):* GLOSS. III 589,10 St.-S. -a bletecha *(v. notam ed.).*

Artemisios (-eos) *subst.* (Ἀρτεμίσιος) *mensis Graecorum – griechischer Monat:* BEDA temp. rat. 14,15 vocatur autem apud eos *(Graecos)* . . . Maius A-eos.

artemo (-the-, -tim-, -mon), -onis *m.* (ἀρτέμων)

aspectio, -onis *f.* **1** *cognitio – das Erkennen:* Albert. M. animal. 3,131 de numero eorum *(humorum)* est etiam -o vel cogitatio. **2** *intuitio – das (geistige) Schauen:* Hildeg. scivias 3,9 p. 683D quidam . . . homines . . . sordentes per nigredinem diabolicae -is Deum aspiciunt *eqs.* **3** *spectaculum – Anblick:* Ekkeh. IV. pict. Sangall. 127 funus ut ornatur, species (gloss.: -o) horrenda videtur.

***aspectivus** (ads-), -a, -um. *optices gnarus – in der Optik kundig:* Albert. M. summ. creat. II 1,20 p. 169a,25 *Gregorius Nyssenus* inducit geometras ad-os, qui dicunt radios emitti ab oculis. *subst. masc.:* Albert. M. summ. creat. I 4,61,5 p. 656b,26 ut . . . radius egrediens secundum ad-os vel immutatio rectilinea secundum naturales . . . recte . . . dirigatur.

aspecto, -are. **1** *proprie:* **a** *oculos dirigere – anblicken, (hin)schauen:* Beda hist. eccl. 4,9 p. 223,17 -ans . . . in caelum. 4,23 p. 257,25 nuntiavit *sanctimonialis* . . . abbatissam . . . se -ante . . . ascendisse. *c. sensu favendi:* Aldh. virg. II 1948 -ans certantis bella puellae arbiter. **b** *conspicere – erblicken:* Aldh. ad Acirc. 99,7 trucis -ant immensos corporis artus. Ecbasis capt. 1104 -at vulpem. **2** *translate:* **a** *gener. i. q. attendere – achtgeben:* Ecbasis capt. 326 de sibi commissis -at, ne pereat quis. **b** *iur. i. q. pertinere – (zu)gehören:* Form. Sangall. II 2 p. 397,1 possessiones ad nos . . . et nostros ministeriales -bant.

aspectus (ads-), -us *m. script.:* ads-: *l. 72. adde* Eigil Sturm. 2. assp-: Thietm. chron. 6,8. *form. sing.:* ?*nom.* -um: *p. 1035,33. gen.* -i: *p. 1035,19.*

I *sensu act. i. q. actio aspiciendi, spectatio, intuitus – das Anblicken, An-, Hinsehen, Blick (cf.* Gloss. III 3,69 St.-S. -us gasiunu. IV 131,57 -us gisiht): **A** *proprie:* **1** *latius:* **a** *gener.:* Willib. Bonif. 5 p. 18,23 sub triste . . . -u fratrum. Waltharius 216 ministri illius *(Waltharii)* -u hilares. Hrotsv. Pafn. 3,2 nec -um subtraho nec colloquium denego. Ruotg. Brun. 33 p. 34,15 quibus *(inclusis)* . . . ad invicem nisi sermone . . ., et -u nullus pateret accessus. Thangm. (?)vita Epiph. 5 tuae auctoritatis -bus munimur. *al. in visione:* Bonif. epist. 10 p. 8,23 ut cunctas terrarum partes . . . sub uno -u contueretur. **b** *medic.:* Thadd. Florent. cons. 1,41 -um . . . ad res diversas et multi luminis devitet *aeger.* **2** *strictius i. q. obtutus, conspectus – Blick(feld), Gesichtskreis, Angesicht:* **a** *gener.:* Walahfr. Wett. 244 fertur ab -u . . . agmen. Thietm. chron. 7,31 subtractus est a nostris -bus lucifer ille *(sc. Bernharius episcopus).* Frid. II. Imp. art. ven. 2 p. 204,5 retrahendo manum cum falcone ab -u falconarii. *al.* **b** *eccl. et iur.:* Sturm. consuet. 2,8 -ui abbatis praesentabatur (Dipl. Otton. H. 122a p. 137,35 quidam . . . viri . . . nostris praesentati sunt -bus. *al.*). Chart. Sangall. A app. B 12 p. 692,26 sub -u omnium confirmavit. *al.* **c** *natur. i. q. facultas videndi, acies oculorum – Sehvermögen, -kraft:* Albert. M. summ. creat. II 1,20 p. 168a,36 ad-us non ponit lineam visualem per imaginationem tantum,

[Rudolph]

sed per rem egredientem ab oculis. animal. 7,81 -us eius *(piscis)* in parte dextra est acutior. *directio obtutus – Blickrichtung:* ALBERT. M. animal. 18,28 mares generantur et feminae *ovium* . . . etiam propter -um *(in coitu)*. **B** *translate:* **1** *gener.:* **a** *consideratio, contemplatio – Betrachtung, Überlegung:* WALTH. SPIR. Christoph. I 1 meritorum . . . -us. ANON. ad Ragimb. p. 533,18 quis . . . rationis -us . . . tantam possit veritatis iniuriam ferre, ut *eqs.* **b** *fiducia – Zuversicht:* CHART. Westph. VII 1510 (a. 1274/93) si . . . dubitatis, firmum -um ad nos procul dubio habeatis. **2** *iur. i. q. pertinentia, aspicientia – das Zugehörige, Zubehör:* CHART. Sangall. A 78 (a. 775) eclesia sancti Caliani . . . et eius -us.

II *sensu pass. i. q. visum, spectaculum, species, facies – Anblick, Bild, (äußere) Erscheinung, Aussehen:* **A** *gener.:* **1** *spectat ad anim.:* **a** *latius:* BEDA hist. eccl. 3,19 p. 164,29 angelicorum agminum . . . -us intueri . . . meruit. CAND. FULD. Eigil. I 10 p. 227,43 vir . . . gravis -u. CHRON. Noval. 2,20 loquelae eius *(Gislardi)* et -i . . . fruitus sum. *al. v. et supra p. 773,47.* **b** *strictius i. q. forma, corpus – Gestalt, Körper:* VITA Liutb. 11 adhaerens ossibus cutis macellentem adtenuavit -um. 12 videns . . . faciem -us eius tenuem. CARM. Bur. B 164,4,3 eius *(puellae)* ridet -us. **2** *spectat ad res:* WETT. Gall. 36 arae nudae cernentibus prebentes lamentabile -um. ANNAL. Xant. a. 868 p. 25,25 circuli duo . . . similes -ui iris. OTTO FRISING. gest. 1,47 p. 67,24 cerneres . . . tristissimum tabernaculorum . . . -um. *al. in titulo libri:* GESTA Hort. Mar. 17 p. 583,33 in libris . . . videlicet . . . Sedulio, Florido A-u . . . scolarium ingenia exercebat (HUGO TRIMB. registr. 288 [*cf. comm. ad l.*]). **B** *spec.:* **1** *techn.:* MAPPAE CLAVIC. 21 cum aurum ignei coloris -um acceperit. COMPOS. Matr. 64,5 omnia . . . reconflas in formam ferream, donec fiat -um vitreo. **2** *natur.:* ALBERT. M. animal. 16,71 spiritus *(sc. intra sperma exsistens)* corporeus est nec est pars speciei et formae . . ., quam quidam Arabes vocant -um et formam, eo quod speculatio et -us rei est per ipsam. **3** *astron. i. q. apparentia – Lichtgestalt, Phase:* ALBERT. M. animal. 18,27 luna . . . a prima incensione usque ad quartum -um est calida et humida. *Rudolph*

***aspedelon** *n.* (ἀσπιδεῖον) *lactuca silvatica, thridax agria – Stachel- oder Weidenlattich (Lactuca serriola Torner vel Lactuca saligna L., cf. Fischer, Pflanzenkunde. p. 272; André, Lex. bot. p. 45):* GLOSS. III 486,1 St.-S. -on (-delon i. lactuca silvatica *Corp. gloss. Lat. ed. Goetz III 551,73*) wild leticha.

*?****aspedo** *subst. (orig. inc.) cetus – Wal:* ARNOLD. SAXO fin. 2,7 p. 63,29 cetus vel -o cum sperma proicit . . ., quod superfluit, . . . colligitur ambra. 2,8 p. 64,45 qui piscis *(sc. leviathan)* -o, id est ceto, frequenter insidiatur.

aspellis *adi. (fort. ab* aspello *vel* expellis *vel germ.* spel *vel* spillen *vel* arsbelli, *cf. G. Ch. v. Unruh, ZRGGerm. 74. 1957. p. 1sqq.; v. et J. Goebel, Felony and Misdemeanor. 1937. p. 55sqq.) civilis et humani foederis expers, expulsus – friedlos, verbannt:* LEX Sal. Merov. 98,1 si quis mulier, qui cum servo suo in coniugio copulaverit, omnes res suas fiscus adquirat et illa -is (-ias *A 17**) faciat.

aspello foraspello GLOSS. II 377,34 St.-S. *(spectat ad Prisc. gramm. III 47,28). v. et* 1. apello. *Schmidt*

asper, -era, -erum. *script.:* absp-: *p. 1036,39.* ap-: *p. 1037,4. abl. pl.* aspris: CARM. de Bened. 602.

I *adi.:* **A** *proprie:* **1** *strictius:* **a** *scaber, acutus, hispidus, grossus, inaequalis – rauh, scharfkantig, struppig, kratzig, uneben (cf.* GLOSS. I 34,37 St.-S. -a sarf. 184,17 -a uuidarzomi. IV 222,13 -um unepaner. *al.):* **α** *gener.:* FORM. Senon. II add. 1 -a est *mica* in palato. ECBASIS capt. 476 pellis. OTTO FRISING. chron. 7,35 p. 372,6 ponunt *monachi* . . . ad carnem tunicas -errimas. CARM. Bur. B 84,3,15 -o defendens ungue limina. *al. in imag.:* ALDH. virg. I 23 p. 253,25 Iohannes . . ., -errimae poenitudinis lima. ADALB. SAMAR. dict. p. 51,2 (ed. F.-J. Schmale. 1961) spernat *dictator* -a et spinosa dictamina Alberici monachi insolubilia (*cf.* p. 30,18). **β** *natur. et anat.:* ALBERT. M. animal. 1,504 -i *ungues* autem et rotundi proni declinant in venerem. 2,80 quidam *(pisces)* . . . sunt -i corii (*p. 505a,25* τραχεῖς). 2,81 lingua eorum *(piscium)* est dura et -a (*p. 505a,30* ἀκανθώδη). ALPHITA I p. 294,36 cauda equina . . . herba -a est, qua solent poliri pectines *eqs. al. v. et l. 37 et supra p. 437,51.* -a arteria *i. q. gurgulio – Luftröhre: v. p. 988,3.* **γ** *medic.:* TRACT. de caus. mul. 83 si matrice ignis sacer est, haec signa precedent: . . . lingua -a *eqs.* **δ** *techn.:* MAPPAE CLAVIC. 70 facias vas -um et quasi limatum. 268 utere . . . petra focaria . . . non equata, sed -a. *ibid. al.* **b** *saxosus, invius, praeruptus, vastus – steinig, unwegsam, steil, unwirtlich:* WETT. Gall. 10 heremus. EINH. Karol. 6 p. 9,3 cautes. WALTHARIUS 1148 loca . . . -a spinis. DIPL. Heinr. II. 320 p. 401,20 colles . . . satis -os nudis pedibus . . . superavit. BERTH. (?) annal. a. 1077 p. 288,24 Alpes -errimo vix scandens . . . itinere. CHART. Stab. 134 p. 273,13 fundus . . . vinee mons fuerat -r et incultus. *al. in imag.:* HUGEB. Wynneb. 3 -am agonithetum viam ire. *in nom. propr.:* CHART. Turic. 1049 (a. 1259) Egelolfus de A-o Monte (*'Ruchenberg'*). **2** *latius:* **a** *natur.:* **α** *salsus, corrodens – salzig, ätzend:* HILDEG. phys. 2,5 *Rhenus* aliquantum -r est ut lixivia. 2,7 Donauwia de impetu maris oritur et ideo aqua eius lucida et -a est. *ibid. al.* **β** *gelidus, durus – kalt, hart:* WIDUK. gest. 2,26 -errima hiemps (CHRON. Pol. 2,48. *al.*). BERTH. (?) annal. a. 1077 p. 291,23 prae hiemis nivosae et frigoris nimietate -errima. *al.* **b** *medic. i. q. condensatus, arachnoides – verdichtet, faserig:* Ps. GALEN. febr. 54 urina . . . turbulenta apparet quasi -a. 483 urina . . . si ypostasim habet -am, id est in fundo *eqs. ibid. al.* **c** *techn. i. q. spissus, tenax – dick, zäh:* MAPPAE CLAVIC. 266 visci -i solidus 1.

B *translate:* **1** *spectat ad anim.:* **a** *severus, austerus, rigidus – streng, hartherzig, starrsinnig:* BENED. ANDR. chron. p. 16,5 Nonnosus sub absperimo sui monasterii degebat patrem (-e *cod. p. corr.*). BERTH. (?) annal. a. 1077 p. 304,2 ypocritis . . . nimis -a . . . et . . . satis infesta resistebat *imperatrix.* ALBERT. M. animal. 1,137 quibus autem frons -ae cutis est . . ., versuti et -i sunt. *obstinatus – widerspenstig, spröde:* CARM. Bur. B 113,3,3 *puella* iusto plus -ior. **b** *pugnax, audax – kriegerisch, kühn:* LEX Sal. Pipp. prol. 1 gens Francorum . . . audax, velox et -a. POETA Saxo 2,370 Huni, studiis gens -a belli. WIDUK. gest. 1,17 gentem belli -errimam. *al.* **c** *ferox, mordax – wild, bissig:* ANTIDOT. Lond. p. 17,23 includet gallum simul et serpente -o. CARM. Paul. Diac. app. I 6,1,8 -r adest taurus. *al. in lusu verborum:* EKKEH. IV. bened. II 120 dente petulcus aper cruce tactus sit minus -r. **2** *spectat ad res:* **a** *dolorosus, incommodus, difficilis – schmerzlich, peinlich, schwer:* EPIST. Ratisb. 23 p. 350,29 quod est perpessu -um. CARM. Bur. B 114,3,6 si non audis me miserum, michi mors est -errima. *seq.* ut: LIUTG. Greg. 2 p. 69,6 erat . . . valde -um, ut . . . pauperem hominem sequeretur. *c. inf.:* THIETM. chron. 4,71 -um (durum *Vulg. act. 9,5*) nimis est eculeo recalcitare. *contumeliosus – schmachvoll (cf.* GLOSS. I 62,24 St.-S. -a scimplac. *al.):* WALAHFR. carm. 20,19 *Christus* sputa -a passus. **b** *adversus – widrig:* WALAHFR. carm. 5,16 casus . . . -ior. 88,13 mille modis fragilem vexat sors -a mundum. **c** *vehemens – leidenschaftlich:* ARBEO Emm. 40 -errima et voluptuosa desideria. **d** *inclemens, obiurgatorius – unfreundlich, vorwurfsvoll, barsch:* ARBEO Emm. 38 sagacissimis atque -errimis sermonibus. AGIUS vita Hath. 9 verbum. THIETM. chron. 4,67 increpacionibus -is hunc *(diabolum)* effugavit. *al. expressius:* CARM. Bur. B 31,6,7 nec a verbo -o *(i. iudicio divino; cf. Vulg. psalm. 90,3)* liberum me feci. **e** *iniquus – unrecht:* CHART. Port. 220 p. 228,40 (a. 1270) quoniam nimis esset -um . . . niti quempiam . . ., que bene sunt ordinata, rescindere.

II *subst.:* **A** *masc.: qui austerus est – ein Starrsinniger:* ALBERT. M. animal. 1,132 si . . . sint capilli nimium crispi, pronuntiant subdolum, -um. *qui obstinatus est – ein Widerspenstiger:* CARM. Bur. B 88,2,3 rigidos et -os duro frangit flexu *amor.* **B** *fem.: alcionium – eine Korallenart:* GLOSS. med. p. 6,7 alchionium . . ., quod alii -am

nuncupant, . . . generatur de spuma maris. C *neutr.:* 1 *proprie:* a *portio grossa – rauher Bestandteil:* COMPOS. Luc. F 31 in aqua diu labamus *cerussiam,* ut nihil habeat -um (aperum *L*). b *locus inaequalis – unebene Stelle:* CHART. Turg. III 306 p. 32,18 (a. 1253) curtis . . . cum . . . planis et -is. *in imag.:* HUGEB. Willib. praef. p. 87,36 -a . . . ferocia politer planitans *abbas (cf. Vulg. Is. 40,4).* c *durities – Härte:* POETA Saxo 3,573 florigerum rediit hiemis ver -a pellens. 2 *translate:* a *acerbitas – Verärgerung:* THANGM. Bernw. 12 p. 763,48 nil . . . in regimine . . . coenobii -um, nec verbis nec factis, ostendit *episcopus.* b *res adversa, tribulatio – widriger Umstand, Plage:* WALAHFR. Mamm. 12,14 sanctorum . . . patientia vincens -a cuncta. CARM. Bur. B 106,2,7 sum . . . mollis in -is.

adv. **aspere.** 1 *proprie:* a *hispido modo – rauh:* OTTO FRISING. chron. 7,35 p. 372,2 alii *(monachi)* . . . ob mortificationem carnis tunica lanea -ius vestiuntur. b *in statu vastitatis – im Zustand der Verwilderung:* BERTH. (?) annal. a. 1075 p. 277,29 *(in imag.)* agrum dominicum . . . dumosis . . . abusionibus -errime satis fruticantem. c *absone – dissonant: v. p. 1040,5.* 2 *translate:* a *dure – grob:* CARM. Bur. B 126,3,3 ambo *(parentes)* tractant -e. b *modo obiurgatorio – vorwurfsvoll, barsch:* THIETM. chron. 6,64 vicia . . . -e carpebat. HERM. IUD. conv. 2 p. 76,3 (ed. G. Niemeyer. 1963) pedagogus . . . -e me . . . redarguit. c *inepte – unangemessen:* GODESC. SAXO gramm. 2 p. 425,3 sic enim sonare videtur *sententia* -e. *Pape*

asperatilis *v.* aspratilis.

***asperella,** -ae *f. (ab* asper [*v. et p. 1036,4*], *cf. ital.* asperella; *v. et v. Wartburg, Frz. etym. Wb. I. p. 156sq.) script.:* apa-: GLOSS. III 535,45 St.-S. apatilla *(cf. notam ed.).* 548,58 aparilla. assp-: *l. 37.* -par-: *l. 32.40.* -pat-: *l. 31.* -illa: *l. 31.32.40.*

equisaetum, cauda caballi – (Acker-)Schachtelhalm (Equisetum arvense L. vel sim., cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. II. p. 233sqq.): THEOPH. sched. 1,19 quae *(herba)* appellatur -a (ass- *V*), quae crescit in similitudinem iunci *eqs.* 3,87[med.] -ā poliatur *ampulla.* HERACLIUS II 24 p. 71,17 lignum . . . rade . . . fricando cum illa herba, quae dicitur -a. GLOSS. III 584,22 St.-S. asparilla sastenhowe. WILH. SALIC. chirurg. 5,10 p. 360[F] cauda equina, id est -a, frigida est et sicca, consolidat vulnera et ulcera. *al. v. et* 1.*aspartum.

***asperellus,** -i *m. (cf. theod. vet.* sparwâri, *francog. vet.* esprevier; *v. et v. Wartburg, Frz. etym. Wb. XVII. p. 171sq.) fort. i. q. falco nisus, accipiter – viell. Sperber, Habicht:* VITA Ger. Bron. 22 p. 673,2 ales agnomine -us . . . piscem non modicum proiecit ad pedes eius. p. 673,8. *v. et* *sparvarius.

***aspergitorium,** -i *n. situla, in qua aqua benedicta asservatur – Weihwasserbehälter (cf. J. Braun, Das christliche Altargerät. 1932. p. 582sq. 587):* CATAL. thes. Bamb. (Bassermann-Jordan, Bamberger Domschatz. 1914. p. 50. Beilage I[A]; a. 1127) -a II, unum argenteum, alterum cristallinum. *ibid.* I[B] -a II aurea.

1. **aspergo,** -inis *f. script.* aspar-: *l. 58.63.*

1 *proprie:* a *de actione i. q. perfusio, aspersio – das Übergießen, Bestreuung:* BEDA temp. rat. 5,82 qui *(nautae)* olei -e (aspar- *var. l.*) perspicuum sibi profundum maris efficiunt. CARM. Sangall. I 1,33 parca -e *salis* tangi. *afflatus – das Anwehen:* ALDH. epist. 9 (12) p. 502,1 si pulverulenta sablonis -e praepeditus . . . fuerit *rex apium.* b *de re sparsa i. q. pulvis – Staub:* FROUM. carm. 11,16 lupus . . . concitat in ventum nubem cum aspargine densam. c *de instrumento i. q. aspersorium – Weihwedel:* VITA Annon. I 3,10 p. 502[a],11 manibus -em apprehendens cum impetu contra daemonem proiecit. 2 *translate vel in imag.:* a *disseminatio – Ausbreitung:* HERIG. Ursm. 2,86 terror adhuc nimius erat hac -e fusus. b *macula – Schandfleck:* WALTH. SPIR. Christoph. II 6,40 expulsa veteris latitanti -e cladis *(sc. peccati originalis).*

2. **aspergo** (ads-), -spersi, -spersum, -ere. *script.:* ads-: *p. 1038,63.69.72. adde* REGINO syn. caus. 1,214 adspergatur. *al.* assp-: THIETM. chron. 1,12 p. 18,10. adisp-: *p. 1039,6.* -spar- *(plerumque in scriptis techn. sim. usque ad s. X.[ex.]): l. 37.62sqq.68sqq. p. 1039,2. al. ?form. partic. praes.* -ans: *l. 18.*

I *conspergere, respergere, consternere – besprengen, bespritzen, besprühen, bestreuen:* A *eccl. (cf. A. Franz, Die kirchl. Benediktionen des Mittelalters. 1909):* 1 *de aqua benedicta:* a *in benedictionibus variis:* NOTKER. BALB. gest. 1,23 p. 32,1 episcopus . . . benedicta aqua cellam -sit. GERH. AUGUST. Udalr. I 11 nullum abscondendi locum ab eo *(daemonio)* invenire potuit . . . neque -sus aqua benedicta. BERTH. (?) annal. a. 1077 p. 293,15 in sabbatho sancto paschae ante infusum chrisma in aquam baptismi omnes circumstantes ex ipsa -ere. RITUALE Rhenaug. 149 (Spicil. Friburg. V p. 156,31) turificatur et aqua -itur *defunctus. al. (v. ind.).* RUP. TUIT. off. 7,20 p. 201[A] inter -endum cantamus. LIBER ordin. Rhenaug. p. 118,9 ut novus ignis . . . et -atur et incensetur. ARNOLD. LUB. chron. 2,7 p. 130,29 boiam aqua benedicta . . . -sit. STATUT. ord. Teut. p. 130,8 sacerdos . . . aqua benedicta ipsum *(vestiendum)* et vestimenta -ans (-ens *L*). *al. refl.:* EPIST. Hann. app. 32 p. 258,4 ut nemo baptizatus ex aqua fontis baptismatis se aut domum suam -at. CAES. HEIST. mirac. I 8,92 cum . . . oratorium . . . intraret et ex ordine se -ere teneretur *conversus. al.* b *in dedicatione ecclesiae:* WALAHFR. Gall. 1,6 p. 289,26 -sit ea *(aqua)* templum. GESTA Karoli M. p. 201,9 -serunt et dedicaverunt consecrantes ecclesiam *eqs. consecrare – weihen:* MENKO chron. p. 551,29 nova ecclesia . . . est -sa. c *in baptismo:* CAES. HEIST. mirac. II 2,18 quidam aspersoria tollentes . . . circumeundo illos -bant. 2 *de cinere:* VITA Meing. 19 (MGScript. XV p. 561,33; s. XII.) Meingoldus . . . cinere -sus . . . in regiones longinquas abscedit. 3 *de aqua miraculosa:* BEDA hist. eccl. 3,2 p. 129,18 quas *(hastulas sanctae crucis)* cum in aquas miserint eisque languentes . . . pecudes . . . -serint, mox sanitati restituuntur. 4 *de sanguine:* HONOR. AUGUST. gemm. 3,27 quia Christi sanguine -si sumus, sicut Iudaicum populum . . . sanguine agni -i legimus *(cf. Vulg. Hebr. 9,13sq.).* B *techn.:* COMPOS. Luc. B 10 tolle smiram viba⟨m⟩ . . ., aspargis tabulam totam *eqs. al.* C *medic.:* ALBERT. M. miss. 3,20,4 p. 147[b], 32 praecepit sapiens medicus, quod corpora natorum sale -antur . . . propter exsiccationem. D *usu communi:* THIETM. chron. 7,62 hastam ... humano cruore -sam. FRID. II. IMP. art. ven. 2 p. 223,27 dum calor erit, -atur . . . ore cum aqua frigida *falco (sim.* p. 213,8). *c. sensu inquinandi:* WALAHFR. Gall. 1,18 foetor . . . tam gravis oris prorupit ex adito, ut sulphure locus ipse -sus putaretur. carm. 19,24 -at qui loca celsa lue.

II *dispergere, spargere, superinfundere – (aus-, an)sprengen, (aus-, darauf-, hin)streuen, darübergießen:* A *proprie:* 1 *eccl. (cf. A. Franz, op. cit.):* a *de aqua benedicta:* ANNAL. Fuld. II a. 858 p. 52,30 aqua benedicta -batur in domo. RITUALE Rhenaug. 82 (Spicil. Friburg. V p. 136,27) exorzizo te, creatura aquę . . ., ut . . ., ubicumque fueris -sa, sit . . . domus ipsa defensa. *al. (v. ind.).* CHRON. Reinh. a. 1227 p. 609,58 princeps astans sacerdoti -enti. *al. de sale in aqua benedicta solvendo:* EPIST. Hann. app. 32 p. 258,22 ubi sal exorzizatum fuerit mixtum omnibus infirmis et domibus -endum seu gustandum hominibus. RITUALE Rhenaug. 1 (Spicil. Friburg. V p. 103,8) exorcizo te, creatura salis, . . . ut effugiat . . . ab eo loco, quo -sus fueris, omnis fantasia *(cf. notam ed. p. 72sq.).* b *de cinere:* GERH. AUGUST. Udalr. I 27 p. 414,1 -so cinere in modum crucis. 2 *techn. (interdum c. sensu addendi):* COMPOS. Luc. Y 24 post hec aspargis sulfor. ANTIDOT. Lond. p. 18,48 dum ceperit bullire, trito piper suptiliter adspargit. MAPPAE CLAVIC. 1 coques -ens (aspargens COMPOS. Matr. 2,2) desuper manu crocum. GLOSS. Roger. III 399 insuper -atur pulvis. *al.* 3 *medic.:* a *latius:* RECEPT. Sangall. II 2 unguis primum caput ex oleo roseo . . . et . . . super ipsum oleum sal ipsa aspargis. RECEPT. Bamb. 7 brionie radice . . . in pulverem redacta et adsparsa corporis. b *strictius:* α *inspergere – hineinstäuben, hineinbringen:* RECEPT. Bamb. 6 polippus si fuerit, cornum cervinum combustum . . . naribus aspargis *(cf. notam ed. p. 140). ibid.:* radix . . . naribus adsparsa.

[Schmidt]

β *discutere, dissolvere – auflösen, vertreiben:* BOTAN. Sangall. 5,1 gutta adspargit, dolores tollit *aristolochia* (60,1 ad g. spargenda: . . . g. aspargit, colera similiter . . ., se inpiaca passio fuerit . . ., similiter expargit *herba trescalamo*). ANTIDOT. Berolin. 2 antidotum egyas . . . duritiam iecoris aspargit. RECEPT. Bamb. 5 sanguinem de oculis adisparge *crocus.* **4** *usu communi:* **a** *latius:* ALDH. virg. I 38 p. 289,19 saginantur . . . sale -sis holerum fasciculis. LIBER hist. Franc. 17 p. 271,20 aurum . . . in atrium . . . presente populo manu propria -sit (sparsit *B*). WALAHFR. hort. 408 si quis nivei candentia germina fructus *(liliorum)* triverit, -si mirabitur ilicet omnem nectaris ille fidem . . . periisse. ALBERT. M. animal. 23,96 tere siccam *(cicadam)* . . . et -e super carnem. *al. v. et p. 1041,51.* **b** *stricticus i. q. emittere – (aus)sprühen:* FORM. Salisb. 33 scintillae de igne asparguntur (sparguntur ALCUIN. epist. 39 p. 82,17). **B** *translate vel in imag.:* **1** *disseminare, inficere – verbreiten, anstekken:* BEDA hist. eccl. 1,8 Arriana heresis . . . perfidiae suae virus . . . insularum ecclesiis -sit. **2** *edere – ausstoßen:* RHYTHM. 76,1,4 avis . . . sublimes -ens voces. *v. et* exspergo, spargo.

3. aspergo *v.* asparagus.

***asperiolinus,** -a, -um. *qui est sciuri – Eichhörnchen-:* CHART. episc. Vratisl. 2 p. 4,4 (a. 1226) nomine decime . . . contenta erit ecclesia de Wlen cuticulis -is.

***asperiolus** (aspri-), -i *m. (?n.: l. 28) (a* sciurus, *inde* *sciuriolus, *spiriolus *sim.) sciurus – Eichhörnchen* (*Sciurus vulgaris L., cf.* GLOSS. III 36,35[e] St.-S. aspriolum [*T*]eychorn. 56,6 -us eichorn): CHART. Col. II 156 (a. 1234/35) que *(domus)* dicitur ad -um. CHART. Wirt. VI 1638 p. 32,10 sorores . . . pelles et pellicia non de vario neque de pellibus -i habeant. *de pelle:* CHART. episc. Vratisl. (ZVerGesch-Schles. 48. 1914. p. 311,7; a. 1217, spur.?) cum prius . . . nomine decime darentur -i, predicti principes eos in annonam commutaverunt. *v. et* *sciuriolus, *spiriolus. *Schmidt*

asperitas, -atis *f. script.* assp-: *l. 69. p. 1040,17. al.*

I *proprie:* **A** *strictius:* **1** *scabrities, acredo, grossitas, inaequalitas – Rauheit, Schärfe, Grobheit, Unebenheit* (*cf.* GLOSS. I 114,8 St.-S. -s sarphi): **a** *gener.:* THEOD. TREV. Liutr. 177,3 in vestitu -s. VITA Theod. 33 cilicinam -em. **b** *natur. et anat.:* ALBERT. M. animal. 1,120 ne laedat *os* carnem et nervos sua -e. 1,158 frontis. ALBERT. M. (?) animal. quaest. 4,4 p. 140,43 in testis apparent lineationes vel elevationes et -es. ALPHITA II p. 157,19 rubea media . . . caret -e. *al. meton. i. q. tunica aspera – rauhe Haut:* ALBERT. M. animal. 1,455 -s, quae est in interiori ipsius *matricis.* **c** *medic.:* DYASC. p. 91[a] oculorum trachimata, hoc est -es. BRUNUS LONG. chirurg. 1,19,3 p. 117[a] cum accidit costis fractura . . ., in loco -em et sensum invenies non aequalem. WILH. CONG. chirurg. 520 lingue. *al. v. et supra p. 988,4.* **d** *techn.:* MAPPAE CLAVIC. 290 lapidem desuper fricabis, quoadusque -em lenies. THEOPH. sched. 1,33 testa . . . planissima, sine -e, sine cavernulis. HERACLIUS II 24 p. 71,18 equare eius *(ligni)* -es. **2** *saxositas, status invius, vastitas – steinige Beschaffenheit, Schroffheit, Unwegsamkeit, Unwirtlichkeit:* TRANSL. Chrys. et Dar. 6 cuius *(montis)* . . . nimia -s et altitudo est. HROTSV. Abr. 7,15 ne itineris -s secet teneras plantas. OTTO FRISING. gest. 2,40 p. 148,12 rupem . . . saxorum . . . -e quasi inaccessibilem. CHART. Solod. 300 pensata paupertate domus et -e loci. *al. meton. i. q. loca aspera – unwirtliches Gelände:* WALAHFR. Gall. prol. p. 281, 31 ut . . . -em Alpium transcendamus. EPIST. Teg. I 10 quasi de -e heremitali . . . mittimus *epistolam.* **B** *latius:* **1** *natur.:* **a** *salsitas, corrosio – Salzigkeit, ätzende Wirkung:* HILDEG. phys. 2,5 *pisces* putrescunt, quia eadem -e *(sc. aquae)* contriti sunt. 2,7 cutem hominis propter -em suam nimis nigram facit *aqua. ibid. al.* **b** *gelu, durities – Kälte, Härte:* POETA SAXO 3,630 crescens -s brumę. THIETM. chron. 3,5 hiemis ass-s longa fuit et sicca (CARM. Bur. B 78,1,2. *al.*). BERTH. (?) annal. a. 1080 p. 325,37 Heinricus . . . frigoris -e . . . profligatus. CHART. march. Misn. II 445 hiemali vel glatiali -e. FRID. II. IMP. art. ven. 3 p. 58,19 -es temporis et loci. *al.* **c** *fervor, calor – Glut, Hitze:* GEBER. summ. 1,53 p. 607 -s . . . ignis aqueitatem illius *(argenti vivi)* . . . removet. **2** *mus. i. q. absonia – Dissonanz:* GUIDO CIST. mus. p. 152[a] propter auferendam -em tritoni, non tamen in quolibet cantu, sed ubi asperius sonat. HIER. MOR. mus. 12 p. 53,3 ad temperandum -em toni, quam facit sequens immediate clavis.

II *translate:* **A** *spectat ad homines i. q. severitas, austeritas, rigiditas – Strenge, Hartherzigkeit, Starrsinn:* ALDH. virg. II 1355 cum . . . nec tamen -s patris compesceret . . . natos. RUOTG. Brun. 25 quos nulla . . . inflexit -s, hos huius viri pietas . . . timidos faciebat. HILDEG. phys. 3,21 sybenbaum . . . -em significat. *al. offensio – schroffes Verhalten:* THIETM. chron. 6,33 p. 314,17 fraternitatem . . . hostili ass-e disrupit. **B** *spectat ad res:* **1** *incommoditas, adversitas, tribulatio, necessitas – Unannehmlichkeit, Widrigkeit, Plage, Notstand:* HUGEB. Willib. 4 p. 94,2 acri famis restrincti fuerunt illi -e. THIETM. chron. 2,13 sedatis bellorum ass-bus. 2,27 inter multas itineris -es incolomis notos pervenit ad fines. BERTH. (?) annal. a. 1077 p. 294,27 scandalorum. CHART. cell. Paulin. 40 p. 54,3 exilii -em subire. *al.* **2** *abstinentia – Askese:* WETT. Gall. 34 -s vitae eius *(sancti).* VITA Norb. I 10 p. 680,17 -em ordinis et institutionis . . . ferre. CHART. Turic. 796 p. 265,3 post expertam regule -em ordinis fratrum minorum. *al.* **3** *iniuria – Ungerechtigkeit:* DIPL. Otton. I. 235 p. 326,21 propter . . . pontificum . . . erga populum sibi subiectum -es retundendas. **4** *procacitas – Schroffheit:* COLUMB. epist. 1 p. 160,1 exponere te non impediat cartae -s.

***asperito,** -are. *vexare – plagen:* ECBASIS capt. 232 bruchi . . . me *(sc. lupum)* circumvolitabant, dente sed -bant.

asperitudo *v.* aspritudo. *Pape*

aspernabilis, -e. *abhorrendus, infamis – abscheulich, schimpflich:* RATHER. otios. serm. 4 (PL 136,576[D]) infelix . . . longaevitas . . . -e spatium congerit. GESTA Trud. cont. I 12,12 cum inter christianos plura alia essent officia suo multum -iora, cum tamen nullum ducerent -e *textores.*

aspernatio, -onis *f.* **1** *despectio – Verachtung:* LEO MARS. chron. 2,16 p. 639,42 eum *(peregrinum)* . . . fallacem . . . cum -e nimia esse dicentes. **2** *per confusionem quandam i. q. assuetudo – Gewohnheit:* GLOSS. IV 37,22 St.-S. -o givuonaheit (*cf. notam ed. et* II 205,9. 209,29 asperse falsitatis kiwonerolugi). 131,58.

aspernator, -oris *m. contemptor – Verächter:* INNOC. IV. registr. B 59 divini iudicii -r.

asperno, -ere. *abhorrere – verabscheuen:* RHYTHM. 147,93 quod pudore congruo rubor verecundus -ens (-it *Br*) *est. cf. ThLL. II 823,74.*

aspernor, -atus sum, -ari. *script.:* abs-: *l. 58.* assp-: *l. 60.*

1 *reicere, improbare – zurückweisen, verwerfen:* ALDH. epist. 4 p. 485,11 traditionem ecclesiae Romanae . . . arroganter. WALAHFR. carm. 6,5 non -ari tantum mea parva magistrum crediderim. *spectat ad vitam asceticam:* RUOTG. Brun. 30 p. 31,8 lectuli delicias vehementer -tus est. OTTO FRISING. chron. 7,35 p. 369,24 alii *(monachi)* non quidem communentiam hominum -antes . . . frequentiam fugiunt. **2** *negligere, despicere – geringschätzen, verachten (cf.* GLOSS. I 45,35 St.-S. -atur uparhukit. *al.):* CARM. Aldh. 2,46 propinquos et patrias abs-antes peregrinas . . . cespites adistis. *c. inf.:* CAPIT. reg. Franc. 228,6. EPIST. Worm. I 36 p. 67,22 ut . . . fructum . . . ass-entur afferre *divites.*

adv. **aspernanter.** **1** *contemptim – geringschätzig, verächtlich:* AGOB. epist. 15,5 ne -r ista accipiatis. HEINR. TEG. Quir. p. 341,13 ad hoc prepositus -r ait: '*eqs.*' **2** *turpiter – schmählich:* FUND. Baumb. (MGScript. XV p. 1061,26; s. XII.[2]) comes . . . violentiis in se et in suis -r et contumeliose dehonestatus.

aspero, -avi, -atum, -are. *deformare – entstellen:* ADO VIENN. Desid. (PL 123,437[C]) quae *(lepra)* totum illum -verat.

adi. **asperatus,** -a, -um. **1** *asper – rauh, uneben:* LIBER de appar. Mich. 5 (MGLang. p. 543,11) erat . . . domus *(sc. basilica)* . . . instar speluncae preruptis et sepius

[Schmidt]

eminentibus -a scopulis (*cf.* Gloss. II 761,27 St.-S. so únepani felisono). **2** *invius – unwegsam:* Notker. Balb. gest. 2,8 p. 60,22 ferus *(sc. bison)* . . . in convallem tutissimam, lignis et lapidibus -am, . . . aufugit. *v. et* spargo.

asperosus, -a, -um. *multas asperitates habens – voller Unebenheiten:* Frid. II. Imp. art. ven. 1 p. 71,5 qui *(pellicani)* habent rostrum . . . -um deintus supra et infra.

aspersio, -onis *f. script.* -spar-: *l. 45.55.*

respersio, conspersio, sparsio – das (Be-, Hin-, Aus-)Sprengen, Besprengung, Bespritzung, Bestreuung: **I** *eccl. (cf. A. Franz, Die kirchl. Benediktionen des Mittelalters. 1909):* **A** *de aqua benedicta:* **1** *proprie:* **a** *in benedictionibus variis:* Vita Fel. Trev. p. 74 benedictionem aquae ab eo *(episcopo)* petiit, cuius -e fieri sperabat, ut . . . convalesceret. Berth. (?) annal. a. 1077 p. 293,16 abutuntur usurpativa et inordinata -e *aquae baptismi.* Rituale Rhenaug. 82 (Spicil. Friburg. V p. 136,30) defendantur, Domine, domus fidelium tuorum per -em huius aquę. *al.* aqua -is *i. q. aqua lustralis – Weihwasser:* Vita Liutb. 22 cellulam . . . -is aqua . . . sparserat. Rituale Rhenaug. 95 (Spicil. Friburg. V p. 139, 30) ubicumque -is et purificationis . . . aspersa fuerit aqua hęc. Chron. Basil. a. 119 constituit aquam -is cum sale benedici *Alexander papa. de sale in aqua benedicta soluto:* Rituale Rhenaug. 98 (Spicil. Friburg. V p. 140,11) repellatur diabolus ab eis . . . per -em et gustum huius salis et aquae. Honor. August. gemm. 3,27 salis et aquae -o coepit a propheta Eliseo *eqs.* **b** *in dedicatione ecclesiae:* Thangm. Bernw. 43 p. 777,30 ut archiepiscopus in -e primum locum teneret. Liber ordin. Rhenaug. p. 237,3. *consecratio – Weihe:* Chart. eccl. Erf. 105 (a. 1189/91) ad -em parietum capelle. **c** *in baptismo (cf. Hinschius, Kirchenrecht. I 4. 1886. p. 32):* Caes. Heist. mirac. II 2,18capit. qui in Livonia per -em baptizati sunt. **2** *in imag.:* Epist. Teg. I 52 p. 62,4 qui aliqua christianitatis tinctione vel -e est insignitus. Chron. Gozec. 2,29 p. 156,50 veteris consuetudinis fermento expurgato Hersaugiensis ordinis -e locum emundavit *abbas.* **B** *de cinere:* Rituale Rhenaug. 25 (Spicil. Friburg. V p. 110,20) capitibus . . . horum cinerum -e actactis. *in imag.:* Hildeg. epist. II 10 p. 349,27 quod -o corporalis cineris eorum *(sanctorum)* . . . violata sit. **C** *de aqua miraculosa:* Beda hist. eccl. 5,18 p. 320,21 homines . . . ablatum inde *(sc. ubi sanctus defunctus est)* pulverem . . . in aquam mittere atque huius . . . -em multis sanitatem . . . conferre. **D** *de sanguine Christi (in imag.):* Form. Salisb. 8 domino . . . in dilectione Dei patris et asparsione sanguinis Iesu Christi . . . salutem ([*cf. Vulg. I Petr. 1,2*]. 26. Epist. Teg. I 104tit. Adalperto . . . Thietpaldus . . . -em s. C.).

II *medic.:* Wilh. Salic. chirurg. 1,48 p. 318G loci iam abluti -o cum aceto modico.

III *usu communi:* Arnold. Saxo fin. 1,4,8 si accipiatur aqua pura et aspergatur -e (*Arist. p. 374b,1* ῥανίσιν ῥαίνῃ) levi . . . et apponatur soli, ut pars -is in sole, pars illius in umbra, in eo est consimile arcui vario. *ibid. al. afflatus – das Anwehen:* Alcuin. epist. 170 p. 281,1 nostros oculos . . . Belgici pulveris . . . ventuosa -o (asparsio *TPR*) caliginare facit. *meton. i. q. res dispersa – das Ausgesprengte: l. 52.*

***aspersorium,** -i *n.* **1** *instrumentum, quo aqua benedicta spargitur, hyssopum – Weihwassergerät, Weihwedel (cf. J. Braun, Das christl. Altargerät. 1932. p. 582sqq.):* Catal. thes. mont. s. Martin. (Mitt. der k. k. Central-Comm. zur Erforsch. u. Erhalt. der Baudenkmale. V. 1860. p. 351b,9; c. 1090) IIII vasa argentea ad benedictam aquam, -um argenteum simul auro et crystallo paratum. Caes. Heist. mirac. II 2,18 quidam -a tollentes in manibus circumeundo illos aspergebant *(sc. in baptismo).* Gesta Karoli M. p. 200, 22 permiserunt ante fores ecclesie . . . aquam, sal et cineres, -a. Fund. Walds. 8 (MGScript. XV p. 1092,22) -um manu gestans *(sc. in dedicatione ecclesiae).* **2** *pelvis aquam benedictam continens – Weihwasserbecken:* Caes. Heist. mirac. I 8,92capit. qui illotis manibus timuit tangere -um.

asphalaga (affa-) *subst.* (ἀσπάλαξ) *talpa – Maulwurf:* Gloss. III 453,23 St.-S. affalaga munfer *(i. muuerf ed.).* Albert. M. animal. 8,13 habeuniuz . . . venatur animal vocatum pelagoz *(p. 609a,6* φάλαγγας, *sc. prave versum),* quod Avicenna videtur vocare murem caecum, quem nos talpam vocamus.

***asphalticus** (aspa-), -a, -um. *bituminosus – erdpechhaltig:* Diaeta Theod. 426 alię *(sc. aquae)* sunt aspalticę, unde fit aspaltum.

***asphaltinus** (asf-), -a, -um. *bituminosus – Erdpech-:* Gloss. med. p. 11,6 asfaltinae (asfaltirae *P*) aquae, id est, quae sulphure aut asfalto (hasfalto *P*) olent.

asphaltion (aspa-) *n. vel* **asphaltea** (aspa-) *f.* (ἀσφάλτιον) *script.:* -litum: *p. 877,14.* -cion: *l. 18.*

quinquefolium – (Fünf-) Fingerkraut (Potentilla reptans L. vel sim., cf. André, Lex. bot. p. 44. 267): Gloss. med. p. 54,8 pentafilon herba . . .; nomina eius haec sunt: . . . aspaltion (aspalcion *LP*), timatitis, . . . pentadactilon. Gloss. III 536,6 St.-S. aspaltea fumus *(i. fumf ed.)* bleter.

asphaltites (asfaltidis) *adi.* (ἀσφαλτίτης, -τῖτις) *de Mari Mortuo i. q. bituminosus – Erdpech-, Asphalt-: l. 34.*

asphaltus (ha-, aff-, asf-, -pa-, -art-, -la-, -th-, -tr- *sim.*), -i *m. vel* **asphaltum,** -i *n., rarius* **asphalta,** -ae *f.* (ἄσφαλτος) *interdum non certe discerni potest ab* aspalathus.

bitumen – Erdpech, Naturasphalt (cf. RAC I. p. 799sqq.): **1** *gener.:* Constant. Afric. grad. p. 372,29 mumiam quidam dicunt esse aspalathum *eqs. (cf. W. Heyd, Gesch. des Levantehandels im Mittelalter. II. 1879. p. 622).* Ioh. Platear. simpl. med. p. 7av aspaltum . . . terra quedam est, que venit . . . de Iudea et India et est nigri coloris et ponderosa et fetida *eqs.* Matth. Platear. gloss. p. 373c -um . . . dicitur bitumen Iudaicum, . . . quidam dicunt esse venam terrae. p. 380c aspalthum. Thietm. peregr. 11,33sq. que lacus asfalte vel asfaltidis dicitur, evomit autem lacus iste quoddam genus bituminis perutile medicinis, quod aspalta dicitur. Ps. Otho med. 28 grandi foetore, levitate nigroque colore, haec per signa potes -i noscere dotes. *al.* **2** *pharm. et alch.:* Paul. Aegin. cur. 53 p. 29,21 arguunt . . . epilepticos fumigantia aspaltus (*3,13,1* ἄσφαλτος) aut gagates lapis (*sim.* Tract. de caus. mul. 59 ⟨a⟩spaltrum super carbones inponis et fomicas. Albert. M. animal. 23,96 accipe . . . olibanum et aspaltum . . . et exinde suffumiga asturem). 78 p. 54,11 in frigidioribus . . . reumatibus sulfuris vivi, aspalti, picis, colofonie ana ʒ II . . . bene repellunt (*sim.* Gloss. Roger. III 816). 130 aspalti (aspaldi *A*), libani . . . equalia. 274 ad auferendas leprosas ungulas: . . . asfaltu (affaltu *B*). *al. (v. ind.).* Antidot. Sangall. p. 88,28 emplastrum usia: . . . aspalto –VIII, terebintina lib. V, –X, pice sicca *eqs. (sim.* Antidot. Bamb. app. p. 38,38. Gloss. Roger. III 600 asparti. *al.).* Recept. Sangall. II 63 ad hydropicos dolores: . . . aspaltro trito in aqua ieiunus bibat (I 175). Antidot. Glasg. p. 116,31 aspaltum Iudaicu (*'Judenpech', cf.* Antidot. Sangall. p. 84,23 aspaltum Iudei). Marc. Graec. ign. 10 sulfur vivum, colofoniam, aspaltum. *al. spectat ad aquas asphaltinas:* Paul. Aegin. cur. 243 assumendum . . . aquarum naturalium usum nitrum et aspaltum habentium. *v. et l. 9.12.*

asphodelus (aff-, afr-, affr-, apo-, asf-, -fud-, -oti-, -di-, -ll-, -os *sim.*), -i *m. (?n.: l. 64sq.)* (ἀσφόδελος) *form. gen. sg.* -is: *p. 1043,2.6. de re cf. RAC I. p. 801sq.*

hastula regia, albucium vel lilium silvaticum – (gelber) Affodill oder Türkenbundlilie (Asphodeline lutea Rchb. sim. vel Lilium martagon L., cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. I. p. 474sq.; interdum de radice, e. g. l. 68. p. 1043,3.9): **1** *gener.:* Gloss. med. p. 8,13 apodelon Grece, Latine ferula dicitur (*cf.* p. 11,8 asfodillum). Dynamid. Hippocr. 2,100 -os, hoc est albucium. Constant. Afric. grad. p. 366,10 -i calidi sunt et sicci in secundo gradu. Gloss. III 525,23 St.-S. affodillus goldewrz. 534,63 alscotilus (alstotilus *b*) golde. 547,25 affodillus golde. Alphita II p. 37,28 centum ⟨capita⟩, hermodactilis, affodillus idem *eqs.* Albert. M. animal. 8,177 herbae . . ., a quibus accipiunt apes plus mellis . . ., sunt . . . aferadilâs (*p. 627a,8* ἀσφόδελος), mirtus. *al.* **2** *pharm.:*

[Schmidt]

PAUL. AEGIN. cur. 117 p. 71,14 sucum . . . asfodilli (WILH. CONG. chirurg. 624 suci . . . affrodilis. GLOSS. Roger. III 191 loco aceti ponatur succus brionie vel affodillorum. *al.*). 219 p. 160,9 asfodilli radicem coquens . . . fac cataplasma (ANTIDOT. Glasg. p. 156,32. WILH. CONG. chirurg. 1728 unguentum de suco radicis affrodillis. GLOSS. Roger. III 398. *al.*). ANTIDOT. Glasg. p. 125,7 asfotillo. TRACT. de aegr. cur. p. 108,8 recipe . . . afrodilli. ROGER. SALERN. chirurg. 1,494 pulvis affodillorum . . ., qui panniculum interius corrodat *eqs.* (1,496sq. de pulvere affodillorum: accipe succi affodilorum ʒ VI *eqs.* GLOSS. Roger. III 213. *al.*). THADD. FLORENT. cons. 141,3 recipe . . . affodillos. *al. v. et supra p. 429,40sqq.*

***asphyxia** (afi-), -ae *f.* (ἀσφυξία) *arteriarum pulsus absentia – Pulslosigkeit, Asphyxie:* AURELIUS 12 p. 707,19 sine pulsu invenitur vena: afixia dicunt. *Schmidt*

1. *aspicientia (ads-), -ae *f. iur. i. q. res pertinens, pertinentia, attinentia – das Zugehörige, Zubehör, 'Drum und Dran':* FOLCUIN. Bert. 1,3 p. 18,22 (chart. c. 648) dono . . . villam . . . cum . . . adiacentiis seu -is ipsius villae (FORM. imp. 46 p. 322,6). COD. Lauresh. 241 medietatem mansi unius cum omni -a sua, tam pratis, pascuis *eqs.* DIPL. Karoli M. 296 p. 444,18 (spur. s. XI.?) terra cum omnibus -is *eqs. al.*

2. aspicientia, -ium *n. v.* aspicio *p. 1045,20.*

aspicio (ads-), -spexi, -spectum, -ere. *script.:* ads-: ALDH. virg. II 717. EIGIL Sturm. 7.9. GODESC. SAXO gramm. 1 p. 371,11. *v. et l. 56.* ass-: *l. 42.68. p. 1045,4. adde* DIPL. Conr. I. 34. *al.* -spec-: *p. 1044,52.53.* -it(io): *p. 1044,67. adde* DIPL. Arnulfi 94. *al. form.:* -ir(e): *p. 1044,5. adde* DIPL. Merov. I 67 p. 60,10. -ire. *praes.* -cet: FORM. Senon. I 8. *v. et l. 50. depon.: p. 1044,40. cf. p. 1045,7sqq.*

I *proprie:* A *oculos dirigere, intueri, aspectare – den Blick richten, (an-, hin-, her)blicken, schauen, betrachten:* 1 *gener.:* a *corpor.:* α *latius:* Ps. HIPPOCR. progn. B praef. pervenit *Caesar* ad ipsum *(sepulcrum)* et -xit. LEX Sal. Pipp. 100,2 intus ⟨in⟩ casa -at. HUGEB. Willib. 4 p. 101, 22 cottidie potuit -ere, ubi sancti requiescebant. LIUTG. Greg. 15 p. 79,25 -ens ad altare . . . migravit ad Dominum. WETT. Gall. 18 apertis oculis -xit in eum (FRID. II. IMP. art. ven. 2 p. 204,4 obliquo oculo -endum erit ad pedes falconis. *al. v. et p. 1044,9*). THIETM. chron. 6,49 a summitate unius campi . . ., qua eminus asspici potuit. ARNOLD. SAXO fin. 1,4,8 p. 36,25 quando quis -it (*Arist. p. 374*^{b}*,26* βλέποντι) ad nubem desub sole, videt eam albam. ALBERT. M. animal. 18,28 si . . . oves coeuntes -ant ad boream. *al. absol.:* HROTSV. Pafn. 4,3 -ite.:: quiesce *eqs.* β *c. colore quodam: c. sensu spectandi:* CHRON. Fred. 4,90 p. 167,11 citiri ducis (*i.* -es) . . . -aebant spectantes aeventum. WALTHARIUS 639 consedit et -it illo. *al. c. sensu observandi:* SERMO de sacril. 17 quicumque . . . auguria -cet (*sim.* 6). *c. sensu probandi:* ALBERT. M. animal. 6,13 ova gallinarum . . . -untur ad solem, ut videatur, an semen galli sit in eis. *c. sensu legendi:* WALAHFR. (?) carm. 50,1,40 -e, quae scripsit ipsa magistra tibi. FROUM. carm. 27,11 -rem gratumque foret tua cernere dicta. *al.* b *spirit.:* α *in somno, visione sim.:* ALDH. virg. II 717 quas *(puellas)* ille ad-ens torvis obtutibus horret. BONIF. epist. 10 p. 8,26 ut nullatenus pro nimio splendore in eos *(angelos)* -ere potuisset. β *de Deo, Christo, sanctis sim. c. sensu favendi:* BEDA hist. eccl. 4,14 p. 234,16 Dominus . . . ieiunia propitius -xit. WALTH. SPIR. Christoph II 2,212 o patris . . . proles, . . . -e . . . tuum vultu pietatis alumnum. LAMB. LEOD. Matth. I 1140 non -xit in eorum dona Mathias. γ *c. sensu appetendi: v. supra p. 1034,25.* 2 *iur. i. q. inspicere – Einsicht nehmen:* CHART. Eichst. 3 p. 13,33 (a. 1060) cartam . . . iussimus . . . insigniri, ut nemo intro -ens . . . audeat dissipare (4 p. 19,16). B *oculis cernere, conspicere, videre – (er)blicken, wahrnehmen, sehen:* 1 *gener.:* a *corpor.:* ALDH. virg. II 960 -xit (assp-, -ecx- *var. l.*) tremulus tormenta priorum. WILLIB. Bonif. 5 p. 20,18 hostia citius fluminis . . . -unt. WALTHARIUS 557 en galeam Haganonis -it. WALTH. SPIR. Christoph. II 3,67 immanem si forte -xerit anguem sulcantem . . . campos. DIPL. Otton. II. 288^{b} p. 338,28 usque in locum, a quo recte -itur collem. THIETM. chron. 7,41 ut eosdem eminus -xit. *al. absol.:* WALTHARIUS 612 -o, ferratus adest. *c. acc. c. inf.:* VITAE patr. Iur. 3,9 pallium album -it dependere. *ibid. iterum. pendet interr. indir.:* IONAS BOB. Columb. 1,15 p. 178,5 cum . . . -iret, quanta vi truncum . . . partirent. b *spirit.:* AGIUS epic. Hath. 156 illuc mente ite, quo hanc licet -ere. HROTSV. Agn. 223 locum turpem miro splendore micantem -xit. *al. c. acc. c. inf.:* HROTSV. Mar. 549 -xit non corporeis, sed mentis ocellis . . . duos . . . stare popellos. *al.* 2 *spec.:* a *iur. i. q. coram videre – Augenzeuge sein:* TRAD. Patav. 76 (a. 821) notum sit omnibus vobis hic audientibus vel -entibus. b *natur. et medic. i. q. perspicere – erkennen:* Ps. GALEN. febr. prol. 18 per urinarum humorem et colorem bona aut mala -ere. ALBERT. M. animal. 3,131 quod fluens sanguinem per nares . . . prohiberetur -ere res claras rubeas.

II *translate:* A *gener.:* 1 *subi. anim.:* a *animo proponere, considerare, intellegere – sich vor Augen halten, erwägen, bedenken:* LIUTG. Greg. 7 p. 73,22 -ite et intelligite . . . exemplum iusti huius. WALTH. SPIR. Christoph. II 5,38 invalidas propius res -e nostras. *c. acc. c. inf.:* AMALAR. off. 4,2,2 humiliamur . . . -endo nos pulverem . . . esse. RUOTG. Brun. 23. DIPL. Conr. II. 223. *al.* b *experiri – erproben, zusehen:* WALTHARIUS 775 -e, num . . . sit telum penetrabile. c *exspectare – erwarten:* BEDA hist. eccl. 4,3 p. 210,9 diem Domini laetus -xit. SIGEB. GEMBL. chron. a. 1085 finem vitae. 2 *subi. res:* a *lucere – scheinen:* BRUNO QUERF. fratr. 16 in medio noctis, qui longa luce per totam curtem -xit . . ., videtur . . . quasi circulus ingens. b *attingere, referri – sich beziehen:* AMALAR. off. 4,2,23 modus orationis . . . ad eos -it, qui *eqs.* ANNAL. Fuld. II a. 852 p. 42,26 causae ad se ipsum *(regem)* specialiter -entes. B *spec.:* 1 *iur. et publ.:* a *pertinere – (zu)gehören:* α *de agris, mansis, mancipiis sim. (cf. J. Balon, Ius medii aevi. II 1. 1960. p. 73sqq.):* DIPL. Merov. I 3 p. 6,5 quicquid ad ipsam villam -it. FORM. Andec. 55 quantumcumque in ipsa casa -ere viditur. CHART. Stab. 4 p. 13,6 homines, qui in ipsos portus commanent . . . aut ibi -ere videntur. FORM. extrav. 1,12 -unt ad ipsum mansum mansi tanti cum mancipiis. NOTIT. Arnon. 1,2 quicquid ad ipsos mansos -itur. TRAD. Patav. 46 quicquid ad . . . ecclesiam vel ad . . . castro -ere . . . videtur. CHART. Rhen. med. I 135,25 p. 158,6 est ibi ecclesia, ubi -it terra iugera XV. DIPL. Ludow. Inf. 14 quodcumque . . . ad fiscum nostrum . . . -ere . . . videtur. *saepe usque ad s. X. ex.* β *de tributis, iustitiis:* DIPL. Otton. I. 295 quicquid . . . a subditis . . . nationibus . . . in argento . . . persolvitur sive nostro iuri -at. DIPL. Otton. III. 23 bannum ac theloneum, quod ad nostrum regale ius a . . . mercato et moneta -ere visum est. γ *de gentibus, regionibus sim. i. q. in dicione, potestate esse – unter der Botmäßigkeit, Herrschaft stehen:* CHRON. Fred. 4,76 ut . . . Burgundia . . . ad regnum Chlodoviae . . . aspecerit, Aoster . . . ad regnum Sigyberti . . . deberit aspecere. *al. (v. ind.).* REGINO chron. a. 801 p. 63,25 castella, quae ad illam civitatem -bant. VITA Cunib. C 5 universis gentibus, quae ad suum regnum -bant, subditis. b *ius habere – Recht, Befugnis haben:* DIPL. Otton. III. 79^{b} p. 486,31 ut . . . nostre . . . subiectum sit maiestati *monasterium* nulla alterius potestate ibi umquam -ente. 2 *eccl.:* a *sub defensione esse – unter der Schutzherrschaft stehen:* FORM. Flav. 44 p. 481,36 ad . . . rege Burgundie . . . monasterium -ere decrevit *vir illuster.* b *subditum esse – unterstellt sein:* FORM. Senon. II 12 consensavi . . . confratribus . . ., ut ville . . . ibidem -ere deberent ad missas veniendi *eqs.*

adi. **1. aspiciens,** -entis. 1 *iur. i. q. pertinens – zugehörig:* DIPL. Merov. I 20 terra ad ipso manso -e (CHART. Stab. 27 p. 70,23 mansos . . . serviles duos ab ipso m. dominicato -tientes). CHART. Epternac. 25 p. 62,9 tam casis, mansis, . . . mancipiis ibidem -bus. CHART. Sangall. A 143 p. 134,30 quicquid ab his . . . denominatis locis -bus mei alodis esse dinoscitur. TRAD. Frising. 322 rem cum omni integritate vel soliditate ad se pertinente, -ente vel rediente. DIPL. Ludow. Germ. 13 p. 15,41 monasterium . . . cum rebus et hominibus

[Schneider]

ad se iuste et legaliter -bus (DIPL. Heinr. I. 1 p. 39,21 c. r. et hominibus sibi . . . -bus). 61 p. 84,18 ut nullus . . . in homines ipsius loci -bus potestatem . . . habeat. DIPL. Otton. I. 388 cum . . . omnibus utilitatibus illuc iure ass-bus. *saepe usque ad s. X.ex.* **2** *eccl. i. q. subditus – unterstellt:* FORM. imp. 23 in monasteriis . . . ad eandem sedem . . . -bus.

2. aspectus, -a, -um. *iur. i. q. pertinens – zugehörig:* FOLCUIN. Bert. 1,11 p. 30,16 (chart. a. 685) monasterium . . . ad integrum, -us vel subiectus, . . . ad Sithiu monasterio debeat esse (1,33 p. 53,30). DIPL. Merov. I 78 p. 69,43 dicebant, quod a villa sua . . . fuissit -us *farinarius.* p. 69,46. DIPL. Pipp. 7 p. 12,3 quicquid a longo tempore ad ipsam villam . . . fuit -um vel possessum. DIPL. Merov. I 5 p. 7,34 (spur. a. 1003/05) fiscum . . . cum omnia, que ibi sunt -a (p. 8,4). *v. et* aspectus *p. 1035,13.*

subst. **1. aspiciens,** -entis *m. qui intuetur – einer der hin-, anblickt:* ARBEO Corb. 29 vim -bus demonstrabatur (*i.* -bat). VITA Heinr. IV. 1 p. 12,12 in vultu terribile quoddam decus praeferebat, unde intuitus -ium . . . reverberaret.

2. aspiciens, -entis *vel saepius* **aspicientia,** -ium *n. iur. i. q. pertinentia, attinentia – das Zugehörige, Zubehör, 'Drum und Dran':* FORM. Marculfi 2,23 cum terris, domibus . . . vel omnia ibidem -em (TRAD. Ratisb. 17 p. 20,24 cum omnibus i. huic loco -bus). TRAD. Lunaelac. 19 p. 12,13 kasas cum . . . curtiferis . . . vel ibidem . . . -bus. DIPL. Karoli III. 153 p. 248,4 abbatia . . . cum omnibus sub integritate sibi -bus. DIPL. Ludow. Inf. 66 p. 197,35 ecclesia . . . cum omnibus moderno tempore iuste et legaliter ad eam -bus, hominibus *eqs. al. usque ad s. X.in.* *Schneider*

***aspidalis,** -e. *vipereus – Schlangen-:* RATHER. prael. 6,22 p. 336A linguam . . . vipereae suggestionis . . . praevide et surgens pravum opus -is inchoationis valebis necare.

***aspideus,** -a, -um. *formam scuti exhibens – schildförmig:* IORDAN. RUFF. equ. 4 p. 17,18 auriculas . . . parvas et -as efferat *equus.*

***aspidion** *v.* *aspedeion.

aspidiscus (-os) *m.* (ἀσπιδίσκος) *uncinus – (Wider-)Haken:* GLOSS. III 169,27 St.-S. -os (aspisdiscos *A*) . . . krâpho. 222,50 -os chrŏwil vel hacco *(a).* 293,57 -us, uncinus, crapho. *ibid. al.*

***aspidopia** *subst. (ab* ἀσπιδοποιία *ut vid.) pictura scuti – Schildmalerei:* GLOSS. med. cod. Trev. p. 147,4 -a i. pictura scuti.

***aspidus,** -a, -um. *(cf.* asper, hispidus*?) hispidus – rauh:* VITA Mariae rhythm. 3421 ovina pellis -a *erat* cingulum lumborum *Iohannis.*

aspiramen, -inis *n. spiritus – Geist:* ALFAN. premn. phys. prol. 13 non solum ab humano -e, verum etiam divino spiritu constat inspirata *diva doctrina.*

aspiraolis, aspiratilis *v.* aspratilis.

aspiratio (ads-, -cio), -onis *f.* **1** *proprie:* **a** *strictius i. q. anhelitus – Atem(zug):* VITA Meginr. 10 in ipso tractu novissimae -is. ANON. inst. patr. p. 6b,8 ammonemus . . ., ut una-esive unoanhelitu usque ad punctum rithmice vel metrice psallamus. **b** *latius de pronuntiatione i. q. afflatio – Anhauch, Aspiration:* HRABAN. epist. 2a p. 383,32sq. aliquando intercoepi . . . 'h' -em, maxime cum . . . 'h' non littera, sed nota -is esse convincitur. Ps. ODO CLUN. mus. p. 272b,17 ambo hi *(semitoni)* -is littera fiunt, sed dissimili, quare Graeci per eam litteram hemitonium dicunt et scribunt. ALBERT. M. elench. 2,2,4 p. 673b,22 cum -e et sine -e proferuntur *orationes. meton. i. q. littera afflationem indicans – Hauchlaut:* AMALAR. epist. 1,1 scribunt . . . nostri Ihū nomen per -em *eqs.* GODESC. SAXO gramm. 1 p. 415,22 sicut aspiratur nomen 'cherubin', sic aspiratur etiam nomen 'Chereti', sed . . . -o non sonat. *v. et l.* 57.

attactus (adt-), -us *m.* *contactus – Berührung:* I *proprie:* A *strictius de actione contrectandi vel intrandi:* 1 *gener.:* Walahfr. hort. 87 -u . . . graves leni dispergit *ruta* odores. Waltharius 506 -u blando me surgere commonitato. Pontif. Rhen. sup. 121 vetite arboris ad-u. Vita Serv. 12 p. 43,5 ne non dignus iudicaretur -u liminum sacrorum. Vita Berth. Garst. 52 si eius *(sancti)* -bus sanctis fuisset attrectata *manus debilis. al.* 2 *medic. (cf. p. 1148,6):* Albert. M. animal. 22,88 -us est infirmitas *equi* a tangendo dicta, quando . . . pes posterior tangit nervum pedis anterioris. B *latius:* 1 *de igne:* Amadeus Laus. hom. 8,143 (ed. J. Deshusses. 1960) ignis -u cera liquescit. 2 *de morbo i. q. contagio – Ansteckung:* Walth. Spir. Christoph. II 6,14 -u maculabit *scabies* corpus *agni.*

II *translate vel in imag. i. q. appulsus – Einwirkung:* Walahfr. carm. 25[a],6,2 lucis -u penetrata *Anna* sanctae. Vita Rimb. 5 divinae admonitionis -u (*cf.* Dipl. Otton. III. 146 divinae pietatis -u commoniti). Hrotsv. lib. 2 praef. 2,11 p. 108,24 -u vestri favoris atque petitionis harundineo more inclinata. Arno Reichersb. apol. p. 7,27 animas suo *(sc. Dei)* -u dignas *eqs.*

attacus (ata-, acta-, -act-, -achus, -ach *sim.*), -i *m.* (ἀττάκης *vel* ἄτταχος) *exempla allata pendent plus minus a Vulg. lev. 11,22.*

1 *genus apum solitariarum, apis terrestris – Art alleinlebender Bienen, Hummel (Bombus L.):* Gloss. III 48,57 St.-S. atacus (atta- *q*) humel. 673,6 -us vel tallina humbil. 685,22 actacus umbelo. *al. v. et infra l. 51.* Albert. M. animal. 8,143 tria . . . genera *apum* solitaria morantur, quorum quidam nomen commune dicunt esse atacum. 8,144 tertium . . . genus, quod atacum quidam vocant, est minimae longitudinis et maximae rotunditatis et spissitudinis. 8,145 alia genera atacorum habitant solitaria, tamen mellificant et faciunt ceram. 8,161 apem magnam, quam atacum quidam vocant. 8,195 est . . . aliud genus apum proprio carens nomine . . ., hoc potius est id, quod atacum (*p. 629[a],29* βομβύλιοι) . . . vocavimus. *ibid. al. fort. add.:* Arnold. Saxo fin. 4,6 p. 83,7 dum intromiseris in antrum formicarum atach vespercilionem coherentem. 2 *scarabaeus – Käfer:* Gloss. cod. Monac. 14018 f. 83[r] atachus vuuibil. 3 *Corvus glandarius (L.) – (Eichel-)Häher (cf. H. Suolahti, Die deutschen Vogelnamen. 1909. p. 198):* Gloss. I 348,40 St.-S. -us (attachus, atac(h)us, atticus *var. l.*) hehera *(a)*, wehir *(q)*. III 222,18 -us (attactus *ABQ*) hehera. 265,18 -us (-is *c*) hehera. 293,22 -us hera vel ut quidam hunbel. 672,45. *ibid. al. v. et* atticus.

***attaedior** (-ted-), -atus sum, -ari. 1 *taedio affici – überdrüssig werden:* Anscar. pigm. p. 64 si attediatus quis in lectione psalmorum fuerit. Honor. August. gemm. 1,103 ne populus tam prolixa declamatione -tus abscedat. Hist. Lang. cont. III 21 (MGLang. p. 208,26) operosa . . . regni administratione attediatus *Karlomannus.* 2 *sollicitari – sich beunruhigen:* Gesta Ern. duc. I p. 20,2 ad socios . . . properant, quia possent super eis attediari et gravari.

attagen (ata-, arta-, aca-, -ang-, -age *sim.*), -enis *m.* (ἀττα(γ)ήν) *metr.* ātta-: *p. 1138,2.*

1 *Tetrao bonasia (L.) – Haselhuhn (cf. H. Suolahti, Die deutschen Vogelnamen. 1909. p. 253):* Aesculapius 5 p. 10,5 carnes minores ut . . . perdicum et atagen (et tagene *codd. Casin. 97, Augiens. 120*). Gloss. III 29,19 St.-S. -ge (atagge, attange, attragges, aragge, acage *var. l.*) haselhûn pirckhenne vel haselgans *(M)*. 89,7 -ge (-agge *var. l.*) hasilhûn. 204,34 atagge hasilun. *fort. add.:* Albert. M. animal. 8,89 color eius *(sc. avis askolakos)* est sicut color acagini (*p. 617[b],25* ἀτταγῆνι). 2 *Tetrao tetrix (L.) – Birkhuhn (cf. H. Suolahti, op. cit. p. 251):* Gloss. III 55,6 St.-S. auage pirchhun. 294,57 artagge birchun. 354,61 -agge birkhun. 714,43 attrazze birchun. IV 355,3 atange pirchhun. Carm. Bur. B 133,15 sparalus, -ge (gloss.: pirchûn). *v. et p. 1137,66.* 3 *anser silvestris – Wildgans (Anser anser L., cf. H. Suolahti, op. cit. p. 415):* *p. 1137,67.* *Sroder*

1. attamen (at tamen) *particula.* *script.* adt-: *occurrit in schedulis nostris usque ad s. IX.[in].* *postponitur: l. 13.* *rhythm.* -tá-: *l. 13.*

1 *usu concessivo i. q. tamen, nihilominus – dennoch, trotzdem:* a *in enuntiatis vel membris iuxtapositis:* Aldh. ad Acirc. 100,3 nunc mea divinis complentur viscera verbis . . .; at tamen ex isdem nequeo cognoscere quicquam. Rhythm. 134,17 nec ⟨est⟩ se . . . ceteris preponere nisus ecclesiae in arce; fugiens -n coactus sumpsit sacerdotium. Wett. Gall. 1 humiliter rennuens, ad-n Christo exemplo oboediens. Waltharius 611 an deus est, ut iure mihi concedere possit vitam . . .? at tamen ausculta. Widuk. gest. 1,22 p. 33[a],2 hac igitur perfidia quid nequius? -n uno capite caeso multorum capita populorum salvantur. *saepe.* b *in apodosi:* Conc. Merov. p. 124,14 licet . . . ad-n (Aldh. virg. II 144. Chart. Turic. 226). Aldh. virg. II 705 quamlibet . . . -n. 2128 quamvis . . . -n (Agius epic. Hath. 710. *al.*). Form. Dion. 1 p. 494,23 quamquam . . . ad-n. Agius comput. 1,7 cum . . . at tamen.

2 *usu adversativo i. q. at, sed – jedoch, aber:* Liber hist. Franc. 49 rex puer mortuus est . . .; -n (adt- *var. l.*) et Nordebertus mortuus est. Wett. Gall. 8 peracto ergo scelere diu quaeruntur in solitudine; ad-n quandoque exanimes inventi lamentabiliter ad cellam sunt reducti. Poeta Saxo 5,121. Berth. (?) annal. a. 1078 p. 313,35 aecclesiae . . . violatae sunt; -n haec non inpune omnino facta sunt. Otto Frising. gest. 2,20 p. 122,26. *al.*

2. *attamen (ata-), -inis *n. (? f.* -ina: *l. 33)* (*orig. inc., nisi cohaeret c.* *tamisium) *cribrum – Sieb:* Theod. Cerv. chirurg. 3,22 p. 166[D] milii farinam tricocinabis -a *(sic? an* -e *leg.?).* Wilh. Salic. chirurg. 1,4 p. 305[B] vitri unc. VI . . . cribelletur, primo cum atamine, deinde cum pecia lini subtilis. *Prinz*

attamino, -avi, -atum, -are. *maculare, inquinare, polluere – beflecken, verunreinigen, beschmutzen:* 1 *strictius:* a *proprie:* Sigeh. Maxim. 7 ne sacrum pavimentum sanguis -et. Ioh. Mett. Ioh. 75 pro carraria . . . vini non sic -tum vellem *vas.* b *translate vel in imag.:* Vita Ger. Bron. 13 p. 663,19 huius . . . veneni *(sc. mendacii)* -tus *pontifex* pustula. Lamb. Hersf. annal. a. 1070 p. 113,28 homo nobilissimus . . . nec ulla unquam sinistri rumoris macula -tus. Hugo Flav. chron. 2 p. 491,41 canonici . . . contestantes . . ., ne -rentur communione illius *(episcopi depositi). al.* *c. sensu invectionis:* Wolfher. Godeh. I praef. p. 169,10 pro inscicia . . . a lanionibus -ari non temere formido. 2 *latius i. q. inficere – befallen:* Chron. Erf. mod. I a. 1166 p. 184,15 nebula quedam pestilens ac fetida totum pene exercitum -vit.

attat (atat, at at) *interi.* *metr.* ăt-: *l. 58.* *de voce terroris vel indignationis i. q. ah, oh – ach, oh:* Hrotsv. Cal. 7,2 atat! horribilis serpens invadit nos. Gesta Camer. 1,107 p. 446,19 quod . . . in usibus aecclesiae . . . deberet expendere, hoc nimirum, attat! . . . turpiter profligabat. Herm. Augiens. vit. 279 attat quam vereor . . ., ne *eqs.* Benzo ad Heinr. 4,1 p. 634, 33 facti sunt per totum orbem at at interiectio. Nivard. Ysengr. 4,329 ter clamat 'atat' lupus. *remissius de voce monitoria:* Herm. Augiens. vit. 92 insuper attat ille vicem vobis reddet.

attavus *sim. v.* atavus.

attaxo (adt-), -atum, -are. *appretiare, taxatione constituere – schätzen, taxieren:* Chart. Sangall. A 10 p. 12,9 (a. 744) accipimus ab hac ecclesiam . . . precium ad-tum, hoc est auro et argento solidos LXX (64 accipio a vobis servum . . . ad-tum p. Form. Augiens. B 39).

attegia (act-, -gu-), -ae *f.* *tugurium – Hütte:* Greg. Cat. chron. I p. 188,16 exinde ad pratum Barosi, inde ad actegiam. II p. 97,6 domus . . . cum . . . cripta maiori et duabus -guis.

attelebus (atthalabus), -i *m.* (ἀττέλεβος) *nympha locustae – Heuschreckenlarve:* Albert. M. animal. 26,11 blucus vermis est . . .; est . . . primus partus locustae et cum *[Sroder]*

efficitur maior, vocatur atthalabus, et quando perficitur, est locusta.

attempero, -are. *accommodare – anpassen:* OLBERT. Veron. 8 modulos loquelae possum -are.

attemptatio (adt-, -cio), -onis *f.* *script.* -nt-: *l. 13.*

usu iur. i. q. conatus – Versuch: **1** *contentio – Bemühung:* CHART. Tirol. 584 (a. 1208/19) post varias -es et multos labores. CHART. Zoll. II 64 p. 29,30 huic . . . ad-cioni nostre pro ordinanda pace et concordia . . . interfuerunt *eqs.* p. 30,3 placito vero et ad-cione placiti durantibus per precedentes sex septimanas. **2** *calumnia – (unrechtmäßiges) Vorgehen:* DIPL. Merov. III B 4 p. 212,11 (spur.) decernimus alicuius attentationis molestiam non sustinere *loca.* CHART. Drubic. 16 p. 19,20 (a. 1201) iniqua -e . . . infirmare *donationem.* CHART. march. Misn. III 110 ne . . . hec gesta . . . cuiusquam malignis ad-bus irritentur. CHART. Tirol. 645 per malorum -ciones hominum. *al.*

***attemptator**, -oris *m.* *qui conatur – einer der versucht, unternimmt:* **1** *gener.:* VITA Annon. I 2,3 p. 485b,9 praesumptionis huius vanissimus -r. **2** *iur. i. q. calumniator – einer der (unrechtmäßig) vorgeht:* CHART. Basil. A I 232 p. 354,29 (a. 1174) interdicimus, ne quis . . . de rebus ecclesiasticis aliquid recipiat, quia in irritum cum -is dampno revocabimus. ACTA imp. Winkelm. I 129 ne quis temerarius -r . . . cenobium . . . audeat molestare.

attempto (adt-), -avi, -atum, -are. *script.:* adt-: *praevalet in schedulis nostris usque ad s. IX.ex.* act-: *p. 1140,3.* ote-: *l. 64.* -nt-: *l. 34. p. 1140,12.* -mt-: *l. 58.63.* *?partic. perf.* -pta: *l. 46.*

temptare – versuchen: **I** *experiri, examinare – erproben, prüfen:* **A** *c. acc.:* NOTKER. BALB. gest. 2,18 gladios . . . sibi -andos (adt- *var. l.*) iussit *rex* afferri. WALTHARIUS 1101 qui saltu baratrum sponte -arit apertum? TRANSL. Auct. 21med. cum . . . redirent *hostes,* ut alios aditus attentarent. **B** *c. interr. indir.:* WALTHARIUS 770 -bo quidem, quid sis. WALTH. SPIR. Christoph. II 6,179 -bo . . ., si *eqs.* *periclitari – auf die Probe stellen:* BERTH. (?) annal. a. 1078 p. 311,17 -andi *episcopi,* si . . . inclinari possent.

II *conari, aggredi, contendere – (zu) unternehmen (suchen), angehen, anstreben:* **A** *latius:* **1** *gener.:* **a** *c. acc.:* NOTKER. BALB. gest. 2,15 p. 79,18 non est homo . . ., qui hoc audeat -are. THANGM. Bernw. 17 p. 766,3 cum . . . nichil huiuscemodi -ret vel mente conciperet. BERTH. (?) annal. a. 1078 p. 310,27 quod cum animo libenti perceptum Saxonum principes . . . -are conarentur. CONST. II 224,10 super . . . gravaminibus, que . . . per officiales nostros . . . -pta *(sic?,* illata *var. l.)* dicebat. *al.* **b** *c. inf.:* BERTH. (?) annal. a. 1073 p. 276,14 hoc ipse . . . prohibere studiosus -vit. a. 1080 p. 324,14 Heinrico Saxoniam . . . invadere . . . -anti. OTTO FRISING. gest. 1,52 p. 74,22 episcopum . . . dampnare ad-bant. CONR. FAB. Gall. 37 p. 238,2 dux . . . verbis eum fulminare -bat obprobriosis. *al.* **c** *absol. i. q. conatum parare – einen Versuch machen:* BERTH. (?) annal. a. 1075 p. 280,8 papa regi . . . adhuc apostolica mansuetudine -ando . . . direxit litteras. a. 1077 p. 300,38 si arte seu virtute qualibet -are posset. **2** *iur. de actione illegitima:* **a** *c. acc.:* CONC. Merov. p. 186,16 quod si quis contemptor constitutionis huius hoc adtemtare presumserit (LEG. Wisig. 5,7,17 coniugium. CHART. Raitenh. 68 [a. 1209]. 77ex. contra eam *confirmationis paginam* aliquid p. -are. *al. cf.* DIPL. Heinr. II. 115 p. 142,30 ut . . . nullus . . . quicquid in eis *locis* contra voluntatem episcopi . . . -are audeat). LEG. Wisig. 12,2,15 christiano contraria cultui . . . aliquatenus adtemtare. FORM. extrav. 1,8 quod si otemtaverimus (FORM. Senon. I 51 quod qui ad-verit. *al.*). ACTA imp. Winkelm. I 130 neque iuramentum neque munitiones . . . sine regio mandato . . . licitum est civibus -are. CHART. Westph. V 408 p. 191,25 in irritum revocato, quicquid post appellationem . . . constaret contra ipsum prepositum temere -tum. CONST. II 196,24 tamquam . . . contra nos . . . aliquid -verit factiosum. *al.* **b** *c. inf.:* DIPL. Karoli III. 139 p. 224,12 ut nullius potestatis senior quicquam . . . praesumat auferre neque . . . temeraria praesumptione disponere ad-et. DIPL. Otton. II. 144 p. 162,30 preceptum . . . infringere. CHART. Turg. II 65 p. 239,23 si quis . . . hanc ordinacionem retractare act-verit. CHART. Brixin. 65 p. 71,14 ne ab aliquo -entur infirmari, que . . . pietatis studio gesta sunt et ordinata. *al.* **B** *strictius:* **1** *invadere – vorgehen (gegen):* **a** *iur. i. q. calumniari – unrechtmäßig angehen:* FORM. Bitur. 9 p. 172,38 inferat parti, cui ad-at, . . . soledos. DIPL. Heinr. IV. 411 p. 546,26 eos *(Iudaeos)* inquietare quibuslibet iniustis occasionibus aut -are. CHART. Helv. arb. 53 p. 87,5 quicumque monachus . . . contra formam prescriptam presumpserit attentare. CHART. Eichsf. 450 ut non possint *beneficia* . . . calumpnia -ari (CHART. Carinth. V 99 attentari). *remissius i. q. attrectare – antasten:* CHART. Turic. 889 (a. 1254) nihil de dictis prediis . . . erga me ex parte ipsius *(mariti mei)* fuit -tum facto vel promisso. **b** *milit. i. q. impugnare – angreifen:* OTTO FRISING. gest. 1,42 p. 61,5 Saxones . . . easdem gentes bello -turi. **2** *persuadendo adire, allicere – zu gewinnen suchen, anlocken:* BERTH. (?) annal. a. 1075 p. 280,34 papa . . . adhuc induratum suum vel semel -are proposuit. a. 1078 p. 310,21 rex . . . omnes, quoscumque et quomodocumque -are potuit, suae parti contraxit. OTTO FRISING. chron. 3,9 p. 145,3 cum . . . de adulterio eam *(Paulinam)* ad-ret *Mundus. al.* **3** *affectare, appetere – zu erreichen, zu erwerben suchen:* TRANSL. Modo. 6 p. 293,1 *(de reliquiis)* sanctum, qui petebatur, ante complures annos -tum. HELM. chron. 25 p. 47,17 libertatem armis -asse. **4** *narrando adire – darzustellen suchen:* VITA Hildulfi 4 qualis . . . fuerit *beatus vir . . .,* quia difficile explicabitur, -are veremur. **5** *visitare – aufsuchen:* CONR. FAB. Gall. 40 p. 245,2 rogatus abbas . . . a rege, ut pro peccunia sponsalicia . . . fines Austrie -ret.

***attendentia**, -ae *f.* *plur. i. q. pertinentia – Zubehör:* CHART. Turg. III 663 (a. 1277) duo predia . . . cum suis -is.

1. attendo (adt-), -tendi, -tentum, -ere. *script.:* adt-: *praevalet in schedulis nostris usque ad s. XI.ex.* act-: *p. 1141,3.* ate-: *p. 1141,44.61. 1142,23.30.* ?ade-: *l. 41.* *form.:* *praes. inf.* -ire: *l. 68.* *perf.:* adtendedit: *p. 1141,38.* adtetendidit: *p. 1141,19.*

I *proprie:* **A** *strictius i. q. advertere, porrigere – hinwenden, hinstrecken:* RHYTHM. 76,14,6 plagis cruentis pectus ad-unt *accipiter et pavo.* **B** *latius:* **1** *?dirigere – ?hinschicken:* CHRON. Fred. cont. 31 adento (adunato *var. l.*) exercito eos *(Saxones)* praevenire conpulsus est. **2** *intueri – (an)schauen:* **a** *gener.:* VITAE patr. Iur. 3,9 p. 157,32 orientalem . . . cellulae huius ad-e prospectum. *in imag.:* AGIUS vita Hath. 28 ut, quia . . . eam corporaliter videre non potestis, . . . quandam . . . eius imaginem -atis. **b** *medic.:* AURELIUS 5 p. 498,25 non palpebrantes -unt *atonia laborantes.*

II *translate:* **A** *animadvertere, observare – die Aufmerksamkeit richten (auf), achtgeben, (be)achten:* **1** *gener.:* **a** *c. acc.:* GODESC. SAXO theol. 6 p. 142,12 cuncta, quae protuli . . ., -e et appende et sponte perpende. TRAD. Frising. 809 ad-atur . . . legem dicentem, quali modo *eqs.* RIMB. Anscar. 1 p. 20,3 exhortationes. THIETM. chron. 8,29 haec *(ira caelestis)* ab humana fragilitate non -itur. THANGM. Bernw. 25 auscultate verba patris vestri et -ite. WIPO gest. prol. p. 6,15 sequentis vitae commoda. ADAM gest. 3,64 p. 210,17 somnia. STATUT. ord. Teut. p. 49,26 ut religio, experiencia . . . plus quam multitudo fratrum inter partes -atur. *saepe.* **b** *c. dat.:* WIDUK. gest. 1,21 Saxones . . . simulationibus non ad-bant. THANGM. Bernw. 48 vaniloquio. EPIST. Meginh. 25 p. 222,24 illi . . . sermonibus meis omnino non -erunt. *al.* **c** *c.* ad: ANTIDOT. Augiens. p. 58,52 ad-ens non solum ad passionem, sed et ad patientis virtutem. **d** *c. acc. c. inf.:* BERTH. (?) annal. a. 1077 p. 296,28 non . . . -erant Constantinum . . . excommunicatum fuisse. **e** *c. interr. indir. vel c. enunt. relat.:* PIRMIN. scar. 22 p. 55,1 quo die in via exeatur, -ire (ad-ere *AC*). GODESC. SAXO theol. 9 p. 208,3 diligenter -e, quod dicere volo. THIETM. chron. 3,11 quanta sollicitudine idem . . . invigilaret gregibus, lector, -e. ADAM gest. 3,23. FRID. II. IMP. art. ven. 4 p. 72,22 -to, quod dictum est. *al.* **f** *pendent* ut, ne: BEDA hist. eccl. 4,1 p. 203,1 ut . . .

[Sroder]

diligenter ad-ret, ne *eqs.* ARBEO Emm. 11 ad-e, . . . ut ne cui . . . dixeris. CONSUET. Trev. 40 ut hec omnia cum luce fiant, sollicite act-antur (ad-atur CONSUET. Eins. 24 p. 93,15). STATUT. ord. Teut. p. 36,28. *al.* **g** quod: GODESC. SAXO gramm. 2 p. 456,17 ad-endum est, quod *eqs.* BERTH. (?) annal. a. 1076 p. 284,24 cautissime. *al.* **h** *absol.:* ALDH. epist. 6 si . . . volueris -ere. **2** *c. colore quodam:* **a** *custodire – be-, überwachen:* LEX Sal. Merov. 2,11 si quis porcellum . . . ipso porcario ad-ente furaverit. FORM. Flav. 44 p. 482,24 qui *(pastor)* eorum *(monachorum)* sacro ordinem instanter ad-at. HRABAN. carm. 11,31 catus et cautus -is ovilia circum. **b** sibi -ere *i. q. cavere – sich hüten:* BONIF. epist. 73 p. 153,16 ad-e tibi a laqueo insidiatoris. **c** *affectare – zu erreichen suchen:* ALBERT. M. sacram. 120 p. 83,24 an intendatur contritio et penes quid -atur intensio. *ibid. al.* **d** *curare – umsorgen:* AGIUS vita Hath. 9 cum omnes ita -isset, acsi de propriis visceribus ipsos genuisset. **e** *exspectare – (er)warten:* CHART. Laus. 220 p. 212,9 (a. 852/75) conventum sacerdotalem . . . ibi adtetendidit *episcopus.* VITA Menel. 2,5 (MGMer. V p. 151,25) nec . . . Menelei vocibus intendebat *regina,* que, in posterum ut forcius peniteret, ad-bat. *v. et l. 58sqq.* **3** *iur. et publ.:* **a** *respicere, rationem habere – berücksichtigen, in Betracht ziehen:* **α** *c. acc.:* LEG. Wisig. 12,1,1 si in totum iudicii proprietas ad-itur *eqs.* DIPL. Otton. III. 406 p. 840,19 audivimus diligenterque -imus quaerimonias et lamentationes Hieronymi. EGBERT. fec. rat. 1,955 sicubi non persona potens -itur in ius *(de fontibus v. notam ed.).* CHART. Brixin. 60 cum fidelium . . . suorum devotionem -it *dignitas regalis excellentiae.* CHART. Hall. I 195 nos . . . -entes fidele obsequium *Alberti. al.* **β** *c. praep.:* CAPIT. reg. Franc. 91,7 si . . . -erit *comes* ad gasindios vel parentes et amicos suos seu premium et legem non iudicaverit. CHART. cell. Paulin. 69[a] nos . . . ad-entes super preclaris devotionis obsequiis. **b** *providere – bedacht sein:* DIPL. Heinr. II. 413 servorum Dei utilitates . . . ad-ere (*sim.* 415). **c** *servare, implere – (ein) halten, erfüllen:* **α** *c. acc.:* FORM. Andec. 12 noticia solsadii, qualiter vel quibus presentibus illi homo placetum suum ad-it (14 adtendedit. 53. *ibid. al.*). WIPO gest. 8 p. 31,29 si rex Ruodolfus promissa -ret (CHART. Carinth. V 69 quod . . . p. . . . servabit sub debito sacramenti prestiti et ad-et. *al. cf.* CHART. Tirol. 994 p. 49,43 exceptionem, promissionem . . . in integrum -ere et nunquam . . . contravenire). GESTA Camer. 3,40 fidelitatem. RAHEW. gest. 4,27 p. 272,2 iuramentum. CHART. Tirol. notar. I 8 iuravit . . . atendere precepta sua. *al.* **β** *c. dat.:* FLOD. annal. a. 949 p. 121,6 Laudunenses, qui fidelitati Ludowici regis -bant. **γ** *c. enunt. relat.:* FORM. Andec. 53 ut . . ., quicquid lex inter eos declarat, -ere debiat. **δ** *absol.:* CAPIT. reg. Franc. 34 p. 101,37 sic -am et consentiam. CHART. Tirol. notar. I 31[a] pro ita ad-endo et observando. 74 sic iuravit ad-ere et quod non contraveniet (*sim.* REGISTR. Trident. IV p. 277,28). CHART. Tirol. notar. I 681 si ita non solverint nec ad-erint. *al.* **d** *sequi, parere – Folge leisten, gehorchen:* **α** *c. acc.:* DIPL. Otton. I. 391 nec . . . comitum . . . aut alicuius iudiciarię potestatis placitum ad-ant *(sc. familia)* nisi solius abbatis (CHART. Rhen. med. I 261). **β** *c. dat.:* COD. Wang. Trident. 84 p. 190,29 (a. 1210) -ere et stare omnibus mandatis. CONST. II 198 quatenus eidem duci . . . -atis et obediatis. **e** *tempus exspectandi causa constitutum servare – die Wartefrist einhalten:* LEX Sal. Merov. 56,6[a] si . . . ei solvere noluerit, tunc per legem debet -ere (atendere B^2). *v. et l. 17sqq.* **B** *intellegere, percipere – wahrnehmen, bemerken:* **1** *gener.:* WALTHARIUS 879 socium fore maestum -it. AUREL. REOM. mus. 19 p. 55[b],31 in ea *(syllaba)* acutus -etur vocis accentus. NIVARD. Ysengr. 1,18 te petere -ens *Deus* ęqua . . . dedit. 4,847 susurrantes. *al.* **2** *iur. i. q. cognoscere, comperire – zur Kenntnis nehmen, erfahren:* DIPL. Conr. II. 16 p. 18,18 omnes . . . fideles fideliter et diligenter ad-ere volumus, qualiter *eqs.* TRAD. Frising. 1695[a] -ant memores presentes atque sequentes, qualiter *eqs.* **C** *considerare – betrachten (als):* RIMB. Anscar. 37 p. 72,17 ut eum potentes . . . terribilem -rent. VITA Rimb. 10 p. 89,14 qualem me exterius . . . exhibeo, talem me interius -o. **D** *spectare – hinzielen:* EPIST. Col. 5 p. 247,23 ad maiorem gloriam pietatis vestrae -it, quicquid . . . misericorditer operamini.

adi. **attentus**, -a, -um. **1** *observans, diligens – achtsam, aufmerksam:* WIPO gest. 5 p. 26,9 animum lectoris ad novitatem rerum quam ad figuras verborum -iorem. BERTH. (?) annal. a. 1069 p. 274,18 aecclesiastici thesauri ampliator et provisor -issimus. FRID. II. IMP. art. ven. 3 p. 11,27 falco . . . est -us circa comestionem. p. 36,25 -us erit *falco* in aspiciendo circa se *eqs. al.* **2** *instans – angelegentlich:* CHART. Helv. arb. 145 p. 226,32 (epist. papae a. 1275) efficacibus precibus et -a persuasione. **3** *firmus – fest:* CHART. archiep. Magd. 399 p. 525,41 (a. 1185) id . . . stabili et -a pollicitatione firmavit. **4** *parcus – sparsam:* EGBERT. fec. rat. 1,80 pane quis -us nimirum -ior auro *(de fonte v. notam ed. p. 241).*

adv. **attente** *vel raro* ***attentim.** *?compar.* -ticius: *l. 29.* **1** *observanter, diligenter – achtsam, sorgfältig, aufmerksam:* LEG. Burgund. const. I 74,1 p. 98,5 ad-ius universa tractantes. BEDA hist. eccl. 4,23 p. 256,5 dum -ius consideraret *monile.* NOTKER. BALB. notat. p. 71,6 de ministerio . . . te -ius instruere. DIPL. Karoli III. 21 p. 36,26 ut haec nostrae sublimitatis . . . pagina . . . -ius observetur (DIPL. Otton. I. 142 atentius). STATUT. ord. Teut. p. 63,7 fratres teneantur eam *(regulam)* totam audire pariter, sed -e sex vicibus ad minus quolibet anno. FRID. II. IMP. art. ven. 3 p. 17,18 quando falco -e aspiciet loyrum *eqs. al.* **2** *instanter, studiose – angelegentlich, eifrig:* DIPL. Merov. I 57 p. 52,2 ad-cius Domini meserecordia deprecare. FORM. Marculfi 1,19 pro nobis Domini misericordia ad-ius (adtenticius *A 1,* ad-cius *A 3,* atentius *B*) exorare (DIPL. Ludow. Germ. 15. DIPL. Zwent. 1 p. 18,24. EPIST. Wibald. 220[ex.] sanctitatis vestrae pietatem -e exoramus, quatenus *eqs. al.*). WILLIB. Bonif. 4 p. 15,10 coeperat *mens Deo dedicata* ad alia . . . ad-ius properare. THANGM. Bernw. 42 creatori animam precibus -ius commendare. CHART. Hamb. 461 (epist. papae a. 1223) fraternitatem tuam monemus -m. CHART. Turic. XIII 524[a] (epist. papae) universitatem vestram rogamus, monemus et hortamur -e. *al.* **3** *firme – fest* (*cf.* GLOSS. IV 2,9 St.-S. ad-ius starhlichor): CHART. Traiect. 1294 p. 84,33 (a. 1253) dominus de Prate . . . -issime, iuramento ac fide prestita, firmavit, quod *eqs.* **4** *vehementer – stark:* VITA Willib. p. 18,57 cum papa . . . de eius virtutis constantia -ius miraretur.

2. ***attendo** (adt-, -to), -are. (ad *et* *tenda) *(tabernacula) collocare – (Zelte) aufschlagen:* MAGNUS chron. a. 1187 p. 508,24sq. (epist.) comes de Tripoli venit ad regem et fecit eum ibi ad-are et castra metari . . .; et non potuerunt ad-are ultra tendas tres (HIST. de exp. Frid. imp. p. 2,30sq. attentare). *refl. i. q. considere – sich lagern:* ANNAL. Ianuens. III p. 80,15 se -vit potestas prope exercitum inimicorum.

attentatio *v.* attemptatio. **attenticus** *v.* authenticus.

***attentim** *v.* 1. attendo *(supra l. 16).*

attentio (-cio), -onis *f.* **1** *animadversio, diligentia – Achtsamkeit, Aufmerksamkeit:* **a** *gener.:* FRID. II. IMP. art. ven. 6 p. 232,28 non cogatur *falco* dimittere -em, quam habet ad falconarium. DAVID compos. 3,53,2 -o ad ea, quae psallimus. **b** *c. colore quodam:* **α** *animi intentio – geistige Anspannung:* ALBERT. M. animal. 12,194 augentur *pili ciliorum* . . . in hiis, qui multi sunt studii . . ., eo quod spiritus animalis et -o ad interiora trahit humorem. **β** *reverentia – Ehrerbietung:* CHART. Hall. I 205 (a. 1231) caritatem universitatis vestre cum -cione devota rogamus. **2** *cognitio – Wahrnehmung:* BEDA ad Wicth. 10 quem *(Dionysium Exiguum),* . . . qualiter haec *dicta Anatolii* sint primo edita, latere non potuit -o.

***attentivus**, -a, -um. *ad perceptionem, cognitionem pertinens – Wahrnehmungs-, Erkenntnis-:* ALBERT. M. eth. 9,3,3 p. 592[a],14 hanc . . . virtutem, qua sic intelligimus et sentimus, quod sentimus, quidam antiquorum -am vocaverunt.

attento *v.* attempto, 2. *attendo.

attenuatio (adt-), -onis *f.* **I** *proprie:* **A** *strictius:* **1** *medic. i. q. extenuatio – Verdünnung:* TRACT. de aegr. cur. p. 103,18 frenesis hec sunt signa: discoloratio et -o urine

[Sroder]

(MAURUS urin. II p. 8,9). **2** *minoratio – Verkleinerung:* CHART. archiep. Magd. 269 p. 338,6 (a. 1149) abbas . . . burchwardium . . . rerum suarum -e emptum . . . suo monasterio acquisivit. **B** *latius:* **1** *debilitas, defatigatio – Entkräftung, Erschöpfung:* HILDEG. caus. 3 p. 169,30 de oculorum -e. ALBERT. M. animal. 8,165 quaedam apes . . . sunt debiles aut ex aetate aut ex -e aut ex nimio labore. **2** *mortificatio – Abtötung:* HILDEG. Rup. epil. 8$^{med.}$ qui illam *(gloriam supernam)* habere desiderant, -em corporis et pusillanimitatem cordis . . . arripiant. **3** *consumptio – Vernichtung:* OTTO FRISING. chron. 4,33 p. 226,3 usque ad . . . Gothicae . . . gentis ad-em.

II *translate i. q. deminutio – Verminderung:* **A** *gener.:* ABSAL. serm. 1 p. 19^{D} -o culpae. **B** *rhet.:* GESTA Bereng. 2,12 (gloss.) per 'cartham' scripturam vult intelligi, que in cartha continetur; est autem ad-o scriptoris.

***attenuativus,** -a, -um. *extenuans – verdünnend:* ALBERT. M. veget. 6,278 est *aristolochia* subtiliativa, -a et attractiva.

attenuitas (ate-), -atis *f. molestia, vexatio – Not, Qual:* ORIGO Suev. 1 (ed. Hirsch, Sachsengesch. d. Widuk. p. 155) Deus . . . in ultionem christiani sanguinis conprovintiales illos flagellavit -e (ate- *B*) famis.

attenuo (adt-), -avi, -atum, -are. *script.:* ate-: *p. 1144,22. adde* PIRMIN. scar. 17$^{in.}$ *cod. A.* act-: *l. 41.* -tin-: *p. 1144,1. adde* GLOSS. I 48,13 St.-S. PIRMIN. scar. 17$^{in.}$ *cod. C.*

I *proprie:* **A** *strictius:* **1** *extenuare, subtiliare – dünn, fein machen (interdum usu medial. i. q. tenuem, subtilem fieri – dünn, fein werden):* **a** *techn.:* **α** *de solidis:* HERACLIUS I 19,1 album picturis vitrum sic -bis. THEOPH. sched. 1,23 fac illud *(aurum)* -ari malleo super incudem (HONOR. AUGUST. offend. 29). 1,25 cum . . . -ari coeperint *partes stagni.* 3,44 quam *(patenam)* cum -veris. 3,83$^{in.}$ cera . . . inter duas . . . hastulas cum rotundo ligno -ta. *ibid. al.* **β** *de metallis liquefactis:* COMPOS. Luc. Z 24 usque quod ad-etur et commiscatur aurum cum argento vibo. β 10 permobes illud cum pestillo . . ., donec ad-e⟨s⟩ subtilis ipsum plumbum *(cf. J. Svennung, Compos. Luc. 1941. p. 91).* **b** *medic.:* **α** *de liquidis:* MAURUS urin. I p. 15,17 siccitatis *est* -are *urinam* (II p. 7,41 actenuare). **β** *de corpore hominis i. q. marcescere – mager werden: medial.:* AURELIUS 21 p. 724,23 per tempus -antur *hydrophobici* corpore. *intrans.:* TRACT. de caus. mul. 80 omne corpus ad-at, . . . tibias -ant. **c** *alch.:* GEBER. investig. 10 p. 493 ut magis subtilientur et -entur *perfecta corpora.* **d** *natur.:* ALBERT. M. animal. 3,179 cum . . . exit sperma de corpore, est spissum . . ., et si aliquam moram fecerit extra corpus animalis, -atur (*p. 523^{a},20* λεπτὸν γίνεται). 12,123 oportuit esse . . . frigidum, in quo clarificaretur et -retur . . . spiritus, qui formas animales repraesentat. **2** *minorem reddere – verkleinern:* **a** *gener.:* CONC. Karol. 38,44 res pauperum . . . valde -te sunt (39^{B},13 p. 447,15). CHART. Walkenr. 251 p. 179,25 (a. 1246) eam *(summam)* . . . Hartmodus . . . -andi dabit operam. PETR. WILH. Aegid. (MG Script. XII p. 318^{b},33) victus portiunculam . . . -vit. **b** *medic. usu medial. i. q. minui – weniger werden:* HILDEG. caus. 3 p. 169,32 si sanguis et aqua in oculis hominis aut prae senectute aut prae aliqua infirmitate supra modum -antur. **3** *breviare – kürzen:* CYMBALA III 8 si ad minus recte . . . cimbala sonuerint, hoc emendatur procura cum cote vel lima -ando minus alta et detrattando minus ima *(cf. notam ed. p. 20).* **B** *latius:* **1** *lēvare – glätten:* COMPOS. Luc. B 5 frigas faciem . . ., donec ad-es faciam (*i.* -em). **2** *comprimere – zusammendrücken:* THEOPH. sched. 1,17 caseus -tus manu mittatur in . . . aquam. **3** *debilitare, exhaurire – entkräften, erschöpfen:* WIDUK. gest. 1,9 p. 14,15 caesa multitudine exercitus est vehementer -tus. 2,30 cum milites . . . crebra expeditione -rentur. **4** *consumere – vernichten:* CHART. Otterb. 115 (a. 1253) quocunque casu contingente . . . domus incendio fuerit -ta.

II *translate:* **A** *atterere, detrimento afficere – schwächen, schädigen:* CONC. Merov. p. 51,21 quod per peccatum primi hominis ita inclinatum et adtinuatum fuerit liberum arbitrium, ut *eqs.* DIPL. Ludow. Inf. 12 p. 114,26 episcopium . . . incuria . . . est minutum et -tum. OTTO FRISING. chron. 7,18 p. 335,4 regnum amore ęcclesiarum -tum. CARM. Bur. B 69,2,3 amorem, qui calorem nutrit, nulla vis frigoris valet -are. TRAD. Ratisb. 1033 prolixitas temporum ad-at memoriam hominum. *al. opprimere – bedrängen:* ANON. Has. 29 populum . . . ultima paupertate -bant *episcopi.* DIPL. Heinr. IV. 356 hiis . . . ecclesiis subvenire debemus, quas . . . ab inimicis nostris -tas . . . videmus. *expressius i. q. deteriorem facere – schlimmer machen:* VITA Liutb. 11 adhaerens ossibus cutis macellentem ad-vit aspectum. **B** *diminuere – herabsetzen:* OTTO FRISING. gest. 1,49 p. 69,24 de sancta trinitate docens . . . tres personas . . . nimis ad-ans *Abaelardus.* 1,52 p. 75,11 meritum humanum. *expressius i. q. humiliare – erniedrigen:* VITA Adalb. Wirz. 6 p. 24,21 pater senior a filio calumniis -atur acriter. **C** *pauperare – arm machen:* RUODLIEB V 25 meliorati redeunt, non -ti. CHART. Westph. V 408 p. 192,9 (epist. papae) prepositus . . . creditur . . . -tus expensis. **D** *irritare – ungültig machen:* DIPL. Conr. II. 292 p. 415,28 si quis . . . hoc nostrę corroborationis preceptum infringere aut . . . temptaverit atenuare.

adi. **attenuatus,** -a, -um. **1** *tenuis, subtilis – dünn, fein:* **a** *techn.:* THEOPH. sched. 1,43 cupri tabulas -as. **b** *alch.:* GEBER. investig. 12 p. 495 hoc est corpus perfectum -um. **2** *inveteratus – alt geworden:* GUTOLF. hist. p. 653,22 rex . . ., miles emeritus, bellorum exercitiis -us. *Sroder*

attenus *v.* hactenus.

***attepesco** (ate-), -tepui, -ere. *in imag. i. q. defervescere – erkalten:* CHART. Argent. I 93 p. 74,27 (a. 1143) paulatim religio divini cultus . . . atepuit et defecit.

***atterminatio,** -onis *f. assignatio – Zuweisung:* CHART. Mog. A 302 (a. 1059) ut . . . decime . . . ecclesiis episcopali -e confirmarentur. *ibid.:* -is auctoritas.

attermino (adt-), -avi, -atum, -are. *addicere, assignare – überlassen, zuweisen:* CHART. Mog. A 302 (a. 1059) decimas . . . ecclesiis . . . -amus (318. CHART. Rhen. inf. I 288 p. 189,3. CHART. Wessof. 4 p. 378,13 populum et d.). 306 decimationem XII villarum . . . ad altare cappellę . . . -vi ad victum . . . congregationis. CHART. Rhen. med. I 375 p. 433,8 *ius* dandi vel ad-andi. COD. Udalr. 168 p. 299,7 loca . . . episcopio . . . -are. CHART. Mog. A 553 p. 463,9 quantum montis eorum iuri -retur. CHART. Rhen. inf. I 319 p. 212,18 qui novalia ei *(ecclesiae)* -ta possederint.

subst. **atterminata,** -orum *n. pertinentia – das Zugehörige:* COD. Odalb. 4 p. 71,2 (c. 923) cum . . . omnibus . . . rite et legaliter praedicto -is loco.

attero (adt-), -trivi, -tritum, -ere. *script.:* ate-: COMPOS. Luc. P 27 aterres. *al. v. et l. 61.* -terr(o): GLOSS. II 163,42 St.-S. *al. v. et l. 49. form. part. perf.* atterit(us): GLOSS. I 369,54 St.-S. *(var. l.).*

I *proprie:* **A** *strictius:* **1** *gener.:* **a** *deterere, abradere – abnutzen, beanspruchen:* ALBERT. STAD. annal. a. 1021 vestimenta . . . et calciamenta *(cf. Vulg. deut. 29,5).* ALBERT. M. animal. 2,25 ex labore viae -untur pedes *cameli et hominis.* **b** *dentibus dividere – zerbeißen:* ALBERT. M. sacram. 97 p. 68,66 videtur, quod -atur et frangatur *corpus Christi* . . . in sacramento. **c** *in imag. i. q. detergere – wegwischen:* LAMB. HERSF. annal. a. 1073 p. 151,24 quibus *(concubinis)* . . . -to frontis rubore incubabat *rex.* **2** *techn. i. q. conterere – zerreiben:* COMPOS. Luc. S 2 ateres ipsa crana cum cinnabarin. HERACLIUS I 19,3 his *(sc. vitro et sulphure)* simul -tis. *al.* **B** *latius:* **1** *extenuare – abzehren:* RIMB. Anscar. 41 p. 76,6 infirmitate ita erat fatigatus et -tus, ut *eqs. in imag.:* CARM. Bur. B 160,2,4 in amore . . . vulneror . . . dolore, per quem et -or. **2** *castigare – kasteien:* LAMB. TUIT. Herib. 1,8 p. 745,42 clerum et populum hortatur tridui afflictione secum adterendum.

II *translate:* **A** *obi. homines:* **1** *affligere, vexare – bedrücken, plagen:* FORM. Sangall. I 1 cernimus nos . . . obpressos undique modo nimium vel adtritos esse. RIMB. Anscar. 21 necessitatibus et indigentiis. WIDUK. gest. 1,38 p. 55,7 civili-

bus discordiis et externis bellis. Otto Frising. gest. epist. p. 4,29 milicia nostra propter multos labores et bella nimis -ta fuit. *al.* **2** *profligare – niederwerfen, aufreiben:* Regino chron. a. 517 p. 25,18 Francorum acies graviter -tae sunt. Thangm. Bernw. 7 p. 761,2 fortiter illos *(latrones)* -verat *episcopus.* **3** *commovere, conturbare – bewegen, erschüttern:* Dipl. Arnulfi 150 p. 229,24 sermonum verberibus -ti . . . delegavimus. *v. et l. 31.* **B** *obi. res:* **1** *degere – verbringen:* Waltharius 1254 *ludorum* cultu primos -vimus annos. Thangm. Bernw. 1 p. 758,35 diem . . . studendo -vimus. Lamb. Tuit. Herib. 1,3 p. 742,5 iuvenili -ta (detrita *2.3*) infantia. **2** *damno afficere, vastare – schädigen, verwüsten:* Beda hist. eccl. 4,15 provinciam . . . caede ac depopulatione -vit. Dipl. Heinr. III. 52 p. 67,28 abbacia . . . calamitatibus -ta. Chart. Sangall. B 428 p. 313,26 quod *(monasterium)* . . . -tum est gravissime incendiis et rapinis. *al.* **3** *tollere – vertilgen:* Beda hist. eccl. 2,1 p. 75,29 heresim. **4** *absumere – (unrechtmäßig) verbrauchen:* Dipl. Heinr. IV. 311 si quas ecclesię suae res . . . -verat *episcopus.*

adi. **attritus**, -a, -um. **1** *proprie i. q. detritus, callosus – abgenutzt, schwielig:* Albert. M. animal. 3,99 lepus . . . habet pilos et sub pedibus, ubi pes . . . est -us. **2** *translate:* **a** *afflictus – bedrückt:* Rahew. gest. 4,14 p. 249,18 cum . . . repperisset *praesul* . . . familiam -am. **b** *obduratus, pertinax – verhärtet, unverschämt, 'gerieben' (cf. Iuven. 13,212. al.):* Aldh. virg. I 32 p. 273,18 -ae frontis pallor (Godesc. Saxo conf. p. 73,10). **c** *usitatus – bekannt:* Carm. Bur. B 92,36,1 multum est calamitas militis -a. *cf.* *attribo.

atterreo, -itum, -ere. *conterrere – erschrecken:* Gunth. Par. hist. 3 p. 15,2 cunctis . . ., qui aderant, vehementer -tis (attritis *C*). *Pape*

attestatio (adt-, -cio), -onis *f.* *script.:* act-: *l. 37.* ate-: *l. 56. p. 1146,33.35. al.*

I *testificatio, testimonium – Zeugnis, Bezeugung(smittel):* **A** *strictius:* **1** *gener.:* Beda hist. eccl. praef. p. 8,2 certissima fidelium virorum ad-e . . . cognoscere. Ioh. VIII. epist. A 274 aliorum certificari super hoc act-bus. Bruno Magd. bell. prol. p. 12,11 operis. Epist. Hann. 1 p. 15,16 quanta virtutis potentia . . . Dei dextera te sublimaverit . . ., regiones remotissimę . . . plena -e cognoscunt. *al.* **2** *spec.:* **a** *theol.:* Hraban. epist. 13 p. 401,8 secundum Iude apostoli ad-em. Walahfr. Gall. 1,27 signorum. Vita Theod. 1 operum (Vita Norb. II 80[ex.] *al.*). Bernold. Const. chron. a. 1084 p. 440,17 iuxta -em sanctorum patrum. Otto Frising. chron. 4,18 p. 205,15 sine . . . -e Dominica salvari. *al.* **b** *iur. et canon.:* **α** *spectat ad res i. q. argumentum – Beweis(mittel):* Leg. Wisig. 12,3,18 ut se . . . iusiurandi ad-e christianum ostenderit *servus Iudaeorum* (Otto Sanblas. chron. 20 p. 25,4. *al.*). Dipl. Karoli III. 53[a] p. 91,35 que . . . veterum preceptorum antiqua -e . . . ecclesie pertinere . . . cognovimus. Dipl. Otton. III. 48 p. 449,37 iuramenti -e . . . rei veritatem quęsivit (Trad. Teg. 63. *al.*). **β** *spectat ad personas i. q. dictio testium – Zeugenaussage:* Dipl. Ludow. Germ. 170 p. 241,13 concordantibus episcopis . . . super -em advocatorum. Epist. Hann. 17 p. 40,25 sua . . . -e illum purgavit. Chart. Ital. Ficker 177,6 ego . . . tabelio has ate-es scripsi. Chart. Tirol. 563 p. 44,32 ut haberentur -es huiusmodi pro infectis. Chart. Tirol. notar. I 430 p. 204,5 potestas precepit . . ., quod omnes -ciones . . . cause autenticarem. Chart. Basil. C I 317 p. 230, 37 parrochyanorum . . . -e verissima conprobatur. *al.* **sententia – Gutachten:** Capit. reg. Franc. 291,10 presbyterum . . . ordinavit . . . canonicorum ac laicorum -e instructus. **B** *latius:* **1** *gener. i. q. affirmatio, obtestatio – Zu-, Versicherung, Beteuerung:* Conc. Karol. 37,22 qui se, ut ita viverent, cum ad-e professi sunt. Capit. reg. Franc. 306,16 cum maximis -bus nobis declaravit. Ioh. VIII. epist. A 268 p. 236,31 nostris vos ad-bus certissimos reddimus. Narr. de lib. Fab. 6 crebra . . . -e. **2** *iur. et canon.:* **a** *spectat ad actiones:* **α** *confirmatio – Bestätigung (saepe c. notione assensus, e. g. l. 70. 72. p. 1146,3.4):* Trad. Ratisb. 148 (a. 889/91) cum -e et affirmatione monachorum, canonicorum atque laicorum. Chart. Bund. 89 p. 74,29 sermonum . . . -e ipsam traditionem confirmante nepote meo. Chart. Mog. A 525 p. 432,10 ad-is cartam. Dipl. Loth. III. 56 p. 89,13 confirmationem . . . legalem principum . . . -e facientes. Chart. Heinr. Leon. 108 comitum et baronum . . . firma et sententiali et legitima -cione. *al.* **β** *corroboratio – Bekräftigung:* Dipl. Heinr. IV. 46 p. 58,36 commutationem confirma⟨ri⟩ . . . sigilli -e (Chart. cell. Paulin. 15. Chart. civ. Magd. 116). Chart. Naumb. 261 sigilli . . . impressione . . . -em prestamus. **γ** *confectio (rata) – (rechtskräftige) Ausfertigung:* Trad. Teg. 350[b] (a. 1155/58) litterarum -e . . . eas *(institutiones)* notari (372.375). Chart. march. Misn. II 289 p. 197,26 privilegii nostri imperialis ac anathematis -cione . . . communimus. Chart. Babenb. 68 p. 93,35 scripturę -e. Chart. Scheftl. 10 p. 16,12 privilegiata -e. Chart. Meckl. 800 ut -cione scripti nostri cum ratificacione consensus super hoc munirentur *praepositus et conventus. al.* **δ** *appellatio – Berufung (auf):* Wolfher. Godeh. I 25 p. 186,7 sub prioris banni -e interdixit. Trad. Teg. 380[b] ubi *(sc. Monaci)* . . . abbas eosdem homines ad-e sufficientis testimonii . . . obtinuit. Chart. Lub. I 161 quocunque declinaverint cum -e presentium *cives. comminatio – Androhung: v. l. 12.* **ε** *actio iurandi – Eidesleistung:* Emo chron. p. 469, 46 quod . . . sub -e stole obedire promitteret *(de re cf. F. Gescher, ArchKathKirchRecht. 97. 1917. p. 260sqq.).* **b** *meton.:* **α** *charta confirmationis – Bestätigungsurkunde:* Trad. Brixin. 508[c] (a. 1173/80) Olricus, qui hanc -em de eadem re conscripsit. Chart. Salem. 42 p. 66,36 scripta et -es . . . pretulerunt. Chart. ord. Teut. (Thur.) 246 -cionem sigilli mei cyrographo roboravi. Chart. Otterb. 186 p. 137,7 privilegia . . ., libertates, -es . . . confirmamus. *v. et supra p. 226,38.* **β** *adnotatio – (Zeugen-)Protokoll:* Chart. Bund. 466 p. 359,17 (a. 1194) -es . . . intuendas sub bulla nostra inclusas duximus destinare. Rein. Leod. annal. a. 1209 p. 661,50sqq. -es usque in feriam secundam . . . clauserunt; secunda feria . . . ate-es non aperuerunt (Chart. Turic. 368. Chart. Salem. 549). Chart. civ. Misn. 398 publicatis ate-bus . . . testes concordes . . . invenimus (Chart. Salem. 462 p. 52,14. *al.*). *al.* **γ** *constitutio – Verordnung:* Chart. scrin. Col. A I p. 15,9 (a. 1135/42) domum . . . banno et pace civilis -cionis michi confirmavi (p. 18,12 civili ad-e sic diffinitum est, quod *eqs.*).

II *invocatio – Anrufung (zum Zeugen):* Leg. Wisig. 9,1, 21 p. 364,36 divine -is ⟨iuramento districti⟩. Annal. Fuld. II a. 848 memor pacti, quod . . . cum ad-e divini nominis inierat. Epist. Hann. 17 p. 40,28 ecclesiasticę fraternitatis -e. *spectat ad iudicium novissimum:* Vita Solemn. 2 (MGMer. VII p. 313,8) sub tremendam ad-em non taceam.

attestator (adt-) *m.* *testis – Zeuge:* Gloss. I 40,11 St.-S. ad-r (atestatus *c*) rachari, testimonium dat *eqs.*

***attestatrix**, -icis *f.* *testis – Zeugin:* Chart. Bern. II 278 p. 295,11 (a. 1249) si . . . fidem non astruant per scripture auctoritatem, veritatis efficacissimam -em (284. Chart. Turic. 791 p. 259,23).

***attestificor** (adt-), -ari. *attestari – bezeugen, bestätigen:* Vitae patr. Iur. 2,7 p. 147,16 ad-ante et praesente . . . superstite . . . rettulit pater.

attestor (adt-), -atus sum, -ari. *script.:* add-: *l. 67.* ate-: *p. 1147.29.48. part. perf. sensu pass.: p. 1147,44sqq.*

I *testari, approbare – bezeugen, beweisen:* **A** *strictius:* **1** *gener.:* Ruotg. Brun. 4 p. 5,27 munditiam cordis. Berth. (?) annal. a. 1077 p. 305,28 probabilibus personis . . . -antibus. *c. acc. c. inf.:* Hrotsv. lib. 1 epil. Berth. (?) annal. a. 1079 p. 323,35 Mogontinum . . . metropolitanum suum non esse . . . pseudographis . . . privilegiis . . . -ari conatus est. *pendet* quia: Vita Rimb. 12. *argumento esse – zum Beweis dienen:* Hugo Flav. chron. 1 p. 290,49 cum novitati verborum -retur magnitudo signorum. Chron. Mont. Ser. a. 1192 p. 164,25 asserconi . . . factum . . . -atur. **2** *spec.:* **a** *theol.:* Alcuin. epist. 99 p. 143,32 -ante (add- *K 2*) veritate. Thietm. chron. 3,5 Petro -ante. **b** *philos. et natur. i. q. testando accedere – bezeugend hinzutreten:* Albert. M. bon. 343 hic est modus pertinens ad temperantiam . . . secundum quod est in exterioribus -antibus interioribus. animal. 1,164 mediocris *(sc. oculus)* . . . ceteris signis -antibus bonitatem discretionis

[Rudolph]

significat. **c** *iur. et canon.:* **α** *subi. res:* DIPL. Loth. III. 34 privilegio . . . -ante. **β** *subi. personae i. q. (pro testimonio) dicere – (als Zeuge) aussagen:* CHART. Turic. 273 (a. 1126) multis -antibus omnem veritatem invenimus. CHART. Tirol. 563 p. 44,18 sicut . . . testes in serie sui testimonii -antur. *c. acc. c. inf.:* DIPL. Otton. III. 48 p. 449,39. *pendet* quod: COD. Lauresh. 228 (a. 782). CHART. Bund. 466 p. 359,1. *(testando) astipulari – (bezeugend) beipflichten:* CHART. Xant. 72 p. 56,7 (a. 1218) testis . . . in aliis omnibus -atur aliis *(sc. testibus).* **B** *latius:* **1** *gener.:* **a** *asseverare, affirmare – versichern, beteuern, erhärten:* BEDA hist. eccl. 2,1 p. 74,7 fiendo. RIMB. Anscar. 36 p. 71,9 -ando dicebat. BERTH. (?) annal. a. 1077 p. 294,16 mendaciis. *c. acc. c. inf.:* WIPO gest. 39 p. 60,16 illud . . . factum esse veraciter -bimur. **b** *afferre – anführen:* LEO MARS. chron. 1,15 p. 591,42 ubi *(sc. in expositione super regulam)* multa de veteri . . . consuetudine necessaria -atur. **2** *spec.:* **a** *theol. i. q. praenuntiare – Zeugnis ablegen (für):* AMADEUS LAUS. hom. 1,19 (ed. J. Deshusses. 1960) Moyses et prophetae -ti sunt illi *(Mariae).* **b** *iur. et canon.:* **α** *(assentiendo) confirmare – (zustimmend) bestätigen, Bestätigung erteilen:* BREV. NOTIT. p. A 19 per . . . viros nobiles -antes . . . conquisivit *silvam.* DIPL. Karoli M. 251 p. 357,18 (spur. s. XI.ex.) principibus . . . ad-antibus. CHART. Hall. I 133 huic rei -atur . . . conventus. CHART. Rhen. med. III 603 universis rusticis loci approbantibus et -antibus. **β** *corroborare – bekräftigen:* DIPL. Heinr. II. 79 cartam . . . propria manu -antes linea subtus firmavimus. TRAD. Ratisb. 885 factionem literis et sigilli . . . inpressione atestari. **γ** *contradicendo asserere – Gegenbehauptung aufstellen:* CHART. Babenb. 288 (a. 1231) vidua . . . -ante suas esse *possessiones.*

II *singularia:* **A** *antestari – zum Zeugen anrufen:* EPIST. Worm. I 42 p. 78,18 scitis et vos et senior meus, si licet -ari (*cf. Hor. sat. 1,9,76* antestari). **B** *obtestari – inständig bitten:* TRAD. Frising. 186 p. 178,40 (a. 802) per sacramentum fidelitatis . . . ad-ti sunt eos, ut *eqs.* **C** *exorcizare – beschwören:* CARM. Bur. B 54,3,1 vos *(sc. daemonia)* -or, vos contestor per mandatum Domini (*cf.* 54,4,1). **D** *detestari – verabscheuen:* LIBER diurn. 85 p. 108,5 -amur (detest- *var. l.*) . . . at⟨que con⟩demnamus, quicumque . . . duas naturas . . . Christi . . . adseverant.

adi. **attestatus,** -a, -um. **1** *testimonio confirmatus – bezeugt:* ANSCAR. mirac. Willeh. 2 (1) veritas miraculorum multiplicius -a. PAUL. FULD. Erh. 2,3 (2) p. 17,20 concurrit multitudo fidelium ad ad-um divinitus sepulchrum. **2** *recognitus – beglaubigt:* CHART. Ticin. 104 (ed. L. Brentani, Cod. dipl. Tic. II p. 46,5; a. 1215) in carta una -a (CHART. Sangall. B 438 per cartam unam ate-am. *al.*). *Rudolph*

attexo, -ere. **1** *(scribendo vel nominando) adiungere – (schriftlich oder mündlich) hinzufügen:* LAMB. TUIT. Herib. 2 prol. inde -entur . . . acta per eum mirabilia. PETR. DAM. disc. p. 79,15 multos -rem, nisi fastidium generarem. CONR. BRUNW. Wolfh. 10 epistolam. *pendet* qualiter: REIN. LEOD. triumph. 5 p. 592,24. **2** *praetexere – unterstellen:* RUP. TUIT. volunt. 13 (PL 170,446A) Deum . . . excusatum sibi habere videntur, huiusmodi -endo causam, quod *eqs. Pape*

atthalabus *v.* attelebus. **atti** *v.* atque.

atticus (ati-), -a, -um. (*confunduntur* Atticus *et* attacus) *ad fucum pertinens – Hummel-:* GLOSS. II 594,11 St.-S. -um humbeline (mel . . . Atticum *Prud. cath. 5,94*). III 517,4 -um mel humbeles honeg. *ibid. al. cf.* DYASC. p. 120A illud *(mel),* quod sub terra invenitur et aticum dicitur. *subst. masc. i. q. fucus – Hummel:* GLOSS. II 38,32 St.-S. attis *(sic)* dicitur humpal. III 445,5 aticus humbel. IV 181,64 -us est genus apum i. humel. *ibid. al. v. et* attacus. *Sroder*

***attidero,** -are. (attitulare, *cf. francog.* attitrer) *subdere – unterstellen:* CHART. Rhen. med. II 218 p. 258,20 (a. 1204) quę *(parochiae)* . . . loco de Seyne -antur.

attiguus, -a, -um. *propinquus, finitimus, vicinus – nahe, angrenzend, benachbart:* **1** *de locis:* AGIUS epic. Hath. 254 arva. 621 huic *(viro arbori adhaerenti)* erat -us ramus. TRAD. Brixin. 53 recepit . . . pro his duobus agellis in alio loco sibi -o equalem mensuram (56). **2** *de tempore:* AGIUS epic. Hath. 616 fini erat -us.

***attinctio** (-to), -onis *f.* (attingere, *cf. ital.* attintura) *laesio ictu effecta – Schlagverletzung:* IORDAN. RUFF. equ. 6,38 p. 76,26 equus percutitur . . . a pede posteriori in crure anteriori . . ., unde patiens . . . claudicat . . ., quod -to vel -o appellatur. p. 77,24 cruris -o. *cf.* attactus *p. 1137,15. Pape*

attinctus *v.* attingo.

1. *attinentia (adt-, -cia), -ae *f. script.:* add-: GESTA Frising. cont. (MGScript. XXIV p. 324,23). ati-: CHART. Tirol. notar. II 168. at(t)e-: CHART. Babenb. 286. 335 p. 175, 12. *v. et l. 31.*

distrahere, revellere – los-, wegreißen: **I** *proprie:* **A** *deripere, abrumpere – (ab)reißen, abbrechen:* BEDA hist. eccl. 1,18 p. 36,15 capsulam . . . collo -sam . . . conprehendit. LIUTPR. antap. 5,11 Mons Avium, . . . in baratrum -sus aliis montibus isses. *v. et p. 1242,7.* *in imag.:* POETA Saxo 4,60 -sos . . . ruit montes radicibus *terror.* BRUNO QUERF. Adalb. A 15 margaritam *(sc. Adalbertum)* a suo corpore -ere (evellere *3. rec. B*) durum erat magnę Romę. **B** *extrahere – herausreißen:* LEX Baiuv. 12,1 capit. p. 238,7 (codd. Mg. Mt. Ad) de limitibus vel terminis -sis (*cf.* 12,1 evellere). **C** *eripere – entreißen (in imag.):* GODESC. SAXO epist. (RevBén. 68 p. 43,52) me . . . de . . . dentibus obtrectatorum -listis. **D** *detrahere, resolvere – abziehen, ablösen:* IONAS BOB. Columb. 1,17 p. 181,19 ut . . . e cervi cadaver corium -rint (evellerent *var. l.*). PASS. Thiem. II 13 p. 60,10 ut oblitam cutem desuper ossibus et carne . . . -at *unguentum.* **E** *abradere – abkratzen:* MIRAC. Cuneg. 76 pulverem busto *sanctae* -sum.

II *translate:* **A** *abolere, exstinguere – beseitigen, tilgen:* CARM. libr. II 13,5 si cupis . . . -i . . . tuo de pectore vulnus ab ipso *(Domino).* CARM. Bur. B 61,2[a],5 dolor -itur. 68,5,4 -i nescit *nubes curarum.* CHART. ord. Teut. 62 p. 51,1 humana facta ne temporis prolixitate a memoria hominum -antur. *tollere – aufheben:* ANNAL. Quedl. a. 1015 p. 83,53 non poterat sententia *Dei* -i. **B** *removere, separare – entfernen, absondern, (ab)trennen:* **1** *gener.:* **a** *act.:* SISEB. Desid. 17 nulla ratione patimur te nobis -i. AGIUS vita Hath. 3 si numquam inde *(sc. a coenobio)* -retur. BRUNO QUERF. fratr. 2 p. 718,19 ab eius latere amplius -i non potuit *Benedictus.* EPIST. Meginh. 23 p. 217,32 videri sibi se a se -i. *c. sensu liberandi:* HERM. IUD. conv. 5 (ed. G. Niemeyer. 1963. p. 84,11) a paterno errore -ere. *depellere – vertreiben:* ANNAL. Xant. a. 871 videns Guntharium *(episcopum)* de loco suo -sum. HIST. Welf. 19 cum . . . illum *(episcopum)* -ere non posset *dux.* **b** *medial. i. q. se subducere, recedere – sich zurückziehen, weggehen (cf. Vulg. Luc. 22,41):* HELM. chron. 19 p. 40,19 -sus . . . parumper a sociis *princeps* (32 p. 61,3). ARNOLD. LUB. chron. 4,3 p. 165,37 his dictis -sus est ab eis. *al.* **2** *spec.:* **a** *iur. i. q. dimittere – abschieben, heraussetzen:* CHART. Wirt. VII 2215 p. 142,6 (a. 1271) possunt ipsi fratres . . . homines nostros ab ipsis bonis -ere. **b** *canon. i. q. movere – entheben, suspendieren:* DIPL. Karoli III. 138 p. 221,37 ut . . . nunquam ab ullo pontifice . . . a statu monastici ordinis -rentur aut mutarentur *sanctimoniales.* **C** *auferre, abalienare, arripere – (weg-, fort-)nehmen, entziehen, an sich bringen:* **1** *gener.:* ERMENR. ad Grim. 29 p. 567,6 Hartmodus eius aures -it apta repingens proprietati. **2** *iur. (notione iniuste vel per vim auferendi fere praevalente):* CHART. Rhen. med. I 190 (a. 948/50) ut . . . donatio . . . a nullo -i queat. DIPL. Otton. III. 52 p. 455,9 ne ab invidis -i aliquid inde possit. DIPL. Loth. III. 62 si aliqua . . . fuerint alienata vel iniuste -sa. TRAD. Ransh. 35 mancipia a servitio . . . -ere. CHART. Rhen. inf. I 408 camerarius . . . eas *(filias)* . . . ab altari -ere . . . conatur. CHART. Heinr. Leon. 100 p. 151,33 bona ecclesie . . . -ere. *al.* **D** *avertere, abducere, prohibere – ablenken, abbringen, abhalten:* CONC. Karol. app. 1,8 quod oculos intrantis *ecclesiam* ab oratione potest -ere. WALTH. SPIR. Christoph. II 2,44 te nullarum dispendia tanta morarum . . . -ant. FROUM. epist. 89 nulla seductrix -at te de tramite veritatis. **E** *praecidendo finire – abbrechen:* EPIST. Alcuin. app. 2 p. 490,7 rogo, ut diligenter . . . relegatis, quod cita occupatio nec correcta perfectio -sit. *Schmidt*

1. avena, -ae *f. (?n.: l. 41. p. 1205,20.21) script.:* ha-: GLOSS. II 544,38 St. S. ve-: *p. 1205,2.* adv-: CHART. Stab. 82 p. 184,21. CHART. Tirol. 672 p. 131,6. *al.* avae-: *l. 59.* avi-: *l. 47. p. 1205,17.* *form. gen. sg.* -i: *p. 1205,20.21. adde* TRAD. Teg. 267 (a. 1149/55). *plur.: l. 51. p. 1205,37.*

I *de specie frumenti:* **A** *proprie:* **1** *de planta utili i. q. bromos esculentus – Speise-, Futterhafer (Avena sativa L.; cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. I. p. 531sqq.; plerumque de frumento demesso vel triturato; de frumento in culmis existente: l. 48.49.51.58. p. 1205,37):* **a** *gener.* (*cf.* GLOSS. III 16,27 St.-S. avina euina. 351,49 -a hâber): WANDALB. mens. 222 invitat -a . . . falcem. THIETM. chron. 1,3 *pagus* tritico et -a . . . refertus. EKKEH. IV. bened. II 22 robore sit plena, fuerit si panis -a. cas. 136 p. 433,6 cum nunquam ante se nisi -a pascerentur *monachi.* HAIMO (?) Wilh. 20 manipuli -arum. VITA Udalr. Cell. II 66 qui *(potus)* ex aquae hordei sive -ae permixtione confectus vulgo cervisia dicitur. BERTH. ZWIF. chron. 45 p. 284,25 aridissimo . . . ex -a confecto pane . . . victitabant. ALBERT. M. veget. 6,420 quid . . . sit -a, notum est . . ., quoniam est species bladi, de qua fit panis et conveniens cibus equorum (euch. 3,1,1,13 p. 238[a],37 -a . . . c. est altilium). 7,127 -a . . . siccum quaerit agrum. *al.* **b** *pharm.:* RECEPT. Bamb. 13 farina avaene in aceto cocta inponitur. HILDEG. phys. 1,162 qui steyn . . . habet . . ., -am in aqua coquat. GLOSS. Roger. II 362 superponatur semen -e, ad ultimum cinis straminis -e. *al.* **c** *publ. et iur.:* **α** *de tributis, decimis sim.:* COD. Lauresh. 3661 (c. 800) solvit . . . modium de -a *huba* (CHART. Rhen. med. I 135,46 p. 171,9 in forestaria -a modium I [*cf. Dt. Rechtswb. III. p. 641 s. v.* '*Forsthafer*']. II app. 10 p. 339,32 II modia dominicę -ę. app. 16 p. 434,21 s. . . . mansus . . . octo maldra -e . . ., sed -a infeodata est. p. 438,33 maldrum combuste -e canibus. *al.*). CHART. Carniol. II 57 -am, quae vulgo vocatur ius foreste et venatorum, . . . relaxavi. CHART. episc. Hild. II 390 p. 180,17 mansos . . . liberos . . . ab -a synodali ['*Sendhafer*', *cf. H. Knies, ZRGKan. 19. 1930. p. 107sqq.*]. CHART. episc. Halb.

[Rudolph]

623). CHART. Tirol. 1248[a] p. 369,36 ad LX equos ... II modios vene. CHART. Altenberg. 261 p. 184,14 quatuor maldra -e nomine iuris, quod dicitur suke. *saepe. describitur -a voce theod.:* REGISTR. Patav. I p. 44[a],3 XL mod(ios) -e, qui dicuntur holtzhaber *(cf. Dt. Rechtswb. V. p. 1480).* p. 167,7 V mod(ios) -e ..., quod dicitur wutfuter. CHART. Rhen. med. III 297 p. 239,4 exactionem in -a, que voderbede dicitur *(cf. Dt. Rechtswb. III. p. 1117).* CHART. march. Misn. III 451 landgrevenvuter. CHART. Babenb. 419 p. 269[a],8 marchfûter. REGISTR. Mog. p. 52,13 wisehavere. p. 54,19 madehavere. CHART. Gelr. 838 p. 822,23 tenentur forestarii colligere -am, que vocatur hontcorn *(cf. Dt. Rechtswb. VI. p. 73).* CHART. Wirt. VII 2147 p. 89,30 rehthabere. CHART. Anhalt. II 395 de frumentaria -a, quod ... dicitur vogetkorn. CHART. Francof. 316 p. 157,34 raithabern. *al.* β *de pensionibus, pretio sim.:* CHART. Sangall. A app. 1 p. 381,23 (a. 759/60) ut ... censum solvam, hoc est de annona spelda modias X et de avina XX. CAPIT. Saxon. 11 pro solidum scapilos XXX de -a et sigule XV. CHART. Sangall. A 711 ut ... ipsum *(censum)* ... in -a ... persolvam. TRAD. Ratisb. 498 p. 283,22 VIII modios -i. VITA Meinw. 75 episcopus dedit ... XX maldros -i. COSMAS chron. 2,26 p. 119,26 ut unusquisque frater annuatim XXX modios tritici et totidem -e ... haberet. CHART. Lux. III 453 p. 490,10 ecclesia ... duos modios ... -e perpetualiter possidet. CHART. Babenb. 466 p. 335,23 CML virlingos -e pro LXVIII marcis. *saepe. de stipe:* TRAD. Patav. 552 (a. 1130/50) in memoriam traditionis dabit unoquoque anno X metretas -e. γ *de angariis, servitiis sim.:* SALOM. II. epist. 34 subministres ... de -a trita et ventilata ad pastum cavallorum maldra III. CHART. Rhen. med. I 135,45 p. 167,15 ducit unusquisque carra modios XII, si -a, modios XX. *al.* δ *de poenis, recompensationibus:* CHART. Carniol. II 399 p. 308,9 (a. 1269) venator in duabus metretis -e, quod ... phruntmez dicitur, punietur. CHART. Lux. IV 258 p. 355,23 milites ad restitutionem ... maldrorum ... sexaginta -e ... condempnamus. ε *de furto:* PAX Valenc. p. 607[a],19 si quis ... falcaverit alterius blada, -as aut consimilia bona. ζ *de mercatu:* CAPIT. reg. Franc. 28,4 de modio de -a denario uno *eqs.* TRAD. Patav. 495 *testis* Eigil, qui -am venalem habet. **2** *de planta inutili:* **a** *lolium – Wind-, Schwindelhafer, Dort (Avena fatua L. vel sim.; cf. Marzell, op. cit. I. p. 526sq.):* GLOSS. III 294,8 St.-S. -a habo vel wilthabo. IV 38,16 -a ... habero turt. *al. alleg.:* HRABAN. univ. 19,8 p. 529[D] -a, ... zizania ... mystice significant peccatores et vitia. **b** *aegilops – Walch (Aegilops ovata L.; cf. Marzell, op. cit. I. p. 124):* DYASC. p. 34[a] -a sive ut Greci egilops herba est, que crescit in segetibus. **B** *translate:* **1** *stipula, arundo, calamus – Halm, Rohr, Stengel:* **a** *per compar.:* MAPPAE CLAVIC. 70 deline aurum, quod produxeris in -e modum. **b** *meton. i. q. fistula – (Rohr-)Flöte (cf.* GLOSS. II 675,6 St.-S. -a habirhalme *[spectat ad Verg. ecl. 1,2]):* IONAS BOB. Columb. praef. p. 146,16 mollis sepe -ae modolamine auditum accommodare. MIRAC. Liutw. 16 (MGScript. XV p. 1266,15) camenam misit gracilis -e munus ob suavitatem musice artis in illo iam probate. **c** *in proverbio i. q. stramentum – Stroh:* EGBERT. fec. rat. 1,56 debita longa trahens pro frumine solvat -am *(cf. S. Singer, Sprichwörter des Mittelalters. I. 1944. p. 130).* **2** *ulcus (fistulae simile) – (fistelartiges) Geschwür:* GLOSS. Roger. I A 2,17 p. 634,3 sunt autem -e ulcera saniosa, sub quibus latet sanies. **3** *materia – Stoff:* COD. Udalr. 282,51 igne tuo iuvena, *Maria;* sit larga timoris -a (gloss.: id est materia).

II *per errorem, ut vid., i. q. bryonia – Zaunrübe (Bryonia alba L.; cf. André, Lex bot. p. 47):* DYNAMID. Hippocr. 2,57 bryonia id est vitis alba sive -a, hoc est nossa, alba efficax.

2. avena *v.* habena.

avenaceus (-cius, -tius), -a, -um. *ex avena confectus – aus Hafer, Hafer-:* **1** *spectat ad granum:* REGISTR. abb. Werd. app. A 8 p. 368,35 (a. 1266) brasii semi -ii semique ordeacii (CHART. Lub. I 310 p. 295,5. *al.*). **2** *spectat ad farinam, far:* CAPIT. reg. Franc. 28,4 panes ... pro denario dare ... -tios viginti quinque (CHRON. Mont. Ser. a. 1218 p. 191,6 -o pane uti. *al. v. et l. 6).* ALBERT. M. animal. 22,34 detur ... eis *(canibus)* pasta -tia.

avenarius, -a, -um. *script.* -ner-: *l. 11.14.*

1 *adi.:* **a** *ex avena confectus vel compositus – aus Hafer, Hafer-:* ANSELM. LEOD. gest. 52 p. 220,47 pane -o (-tio *var. l.*). HAIMO (?) Wilh. 20 illos *(siligineos manipulos)* vende et eme -os. **b** *ad avenam spectans – Hafer-:* ISINGR. annal. I a. 1155 p. 314,1 -a messis. **2** *subst. fem.:* *exactio avenae – Hafersteuer, -abgabe:* CHART. Laus. 150 (a. 1223) aquisivit ... quandam -eriam, que vocatur li songni *(i. 'sognie' ed.).* CHART. Helv. arb. 135 p. 209,12 collectores -ae. p. 212,16. CHART. Bern. III 34 p. 29,6 iure ... fudragii seu -e. 73 ius servicii ..., quod in ... -eria, caponia ... habebat.

***avenaticus**, -a, -um. *avenaceus – aus Hafer, Hafer-:* **1** *spectat ad granum:* CHART. Osn. I 379 p. 299,44 (a. 1185/1205) VII malt -i bratii moliti (CHART. scrin. Col. B 2198. CHART. Meckl. 1514 p. 618,3). **2** *spectat ad farinam:* TRAD. Westph. IV p. 149,26 (s. XIII.) tortas -as. p. 63,6 panes albos vel -os. REGISTR. Baiuv. A p. 296,15 preconi tot rapacia -a.

avenatius *v.* avenaceus.

***avenatum**, -i *n.* *puls avenaceum – Hafermehlbrei:* WALTH. AGIL. med. 18 p. 119,23 notandum, quod ... in aurora detur -um. 70 p. 180,11 in vesperis comedat de -o. *?adi.:* WALTH. AGIL. med. 18 p. 119,17 dieta sit ius ciceris -e *(cf. notam ed.).*

***avencia** *v.* *avancia. **avenerius** *v.* avenarius.

***aveninus**, -a, -um. *avenaceus – aus Hafer, Hafer-:* GLOSS. III 698,36 St.-S. -us panis haberinbrôd.

avenio *v.* advenio.

Aventinus, -i *m.* *mons gaudii – Berg der Freude:* GLOSS. II 609,66 St.-S. -um mendelberc *(spectat ad Sall. Iug. 31,17; de re cf. J. Grimm, Deutsche Mythologie. [4]1875. p. 141[1]).*

***aventura**, -ae *f.* (*francog. vet.* aventure *ab* advenire) *bonus eventus – gute Begebenheit:* WILBR. OLD. peregr. 1, 25,2 quidam mons satis amenus, quem montem de -is appellant. *Rudolph*

1. aveo, -ere. *script.* hab-: *l. 40sq.*

cupere, concupiscere, sperare – wünschen, begehren, hoffen: EPITAPH. var. II 121,6 quo caput orbis habet, pervolitabat. 126,14 christicola ... habens, ne Stigias spiritus intrat aquas. THIETM. chron. 6,13 nullum ledentes sibi -ent similia a Domino recompensari. PASS. Thiem. II 11 p. 58,34 evomere totum *venenum* in peregrinos -entes *pagani.* LAMB. LEOD. Matth. I 299 quod -bat, adepta est *abbatissa. al.*

2. aveo *v.* ave. **3. aveo** *v.* 1. aveho. **4. aveo** *v.* habeo.

***avere** *vel* **habere** *subst. n. vel rarius* ***aver(i)um**, -i *n.* (*ital.* avere, *francog. vet.* aver *ab* habere) *script.:* her(e): *l. 60.63.68.* ere: *l. 69. form.:* *plerumque indecl.; gen. sg.* -is: *l. 63. p. 1207,15. abl. sg.* -ro: *p. 1207,2. acc. pl.* -ia: *p. 1207,11.*

proprium, facultates – Eigentum, Vermögen: **1** *strictius:* **a** *bona omnia (sc. immobilia et mobilia) – (Gesamt-)Besitz:* CHART. Ital. Ficker 29 p. 40,20 (a. 976) de omni habere magno et parvo, que mihi in ipsa carta morganationis continuit *(cf.* p. 39,38 de cunctis aliis habere, que *eqs.).* 124 p. 166,29 defendam ... eorum *(Senensium)* avere ubicumque posito. ACTA imp. Böhmer 910 p. 620,40 tenere treguam Cremonensibus ... in personis et avere (CHART. Tirol. notar. I 9 pronunciavit ipsum extra bannum in here et persona. 11. *al.* [*v. ind.*]. CONST. II 394,10 rex ... eos diffidabit in p. et avere. *al.*). CHART. Ital. Ficker 474 p. 480,13 episcopus ... potest eum ... ponere in bannum heris *eqs. ibid. al. (v. ind.).* *remissius i. q. fortunae omnes – Hab und Gut:* CHRON. Ven. Alt. p. 69,18 dampnum magnissimum de habere et de adolescentibus. **b** *res immobiles, praedium (proprium) – Grundbesitz, (Eigen-)Gut:* CHART. Tirol. notar. I 722 (a. 1237) deinde faciat, quicquid voluerit, sicut de suo proprio here, vendere, donare *eqs.* (*sim.* 725 ere). **c** *res mobiles, sarcina – Habe, Gepäck:* DIPL. Heinr. V. (QuellForschItArch. 17 p. 47,17) si quis ... ab ecclesia hospitatus fuerit, a nullo de persona vel habere ... perturbetur. CHART. Ital. Ficker 151 p.

[Schmidt]

192,19 si ... aliquid ei fuerit ablatum de suo avere ... in eundo. COD. Wang. Trident. 99 p. 237,17 ille ... sit securus in avero et personis in eo castro *eqs. al. remissius i. q. possessiunculae – Habseligkeiten:* EKKEH. IV. cas. 117 p. 386,8 omne habere omnium illorum *(monachorum)* ... scrutati.

2 *latius:* **a** *merces – Ware(n), Fracht:* ANNAL. Ven. a. 1171 (MGScript. XIV p. 72,3) imperator ... fecit comprehendere omnes Venetici ... cum toto eorum habere et navibus. a. 1195 (ibid. p. 72,29) naves Pisanorum cum omni illorum habere. CHART. Hans. III 600,2 p. 382,18 si pannos ... vendat ... vel alia averia. **b** *apparatus (belli) – (Kriegs-)Material, Gerät:* CONST. II 394,19 (a. 1256) quod ... rex possit cum suis vassallis ... et avere facere guerram *eqs.* ANNAL. Plac. a. 1269 p. 537,44 in qua obscidicione passi sunt Placentini ... multa dampna averis et personarum *eqs.* **c** *pecunia, sumptus – Geld, Kosten:* ACTA imp. Böhmer 891 (a. 1185) quod solvent totum illud avere. CHART. Tirol. notar. I 75[a] quos possunt mittere et trahere *(sc. in rixas)* sine suo avere dando *(de re v. ed. p. CXXV).* ANNAL. Mant. a. 1265 (MGScript. XIX p. 24,19) qui *(milites)* assoldati erant ... de avere ipsius regis (ANNAL. Plac. a. 1266 p. 520,23 de avere comunis). a. 1269 (ibid. p. 25,42) corumperunt quam plures magnates ... pro avere marchionis Mantue. ANNAL. Plac. a. 1272 p. 556,2 alios per avere traddidit.

***avergaria** (haf-, aw-), -ae *f. (orig. gall., cf.* *vercaria *sim.; v. et J. Hubschmid, Praeromanica. 1949. p. 76)*

1 *species agri quaedam, viridarium – ein Landstück, Garten:* CHART. Epternac. 28 p. 69,27 (a. 718) hoc est, quod tibi dono ..., hoc est casis ..., servientes haf-as, hochofinnas. **2** *exactio quaedam – eine Leistung oder Abgabe (fort. cohaeret c.* *albergaria): CHART. Lux. III 161 p. 162,28 (a. 1253) nec aliqua ulterius sive in talliis sive aw-is ... sibi poterunt vendicare *possessores pensionis.*

***averium** *v.* *avere. **Averna,** -orum *v.* Avernus.

Avernalis, -e. *infernus – höllisch:* DIPL. Arnulfi 24 pedibus Satane -i pena cruciandus succumbat. FUND. Sletst. (MGScript. XV p. 999,32) cruciatus -es evaserunt.

***Averniger,** -a, -um. *in infernum ducens – in die Unterwelt bringend:* ALBERT. STAD. Troil. 3,706 Hector -a ... tulit arma (schol.: -a arma, quia eum duxerunt in Avernum, quod derivatur ab 'a', quod 'sine', et 'ver', 'delectatio', quasi 'sine delectatione').

Avernus, -i *m. (n.* -um: *l. 46.63. p. 1208,2) de orig.: l. 40.62.*

I *subst. i. q. infernum, tartarus – Unterwelt, Hölle (cf.* GLOSS. II 652,5 St.-S. -a hella. 709,24 -a unuunni): **A** *strictius:* **1** *spectat ad regionem (igneam) sub terra sitam:* TRANSL. Corn. 1,24,1 (MGPoet. IV p. 239; a. 886/87) velud si pars -i ructuaret sulphura. *de abysso, voragine:* PASS. Quir. Teg. 12,28 valles imitantur -um. **2** *spectat ad locum mortuorum:* MILO carm. 1,6,3,34 Amandus ... clausum ... carcere -i eripuit (1,6,3,94. *ibid. al.*). HEIRIC. Germ. I 6,202 orant, ... defunctum ... precibus revocaret -o. ABBO SANGERM. bell. 1,142 animas direxit -o (gloss.: inferno). *iron. de regione desolata:* EPIST. Meginh. 22 p. 217,9 ut de illo execrabili -o Carinthie te eximas *eqs.* **B** *latius sensu christiano augescente:* **1** *spectat ad locum poenae:* VITA Sigir. 23 (MGMer. IV p. 620,1) ne ... -i flammas edaces ... incurrant. VITA Vulfr. 10 (MGMer. V p. 669,4) -i descendit ad umbras *dux paganus.* WALAHFR. Wett. 323 est consors poenalis -i *mulier.* GESTA Bereng. 1,4 quos Lachesis nigro ... damnavit -o (gloss.: -us lacus est Campanię ...; ponitur autem pro inferno; declinatur autem -us, -a *eqs.*). EKKEH. IV. bened. I 30,41 synagogam tradere -o. NIVARD. Ysengr. 1,343 illabere -o, ... Satan! 7,467 proh pudor in cęlo! ... cachinnus -o! *al. in imag. (de sanctimoniali):* RADBERT. carm. 1,100 (MGPoet. III p. 49) quae fueras regio sterelis, descensus -i. *meton. i. q. turba ministrorum infernorum – Höllengeister:* CARM. de Iuda 3,60 (ed. P. Lehmann, Erforsch. d. Mittelalt. II. p. 280) cui *(Satanae)* tunc eternus colletabatur -us. **2** *spectat ad regnum mali:* SIGEB. Desid. 17 si tartareae nos portae obsiderent -i ([*cf. Vulg. Matth. 16,18*]. CARM. biblioth. 4,5,1). AUDRAD. carm. 2,1,37 non te *(Petrum)* superabit -um. TIT. Rom. 5,5,4 (MGPoet. IV p. 1015) superato principe -i. BRUNO QUERF. Adalb. A 25 tollere a manu diaboli et faucibus immanis (daemonis *1*) -i. **3** *in fabula (in cognomine lupi):* NIVARD. Ysengr. 4,756 Olnam cognomen Maior -us habens.

II *adi.: infernus, terribilis – höllisch, schrecklich:* CARM. de Cass. 115 blasfemus *(sc. Iulianus)* tenebras ... properavit -as. VITA Mariae rhythm. 2173 venerunt ad cavernam plurimorum draconum tetram et -am.

aversarius *v.* adversarius.

aversatio (adv-), -onis *f. fastidium, fuga – Widerwille, Abneigung:* AURELIUS 22 p. 726,2 cibo ac potu -o (ad- *cod.*) aliquando vehementior est.

***aversativus,** -a, -um. *aspernans, inimicus – abweisend, feindselig:* EKKEH. IV. cas. 91 p. 334,5 cum hominem ad omnia -um ... frustra convinceret *Ekkehardus.*

***aversator,** -oris *m. osor, inimicus – Hasser, Feind:* BERTH. (?) annal. praef. p. 267,30 totius pravitatis et malitiae ... -r et inpugnator. *cf.* adversator.

1. aversatrix, -icis *f. quae deficit, infidelis – eine Abtrünnige, Treulose:* HRABAN. hom. II 53 p. 247[D] ad-x ([*cf. Vulg. Ier. 3,6sqq.* -x]. *v. et* GLOSS. I 626,62 St.-S. -x uvidaruvarta *eqs.* 636,8 St.-S. -x missachertiu) Israel et praevaricatrix Iuda.

2. aversatrix *v.* 1. adversatrix.

aversio, -onis *f. script.* adv-: *l. 31.*

I *proprie:* **A** *de actione se avertendi:* **1** *theol. i. q. defectio – Abwendung, Abkehr:* RATHER. conf. 36 p. 432[A] quot ... vicibus ... conversionis et -is *(sc. a Domino)* obtenebratus splendueris. epist. 26 p. 155,6 -o (ad- *Ln*) legis. ALBERT. M. sacram. 111 p. 76,90sq. cum in peccato duo sint, scilicet -o *(sc. a Deo)* et conversio, paenitentia respicit peccatum secundum -em. bon. 279 p. 159,71 bonum incommutabile per -em fuit perditum. *al. c. sensu odii:* CONR. HIRS. dial. 364 si legentem -e vitiorum et appetitu ... virtutum constiterit proficere. **2** *medic. i. q. nausea – Übelkeit:* AESCULAPIUS 31 p. 47,13 sequitur -o stomachi, hoc est vomitus. **3** *usu communi i. q. actio aversandi, obscuratio – das Sich-Abwenden, Verfinsterung:* ANNAL. Quedl. p. 25,16 scelus -e ... diurni luminis indicatum. **B** *de actione avertendi i. q. deflexio cursus (aquarum) – Laufveränderung (des Wassers):* CHART. Austr. sup. II 406 p. 600,4 (a. 1218/28) molendinarius ... tali cautione reparare studeat *meatum aquae,* ne aliqua inde -o oriatur.

II *translate:* **A** *de actione se avertendi (cf.* GLOSS. I 529,9 St.-S. -o apohheit. 585,67 ab -e fona uuidaruuerti): **1** *gener.:* **a** *animus contumax – abweisende Haltung:* EKKEH. IV. cas. 43 p. 152,13 cui *(monacho)* propter -em cum nec decanus ipse nec domnus Notkerus ... imperare potuissent. **b** *actio sententiam mutandi – Distanzierung:* EPIST. Hann. 7 p. 25,26 cuius *(episcopi)* -e tristabar. **2** *spec.:* **a** *publ. i. q. odium – Ungnade:* CHART. Heinr. Leon. 137 (spur. s. XII.[ex.]) ut ... principum gratiam placabilem inveniam, quos ... importunos mihi sensi vestrę -is exemplo. 139. **b** *rhet. i. q. conversio ad alios auditores – (Weg-)Wendung an ein anderes Publikum: v. p. 767,56.* **B** *de actione avertendi i. q. iactura – Schaden:* GISLEB. Amand. 3 (MGScript. XV p. 850,11; c. 1066) multae -es ab oppidano seu iudice ... familiae inferebantur sancti Amandi.

***aversivus,** -a, -um. *aversione definitus – durch Abwendung gekennzeichnet:* ALBERT. M. sacram. 123 p. 85,27 secundum quod est -um a Deo *peccatum.*

1. aversor, -atus sum, -ari. *script.* adv-: *l. 70.72sqq.*

1 *aspernari, abominari – verschmähen, verabscheuen:* EINH. Karol. 28 quod *(imperatoris nomen)* primo in tantum -tus est, ut *eqs.* WALAHFR. Wett. 216 hunc *(Christum)* inimicitia -aris (gloss. RO: abhominaris). FROUM. carm. 32,23 quos genui, nunc -or. CHRON. Merseb. 12 p. 186,7 divina clementia nondum nos ad-ta (av- *4*) dedit nobis Albuinum pastorem. **2** *denegare – ablehnen:* ANSELM. LEOD. gest. 15 p. 197,30 preces ne ad-eris (ad-aris *1*), obsecro. EPIST. Meginh. 23 p. 218,

[Schmidt]

16 inceptum . . . ad-ari. VITA Serv. 12 p. 45,6 orare cepit . . . frustra Domino -ante (ad- *ABCRT*) omnia.

2. aversor, -oris *m.* *negator – Verleugner:* ALCUIN. epist. 166 p. 271,35 dico te *(sc. episcopum haereticum)* . . . confessorem Christi, non -em fidei.

aversus *v.* adversus *et* 1. averto *p. 1210,19sqq.*

averta *(f.)* (ἀορτή, ἀβερτή) *pera, mantica – Felleisen, Mantelsack:* GLOSS. III 350,28 St.-S. -a malha.

1. averto, -verti, -versum, -ere. *script.* adv-: *p. 1210,21.*

I *proprie i. q. (aliorsum) vertere, deflectere – (ab-, fort-, weg)wenden, (ab)kehren, ablenken:* A *strictius usu corpor.:* **1** *gener.:* **a** *act.:* FRID. II. IMP. art. ven. 2 p. 203,23 -at falconarius faciem suam a falcone. *c. sensu indignationis:* ARBEO Emm. 40 faciem suam -it ([conv- *var. l.*]. *cf. Vulg. III reg. 21,4*) ad parietem *mulier.* BERTH. (?) annal. a. 1077 p. 297,27 manu vultuque -so indecoris adulationibus restitit. *v. et supra p. 255,8.* *c. sensu evitandi:* FRID. II. IMP. art. ven. 3 p. 30,2 quandoque precedens *(falco)* -et illum, qui sequitur. **b** *medial.:* WALAHFR. Wett. 606 inde . . . -si sancto ducente catervas virgineas adeunt. THIETM. chron. 6,71 -sus corpore et vultu contraxit faciem *moriens.* **2** *iur. i. q. (aquam) in novum alveum dirigere – (Wasser) ableiten:* CHART. Naumb. 104 (a. 1103) flumen. CHART. Lamb. Leod. add. 5 p. 242,22 fontis cursum ab assueto alveolo . . . violenter -erat. *absol.:* CHART. episc. Hild. III 464 (a. 1277) prepositus et conventus . . . a molendino . . . -erunt. **B** *latius usu incorpor.:* **1** *act.:* THIETM. chron. 8,16 peccando faciem divinam a nobis -imus. *c. sensu odii:* EIGIL Sturm. 17 fratres animos suos ab illo propter prioris *(sc. abbatis)* amorem -bant. *refl.:* THEGAN. Ludow. 53 *(in imag.)* ut -ret se a via sua prava *(cf. Vulg. Ezech. 3,18).* **2** *medial.:* WETT. Gall. 22 p. 268,23 voto se obligaverat, ne -retur a sanctitate. CAND. FULD. Eigil. I 5 p. 224,31 si -sus fuerit a nobis *abbas.* HELM. chron. prol. p. 2,1 -si in lubricas huius vitae vanitates. *c. sensu irae, despicientiae:* BEDA hist. eccl. 3,25 p. 189,3 ne . . . non sit, qui reserat, -so illo, qui claves *caeli* tenere probatur. THIETM. chron. 7,12 a vobis est mens Bolizlavi ob longam filii . . . custodiam -sa. *pendet acc. i. q. contemnere – verachten:* EGBERT. fec. rat. 2,79 hunc *(diabolum)* . . . quam surda -itur aure *(cf. Boeth. cons. 1,1 carm. 15).*

II *translate:* A *obi. anim. (plerumque homines; bestiae: l. 65sq.):* **1** *ad defectionem impellere, fide dimovere – abspenstig machen, zum Abfall bringen, zur Untreue verleiten:* **a** *iur. et publ.:* CAPIT. reg. Franc. 194,4 ut nullus . . . alterius hominem . . . ab altero domino suo per uiusmodi sacramentum -at. THIETM. (?) chron. 5,18 quoscumque potuit, regi -ere contendit *Bolizlaus.* BERTH. (?) annal. a. 1067 p. 273,21 clerum . . . ab eo *(episcopo)* -erunt *monachi. v. et supra p. 253,67.* **b** *theol.:* BEDA hist. eccl. 5,10 p. 300,13 quia . . . -rent illum *(satrapam)* a diis suis. CAPIT. reg. Franc. 252,50 a . . . catholica fide. HERM. IUD. conv. 2 (ed. G. Niemeyer. 1963. p. 73,10) ne . . . ab emulatione paterne *(sc. Iudaicae)* traditionis -rer. *al. medial. i. q. deficere – abfallen:* CHART. Livon. A I 52 p. 56,11 (epist. papae a. 1220) ut . . . conversi compellantur -i. **2** *deducere, avocare – abbringen, abziehen:* RIMB. Anscar. 34 p. 65,22 nec aliqua . . . adversitate a coepto opere -i poterat. RUOTG. Brun. 4 p. 5,26 nec . . . fastidium ab hoc nobili otio animum eius umquam -it. WIPO gest. 5 p. 26,16 quidam de principibus suis -bant eum *(regem).* *c. sensu deterrendi:* THIETM. chron. 5,12 cum depopulatione illius terrae ab inceptis Herimannum resistentem conatur -ere *rex. al.* **3** *amovere – entfernen:* ANNAL. Mell. Claustr. I a. 1114 p. 611,9 canonicos saeculares . . . decentissime -it *marchio.* **4** *cohibere – fernhalten:* ALDH. virg. I 29 p. 266,17 o superi, talem terris -ite gypsam! *remissius:* ECBASIS capt. 627 cara pisces -ere mensa *(cf. Hor. sat. 2,4,37).* **5** *impedire – hindern:* CHART. ord. Teut. (Thur.) 151 (a. 1260) quod dicti fratres . . . non . . . -ant quemquam . . ., qui apud monasterium . . . elegerit sepulturam. *c. sensu dehortandi:* WETT. Gall. 3 -endo eum *(regem)* a legitimo coniugio. **B** *obi. res:* **1** *demere, abalienare – wegnehmen, entziehen:* DIPL. Heinr. II. 56 si . . . successor . . . villas in suos usus . . . temptaverit -ere. TRAD. Ratisb. 311 si episcopus . . . id *(praedium)* a fratrum servicio -ere temptaverit. **2** *denegare – ablehnen:* CAES. HEIST. mirac. II 1,1 p. 18,21 quod *(sc. rogationem)* cum -rent *clerici.* **3** *prohibere, arcere – verhindern, abhalten, verhüten:* EPIST. Teg. I 102 quod vos . . . non visitavi, id -sum fuisse senioris mei presentia scitote. *de malo:* SERMO de sacril. 16 grandinem . . . per cornus incantatos -ere. EPIST. Meginh. 25 p. 223,28 quod Deus -at. OTTO FRISING. gest. 2,11 p. 113,22 ut . . . eius *(Dei)* . . . offensam a populo suo -endam intenderet. **4** *tollere – aufheben, beseitigen:* **a** *gener.:* WILLIB. Bonif. 8 p. 43,26 ut . . . -sa animarum circumventione cognitio christianitatis innotesceret. *deperdere – verlieren:* THIETM. chron. 6,39 ne . . . sanctorum . . . intercessionem -am. **b** *iur.:* **α** *abolere – abschaffen:* DIPL. Heinr. IV. 405 ne . . . quilibet . . . nundinas . . . -ere audeat. **β** *circumvenire – umgehen:* DIPL. Heinr. II. 501[a] p. 641,8 si . . . advocatus . . . aliqua calliditate hec decreta -ere voluerit.

adi. **aversus,** -a, -um. **1** *ulterior – jenseitig:* HROTSV. gest. 289 -o . . . in litore Reni. **2** *infidelis – untreu:* WIDUK. gest. 3,19 consobrinus . . . regis . . . regi fit -us (ad- *C1*). **3** *iniquus, sinister – ungünstig, widrig:* VITA Norb. I 12 p. 683,28 etsi diversae, numquit -ae *sunt viae Domini?*

subst. **aversus,** -i *m.* **1** *gener.:* **a** *qui aversatus est – ein Abgewandter:* WALTHARIUS 1074 talibus -um satagit revocare loquelis. **b** *inimicus – Feind:* SIGEB. Desid. 4 *(de diabolo)* -us conversis et conversus -is . . . ingemuit. **2** *eccl. i. qui defecit – ein Abgefallener:* ALBERT. M. sacram. 122 loquitur -is a Domino. *v. et l. 27.*

adv. **averse.** *modo inverso, perperam – rücklings, verkehrt:* SIGEB. GEMBL. chron. a. 1001 victus Crescens . . . iumento -e impositus circumducitur.

2. averto *v.* adverto. ***averum** *v.* *avere.

***avesperma** (aze-, -rina *sim.*) *subst.* (*orig. inc., nisi cohaeret cum* agnosperma) *vaccinium – Heidelbeere, Blaubeere (Vaccinium myrtillus L., cf. Fischer, Pflanzenkunde. p. 287):* GLOSS. III 524,23 St.-S. azesperma hesen ber *(ad* agnosperma *refert ed.).* 535,1 -a (-rina *a*) hasílbere. 547,40 -a (avesperiva *c*, avespertemia *b*) hasinbere. *Schmidt*

auferesis *v.* aphaeresis.

***auferibilis,** -e. *qui auferri potest, caducus – wegnehmbar, vergänglich:* ALBERT. M. summ. theol. I 6,26,1,3,3 p. 253[a],34 quod diminuibile est, corruptibile et -e est (p. 253[a],37 bonum creatum et d. et -e est in creatura). *subst. neutr.:* ALBERT. M. eth. 1,5,8 p. 68[a],33 quod *(bonum)* divinamus coniecturando quid difficulter -e.

aufero, abstuli, ablatum, -re. *script.:* *stirp. praes.:* aff-: PIRMIN. scar. 17 p. 50,18 *cod. A.* auff-: *l. 63. p. 1211, 49.1212,31.68. saepe.* eff- *(var. l.): p. 1211,17.* off- *(var. l.): l. 63. p. 1211,17. adde* LEX Baiuv. 2,9 *codd. J.sP.al. inf.* -fere: *p. 1212,68.* *stirp. perf.:* ast-: LEX Alam. 49,1 *cod. 5.* aubst-: CHART. Laus. 389. *ibid. al. v. et p. 1212,28.* aust-: CHART. Laus. 18.151. -tol-: CHRON. Fred. 2,30 p. 54,9. *v. et p. 1212,45.* -tull-: *p. 1211,57. adde* LEX Sal. Pipp. chron. p. 268,6. *al. partic.:* all-: REGISTR. Ringrav. 5,16.17. obl-: PETR. CAS. (?) chron. 4,106[capit.] *form.:* *ind. praes.:* -fer(r)is, -ferit, -feritis: *p. 1211,70. 1213,39.48.65. adde* PIRMIN. scar. 17 p. 50,9 *cod. E.* -feret: *p. 1211,44. adde* PIRMIN. scar. 17 p. 50,19 *codd. A. E.* -amus: FORM. Augiens. C 4 (-imus *cod. p. corr.*). *coni. imperf.* -feret: VITA Corb. 27 (-er(r)etur *codd. plerr.*). *inf.* -ferrere: DIPL. Heinr. II. 470 p. 599,38. *gerund.* -andi: FORM. Marculfi 2,1 p. 72,24 *cod. A 2* (offerendi *A 3*, aufferendi *B*). *partic. perf.* ab(s)tult(us): *p. 1211,9.11.22.1212,2.42.1213,52. adde* LEG. Wisig. 4,5,6 p. 203,16. *depon.: p. 1211,7.1212,36. adde* TRAD. Patav. 15. VITA Lamb. Traiect. 25 (MGMer. VI p. 380,5).

I *proprie i. q. demere, removere – wegnehmen, entfernen:* A *strictius de actione corporali:* **1** *asportare, deportare – fortragen, fortbringen, mitnehmen:* **a** *gener.:* **α** *obi. res:* BEDA hist. eccl. 3,9 p. 145,21 ut paulatim -ta exinde terra fossam . . . reddiderit. RIMB. Anscar. 10 parum quid, quod . . . prosilientes e navi secum -re et asportare poterant. EPIST.

[Pape]

Teg. I 110 p. 114,17 frumentum. FRID. II. IMP. art. ven. 2 p. 189,33 tiratorium. *al.* *in imag.:* WALTH. SPIR. Christoph. II epist. p. 10,16 hoc, quod exposuit, ... secum -lit *Baldericus moriens*, nisi *eqs.* *seponere – abnehmen:* MAPPAE CLAVIC. 59 conflas *aurum* levi igne, et cum commiscueris . . ., -es (*cf.* 3). β *obi. corpora sanctorum:* VITA Hugberti 20 (MGMer. VI p. 496,4) -tus est eum de tumulo. WILLIB. Bonif. 8 p. 53,27 redditum est corpus et . . . honorifice -tum (ARBEO Corb. 41 abstultum). *al.* γ *obi. homines i. q. secum ducere, educere – mit-, herausführen:* ALDH. virg. I 35 p. 278,2 -ens illum de ergastulo. COD. Karol. 99 p. 652,17 ab ovibus patris abstultus in regem unctus est *David.* *in imag.:* PIRMIN. scar. 9 Christus . . . illos iustus -lit, illos peccatoris reliquit *(sc. in inferno). al.* b *iur.:* LEX Sal. Merov. 112 in sinestra manu fistucam teneat et dextra manu -at. LEX Alam. 54,1 quidquid . . . secum adtulit *vidua*, omnia in potestate habeat secum -endi (eff-, off- *var. l.*). LEX Baiuv. 18,17 qui autem signum . . ., quod . . . uuiffun vocamus, -lerit vel iniuste reciderit. 2 *rapere, furari, praedari – rauben, stehlen, fortschleppen, erbeuten:* a *gener.:* α *obi. res:* WILLIB. Bonif. 8 p. 50,24 thecas . . . et reliquiarum capsas -lit. COD. Karol. 60 p. 587,23 quae . . . per nefandam gentem . . . abstulta atque -ta sunt. WETT. Gall. 41 examen apium furto -lit. ANNAL. Fuld. Ratisb. a. 891 p. 121,1 regia signa XVI -ta . . . sunt. ANNAL. Altah. a. 1062 p. 59,22 crucem et regiam lanceam ex capella -unt *duces.* BURCH. URSB. chron. p. 42,13 imperator . . . carociam . . . eis -lit. *al.* β *obi. homines i. q. abducere – entführen:* CAPIT. reg. Franc. 249,11 uxorem Patrichi publice -ens. THIETM. chron. 4,41 sponsam . . . vi -ens. *al.* b *iur.:* LEX Alam. 5,2 si . . . per virtutem hoc raptor de ecclesia -lerit. LEX Baiuv. 15,4 si vero, quae commendata fuerant, furtu probantur -ta (LEX Saxon. 34 qui bovem . . . nocte furto -lerit. *saepe*). LEX Frision. 9,14 si . . . liber libero vi aliquid -lerit. TRAD. Frising. 259 caballum. HEINR. LETT. chron. 16,6 deponentes querimoniam . . . de arboribus *(sc. apum)* suis -tis. CHART. Eichsf. 401 p. 239,41 de ipsis officiis aliquod furtum -lisse. *saepe.* *de ablatione pigneris:* LEG. Wisig. 2,2,7 p. 84,16 ea, que causa pigneris -lit. CHART. Tirol. notar. I 498 (a. 1236) capras, quas confitebatur . . . -lisse pro fideiussione. 3 *avellere – weg-, entreißen:* WETT. Gall. 16 *puella* tenenti eam gladium -lit. WALTHARIUS 1030 scutum. FRID. II. IMP. art. ven. 5 p. 152,10 -enda est ei *(falconi) avis*, quam citius poterit -ri. *al.* 4 a *exuere, detrahere, detergere – aus-, abziehen, abstreifen:* PIRMIN. scar. 17 p. 50,18 qui -et tibi vestimentum. WALTH. SPIR. Christoph. II praef. 33 induit exuvias, quas . . . -lit occisis . . . Parthis. WIPO gest. 30 p. 49,26 corium *equi* de cruribus sursum -lit (*cf.* GLOSS. III 273,13 St.-S. c. facio vel -o ich schindo). STATUT. ord. Teut. p. 112,31 bestiis aufferre frena. *al.* b *deponere – ablegen:* HROTSV. Abr. 7,2 -to capitis velamine. ALBERT. M. animal. 7,90 paulatim -rt *serpens* corium . . . capitis et demum -rt (*p.* 600^{b},31 ἀποδύεται) totum corium corporis. *in imag.:* ARBEO Corb. 22 p. 213,11 -to verecundiae velamen. 5 *abscidere, excidere – ab-, herausschneiden, ausstechen:* a *gener.:* VITA Emm. 18 linguam ex palato funditus -lerunt. WALTHARIUS 1382 manum. THIETM. chron. 4,67 oculos. *in imag.:* PIRMIN. scar. 9 *(c. sensu demordendi)* parte -lit (-tull- *A*). HRABAN. carm. 40,3,1 pars -ta fuit parsque remansit *eqs.* b *iur.:* α *spectat ad crimen:* CONST. II 425,6 (a. 1200) de membro -to erit ad pacem eodem modo ad valentiam facti (425,7.9). β *spectat ad poenam:* LEX Ribv. 62,3 si . . . testamentum falsatum fuerit . . ., cancellario polex dexter -atur. c *medic. i. q. resecare – operativ entfernen:* LEG. Wisig. 11,1,5 si quis medicus hipocisim de oculis -lerit. c *techn. i. q. abradere – abschaben:* THEOPH. sched. 1,44 quicquid album fuerit, -ens. 3,30 -r argillam. 3,40 -r a testa *atramentum.* 6 a *gener. i. q. abluere – fortschwemmen:* VITAE patr. Iur. 1,7 *terra* nudatis quibus insiderat saxis -rtur monachis. b *medic. i. q. minuere – abzapfen:* Ps. HIPPOCR. phleb. 64 qui . . . grandes habet venas . . ., securus -is sanguinem. c *techn. i. q. despumare – abschöpfen:* HILDEG. phys. 2,47 (cod. G) coquat et sprumam sepe -at i. feime. B *latius i. q. abrogare, adimere – entziehen, nehmen:* 1 *gener.:* a *obi. res:* CHRON. Fred. 2,62 p. 88,10 coronam (*i.* -a) abstulta. ALDH. virg. I 59 p. 320,11 negotia . . . -unt *scribendi materiam.* URSIN. Leod. 12 (MGMer. V p. 334,8) qui vitam aliis -re cupis (VITA Corb. I 24. *al.*). CONC. Karol. 50^{D},69 p. 669,36 ferunt . . . *magos* posse . . . fructus et lac -re aliisque dare. HRABAN. epist. 34 p. 468,25 regnum. NOTKER. BALB. notat. p. 78,24 Gregorium . . . nomen Chrisostomi Grecis -entem. POETA Saxo 5,319 vix illi . . . hiemps -re valebat usus castrenses. RUOTG. Brun. 32 si -tum ab illo fuerit, discit fortasse bonum amare, quo caret. *al.* *avertere – abwenden:* CAND. FULD. Eigil. II 25,30 hic acies geminas flectens divertit et -rt. b *obi. homines:* CAND. FULD. Eigil. I 24 eis . . . pater -rtur et vitricus . . . infertur. FROUM. carm. 13,20 tercia . . . dies . . . -lit *Ilisam* e sęclis reddidit et superis. POETA Saxo 5,272 cum natos sibi . . . mors -ret (HROTSV. Cal. 9,20. *al.*). THIETM. chron. 6,76 ab aspectu hominum is premia recepturus -rtur. *al.* 2 *publ. et iur.:* a *abalienare, subtrahere – entfremden, ab-, entziehen:* α *obi. res:* FORM. Wisig. 35 rem iuris mei debitam, quam ille . . . usurpatione de meo dominio -lit. TRAD. Patav. 73^{a} sine inquisitione. CONC. Karol. 46^{B},21 monasterium . . . a dominio constructoris. DIPL. Karoli III. 81 p. 132,42 de sub potestate . . . ecclesiae. DIPL. Arnulfi 113 quicquam de his rebus -re, abstrahere vel minorare. TRAD. Brixin. 42 vineam usibus . . . -re. DIPL. Heinr. III. 225 abbatiam . . . ab . . . imperatore Heinrico -tam et ab regni iure subductam . . . resumentes *eqs.* CONO LAUS. gest. 3 p. 795,36 miles . . . terram . . . aubstulit capitulo. *saepe.* *de possessione iuris:* CHART. Advoc. 147 (a. 1268) quod si Henricus . . . voluerit transmigrare, prefatum pratum et . . . talentum secum aufferendi nullam habeat potestatem. β *obi. homines:* LEX Ribv. 39,3 si quis ingenuam puellam . . . sine parentum voluntatem de mundepurdae -lerit (61,12 hominem regium . . . de mundeburde regis. 61,13). LIBER diurn. 81 p. 86,16 a tua eos *(servos)* . . . iura -re. TRAD. Frising. 58 ne . . . his quempiam . . . -ri temptare conetur. RIMB. Anscar. 36 p. 71,16 quosdam *pueros* . . . inde -lit et ad suum servitium misit. TRAD. Michaelb. 75^{b} sitque anathema . . . , qui eos hinc *(sc. a monasterio)* iniuste -lerit. *al.* *refl.:* LEG. Wisig. 5,7,20 si *liberti* . . . de eorum *(dominorum)* patrocinio se -re voluerint. b *separare – abtrennen:* CHRON. Fred. 4,76 quod *(ducatus)* ab Austrasius iniquiter abtultus (abstultus, ablatus *var. l.*) fuerat. TRAD. Frising. 130 quam *(medietatem)* inde -li, dedi filiae meae. c *abiudicare – aberkennen:* CAPIT. reg. Franc. 9,12 ut . . . de suis propriis rebus . . ., quod male abstolerit, . . . debeat restaurare *iudex.* DIPL. Karoli III. 170 episcopo . . . honores -limus. DIPL. Arnulfi 175 in publico mallo . . . populorum iudicio eis -ta . . . est *proprietas.* THANGM. Bernw. 22 p. 769,13 quam *(vestituram)* archiepiscopus non potuit -re. LAMB. HERSF. annal. a. 1073 ducatum. BRUNO MAGD. bell. 90$^{in.}$ regnum. *al.* d *sibi vindicare – sich aneignen:* LEX Baiuv. 7,5 res eius reddat, quae iniuste -lit. BREV. NOTIT. 18 p. A 20 Rihholf omnia sua dedit . . ., sed Davit . . . medietatem inde -lit. CAPIT. reg. Franc. 221,10 res ecclesiasticas. CHART. Laus. 389 *animalia. al.* *retinere – vorenthalten:* REGISTR. abb. Werd. 2,14 p. 37,23 (c. 900) -lerunt homines Hathuui III mod. sigili et mansionem. THIETM. chron. 2,2 eo quod . . . hereditas . . . sit ei . . . -ta. ORTL. chron. 1,5 p. 28,20 secundum leges . . . non potuit hoc *praedium* heredibus suis -re. *repetere – zurückfordern:* CHART. Sangall. A 406 (a. 849) heres eius potestatem habeat -endi ipsas res de . . . monasterio. e *exigere, extorquere – erheben, eintreiben:* CAPIT. reg. Franc. 192,15 hoc, quod iniuste superposuit atque -lit *minister comitis* . . ., restituat. DIPL. Ludow. Germ. 119 p. 169,30 teloneum per vim. DIPL. Otton. I. 406 antea quam comes . . . partem sibi . . . concessam -at . . ., decimas . . . persolvat. DIPL. Otton. II. 291 liceat . . . duos imperiales pro homine aufferre (-fere *A*, accipere *B*). ACTA imp. Winkelm. I 34 p. 28,30 datum vel collectam violenter -re. *al.* *recipere – erhalten:* REGISTR. Mog. p. 40,18 episcopus . . . habet ibidem piscariam, quam -rt advocatus. f *requirere, confiscare – einziehen, beschlagnahmen:* LEX Ribv. 36,3

iudex fiscalis . . . debet . . . legitima strude exinde -re *eqs.* LEX Baiuv. 7,4 -atur de rebus eius tertia pars. CAPIT. reg. Franc. 44,7 omnis substantia eorum *(negotiatorum)* -atur ab eis. CHART. Tirol. notar. I 398 *muta* eidem Preto -ta fuerat ante terminum locationis. *al.* **g** *excludere, sequestrare – ausschließen, entheben:* CONC. Karol. 1,1 adulteros . . . clericos de pecuniis aecclesiarum -limus. EIGIL Sturm. 16 quod . . . abbas a coenobio Fulda esset per consilium . . . episcopi -tus (in exilium eliminatus 2). **3** *math. i. q. deducere – subtrahieren:* Ps. BOETH. geom. p. 378,3 si ab aequalibus aequalia -antur *eqs.* p. 407,16 quem . . . numerum si de prius seposita summa . . . -leris. GERB. geom. 6,2 p. 81,18 nona inde pars -atur. Ps. ODO CLUN. rhythmimach. p. 289^{b} -r ipsam pyramidem et basim eius *eqs. saepe.* **4** *gramm. i. q. retrahere – zurückziehen:* GODESC. SAXO gramm. 1 p. 376,18 propter 'h' vel 'y' -rtur accentus de paenultima.

II *translate:* **A** *tollere, abolere, delere – aufheben, beseitigen, tilgen:* **1** *gener.:* HRABAN. epist. 2^{b} ut varietas . . . fastidium legentibus -at. NOTKER. BALB. notat. p. 77,19 christianum nomen -re tanta caede non potuit *Decius.* GERH. AUGUST. Udalr. I 9 p. 398,1 metum. THIETM. chron. 5,2 obprobrium. *al.* **2** *spec.:* **a** *publ. et iur.:* LEG. Wisig. 7,2,8 ut excusatio ignorantie -atur. CHART. Heinr. Leon. 34 occasionem querele. CHART. Rhen. inf. IV 608 constitutionem -re vel minuere (CHART. Berg. Magd. 51. 95). CHART. Stir. IV 142 ut in hoc omne sibi dubium aufferremus. *al. vetare – verbieten:* CHART. Worm. 158 (a. 1232) consilia et fraternitates . . . vobis potestate regia -imus. **b** *theol.:* ALDH. ad Acirc. 10 p. 84,31 Christus per lignum crucis -rt mundi noxam. CARM. Cantabr. 1,5,3 Deus . . ., illum *(callem vitiorum)* -r. *al.* **c** *log.:* EPIST. Ratisb. 3 p. 278,13sq. unde . . . -rtur genus, -rtur et species. OTTO FRISING. gest. 1,65 p. 93,12 sicut . . . album habere dentem non -rt Ethyopi esse nigrum. **d** *geom.:* ALBERT. M. lin. 6 p. 478^{b},23 punctum non potest -ri (*p.* 972^{a}, 13 ἀφαιρεθῆναι) . . . ex linea. p. 479^{a},21sqq. in -ta linea convenit etiam -re punctum, quia -ta linea -rtur punctum, quod est in linea. *ibid. al.* **e** *medic.:* ALDH. virg. I 13 p. 243,9 antidota, quae . . . virus -re solent. RECEPT. Donauesch. 85 emplastrum . . . auffert (-it *cod.*) . . . fervorem vulneribus. *remissius:* WETT. Gall. 33 lippes -ta acredine gavisi sunt. **f** *mus.:* GUIDO CIST. mus. p. 152^{a} *b rotundum* inventum propter -endam asperitatem tritoni . . .; si autem in gravibus insereretur, non -ret, sed inferret tritonum. **g** *gramm.:* GODESC. SAXO gramm. 2 p. 447,20 ubi fuit antiquitus, ablativum nullatenus debuisset passim -ri. p. 451,2 vitium. **B** *amittere – verlieren (pass. i. q. perire – verlorengehen, schwinden):* **1** *gener.:* URSIN. Leod. 12 (MGMer. V p. 334,11) tuam potius -is (-ereris, -ferris, -eres *var. l.*) . . . gloriam. TRANSL. Viti 7 a cuius manibus -ta fuerat species propria. RIMB. Anscar. 3 p. 22,18 omni memoria -ta. VITA Rust. 27 (MGMer. IV p. 350, 35) cum per aegritudinem gressum sibi abstultum (ablatum 2) . . . defleret. RUOTG. Brun. 38 p. 40,31 -ta est . . . spes. **2** *iur.:* CHART. Sangall. A 203 (a. 809) si ingenuitas ab eis *(heredibus)* -ta fuerit. **3** *philos.:* ALBERT. M. eth. 1,5,8 p. 68^{a},34 honor autem facillime -rtur. summ. theol. I 6,26,1,3,3 p. 253^{a},24 quaeritur, an bonitas naturae possit -ri a naturaliter existentibus *eqs.* **C** *omittere – aufgeben:* BEDA hist. eccl. 3,24 p. 178,26 -to studio militiae terrestris. **D** *impedire – verhindern:* RIMB. Anscar. 1 p. 19,21 ut ea, quae sancta sunt . . ., ne ab aliis imitentur, callida persuasione . . . -at *diabolus.* WIPO gest. 12 p. 34,1 exitum et introitum rex prohibebat, navigium -lit.

III *sensu contrario:* **A** *afferre – (hin)bringen:* PACTUS Alam. II 44 si quis . . . aliquid de res suas *(sc. viri occisi)* . . . tullerit aut hoc -it ad parentes. CHRON. Salern. 27 p. 30,5 dona simulque et magna exenia sunt -ta. 79 p. 77,16. 112 p. 125,30 cum ei fuisset -ta . . . puella. *v. et supra p. 352,55. 60.353,51.* **B** *offerre – anbieten:* LEX Sal. Merov. 113 p. 430,48 si *reus* res non habet, unde . . . conponat, . . . graphio . . . -at per III mallus ante rachymburgiis *eqs.*

adi. **ablatus,** -a, -um. **1** *gener. i. q. mortuus – gestorben:* ALDH. virg. II 2130 plangere . . . -um maritum. FROUM. carm. 36,18 plorat . . . pueri . . . mater -i. **2** *iur.:* **a** *raptus, furtivus – geraubt, gestohlen:* DIPL. Arnulfi 188 p. 291,33 (spur. post 1065) DCC libras argenti pro capitalibus -is . . . restituerunt. CHART. Tirol. notar. I 12 facturi racionem . . . de rebus -is (521. *ibid. al.*). **b** *abalienatus, abrogatus – entfremdet, entzogen:* LEG. Wisig. 2,1,21 -e rei simpla redintegratione concessa. CAPIT. reg. Franc. 141,1 iustitiam faciant *missi* de rebus et libertatibus iniuste -is (CHART. Rhen. med. I 450 p. 509,6. *al.*). REGISTR. abb. Werd. 2,35 p. 69,24 datus est dimidius mansus, sed modo -us est. TRAD. Salisb. II 3 p. 587,13 ecce mancipia nobis -a. *al.*

subst. **ablatum,** -i *n.* **1** *gener. i. q. iactura – Verlust:* GESTA Camer. cont. II F 451,4 passi sunt *cives* detrimentum tam de casu amicorum quam -is captivorum *(v. notam ed.).* **2** *iur.:* **a** *res abalienata vel abrogata – entfremdetes oder entzogenes Gut:* LEX Baiuv. 2,17 -a restituat. DIPL. Arnulfi 143 p. 218,43 (interp. c. 1165/70) ut Hucperto omne -um reconpensetur. CHART. Scheftl. 20 in recompensationem -orum. **b** male -um *i. q. precaria iniuste exacta, malatolta – unrechtmäßig erhobene Abgabe, Bede (cf. F. Schneider, Burg und Landgemeinde in Italien. 1924. p. 320):* SALIMB. chron. p. 452,21 assignavit . . . redditus, quos fratres Minores . . . pro male -is incertis haberent. p. 465,17 restituebant homines male -a. *ibid. al.* **3** *geom. i. q. deductum est – das Subtrahierte:* ANON. geom. I 4,59 basi -um restituatur, erit hypotenusa. *v. et* abstollo, abstulo.

***aufuga,** -ae *m. qui profugus est – ein Flüchtiger:* ADALB. MAGD. chron. a. 963 p. 173,4 imperator . . . -am *(an adi.?)* apostolicum . . . revocavit.

aufugio, -fugi, -ere. *script.:* abf-: *l.52.* afu-: *l. 39.42.* aff-: *l. 54.* auff-: GLOSS. IV 231,28 St.-S. BALDER. Alber. 4. obf-: *l. 39. form. perf.* -ii(t): *l.36.37. adde* IULIAN. TOLET. Wamb. 11 p. 512,4.

profugere, (fuga) abscedere – fliehen, sich flüchten, (flüchtig) enteilen: **I** *proprie:* **A** *latius:* **1** *gener.:* IULIAN. TOLET. Wamb. 27 p. 523,22 Lupus . . . terrificatus -iit (-it *var. l.*). VITA Elig. 2,12 daemon . . . -iit (-it 4) a facie hominis Dei. MIRAC. Columb. 21 (MGScript. XXX p. 1008,11) nocte de civitate afugerunt (obf- A^{1}, auf- $A^{4}BM$). POETA Saxo 1,340 Widokindus abinde -it regem veritus. RHYTHM. de Pasch. 17,4 (MG Lib. Lit. II p. 674) captivi essent proceres, nisi caute afugerent. *al. in imag.:* BEDA hist. eccl. 3,12 p. 151,10 *infirmitas* in tantum timens -it, ut *eqs.* **2** *iur.:* LEX Alam. capit. 90 (cod. 4) qui in pugna . . . -erit. DIPL. Ludow. Pii (ed. A. Bruckner, Regesta Alsatiae. 1949. p. 294,7; spur. s. XII.) quod si captivus -erit, ipsi *(custodes)* noxae subiaceant. **B** *c. colore quodam:* **1** *evadere – entrinnen, entkommen:* ALDH. virg. I 53 p. 311,5 cum palma virginitatis -it *Ioseph.* RIMB. Anscar. 16 p. 37,19 plurimis -entibus quidam capti . . . sunt. HERM. AUGIENS. chron. a. 1049 p. 128,32 Gotefridus . . . pugna . . . victus vix -it. **2** *evolare – wegfliegen:* FRID. II. IMP. art. ven. 1 p. 62,26 si forte abfugeret avis illa, volat mater et iterum capit. 2 p. 145,22 stabunt . . . *pulli* volitantes circa illum locum neque affugient. *ibid. al.* **3** *elabi – entschwinden:* ALDH. virg. I 26 p. 260,12 per aethera evolantes . . . visus -unt *apes.*

II *translate:* **A** *(de)vitare – (ver)meiden:* WALAHFR. (?) carm. 55,1,2 moerentem renuit dictatio mentem -ens . . . confusa cubilia cordis. RUOTG. Brun. 30 p. 30,31 ut quasi mortem -ret totum, quod ei . . . blandiebatur. *carere – ermangeln:* WALAHFR. carm. 1,39 quae *(ecclesia)* rugas -it omnes. **B** *praeterire – übergehen:* WALTH. SPIR. Christoph. I 8 paupertatem census -it. **C** *latere – entgehen:* VITA Radbodi p. 163,20 nec regis excellentiam huius aromatis odor -it. RUOTG. Brun. 4 p. 5,23 nullum . . . erat studiorum liberalium genus, . . . quod ingenii sui vivacitatem -ret. *al.*

***aufugitivus,** -a, -um. *profugus – geflüchtet:* ANNAL. Mell. Vind. I a. 1273 p. 705,15 -is civibus . . . ad propria redire volentibus . . . pax . . . promulgatur.

***aufugium,** -i *n.* **1** *fuga – Flucht:* GESTA Camer. 1,114 p. 451,30 nullam sibi *(sc. imperatori)* tutam spem nisi -o (transfugio 2) intimarunt. **2** *refugium – Zuflucht:* ROD.

[Pape]

GLAB. hist. 4,10med. non ... -um ire ultionis Dei nisi ad semet-ipsum.

aufugo (aff-), -avi, -are. **1** *trans. i. q. fugare, expellere – vertreiben, verjagen:* EPIST. var. I 33,6 nec infirmi neque seniores *monachi* ... duritia -entur (*cf. Bened. reg. 48,24* effugentur). HYMN. Hraban. 5 (2),1,4 quod *(sidus)* per totum splendet orbem umbras noctis -ans. **2** *intrans. i. q. effugere – fliehen, entweichen:* CHRON. Sigeb. cont. Aquic. a. 1224 Valencenas venit, unde furtim ... affugavit.

1 *actio augurandi, vaticinatio – Vorzeichendeutung, Wahrsagerei, Mantik (praevalet plur. sensu sing.; de re v. H. Bächtold-Stäubli, Handwörterbuch des deutschen Aberglaubens. VI. 1955. p. 1255sqq. s. v. 'Orakel'):* **a** *strictius (cf.* GLOSS. III 408,61 St.-S. -um heilschowunge. *v. et p. 1225,38):* LEG. Wisig. 6,2,2ᵗᵘ· de personis iudicum sive . . . ceterorum, qui . . . -is intendunt. EPIST. Bonif. 43 p. 69,14 (epist. papae) lucorum vel fontium -a . . . respuentes. BONIF. epist. 78 p. 164,2 prohibere . . . -a, filacteria, incantationes (HRABAN. hom. I 16 p. 34ᴬ. *al.*). LEX Raet. Cur. 9,13,2 quicumque . . . in aruspices, qui aguria cablant, crediderint. ALCUIN. epist. 267 p. 426,10 -a quoque et avium cantus . . . vetanda sunt. ADAM gest. 2,40 affirmant *regem* peritum -orum *eqs.* GESTA Rom. eccl. II 4 gaudebat *papa* . . . -a sua magnificare et ad cantum avium subito -o (-a *var. l.*) denuntiare, quid . . . factum esset. VITA Otton. Bamb. III 2,11 p. 56,10 valens videbatur -um, ut *eqs.* ALBERT. M. animal. 7,32 corvus nocturnus . . . est avis infausta multum in -is. CHRON. Erf. min. p. 634,13 papa . . . sub pena inhibuit -a, sortilegia . . . et magicas artes. *saepe. v. et p. 1227,16.* **b** *latius i. q. praesagium, praesensio – Voraussage, Ahnung:* EPIST. Hann. 26 ut prejudicium quorundam et -um . . . fallatis. COSMAS chron. 1,10 p. 24,9 mens hominum ignara futurorum sepe suo fallitur -o. LAMB. LEOD. Matth. I 1538 patet -a falli non posse parentum. CARM. Bur. B 43,8,5 falso quoque veritas convincitur -o *(cf. notam ed.). al. superstitio – abergläubische Vorstellung:* BEDA hist. eccl. 1,25 p. 45,30 caverat *rex,* . . . ne in aliquam domum ad se introirent *sacerdotes,* vetere usus -o *eqs.* **2** *signum, omen – Vorzeichen, Vorbedeutung (de re v. H. Bächtold-Stäubli, op. cit. I. 1927. p. 409sqq. s. v. 'Angang'):* **a** *strictius:* SERMO de sacril. 9 qui . . . aves vel latratus canum et reclamationes hominum . . . -a colit. ADAM gest. 3,39 p. 182,11 presagia rerum . . . hominibus data vel in somniis vel in -is. ARNOLD. LUB. chron. 2,18 p. 138,29 in aucupando detentus fuerat *rex,* quod . . . illi quasi de futuro -um erat. ALBERT. M. Is. 2,6 p. 39,98 -um . . . considerari potest . . ., prout est effectus stellae moventis avem *eqs. al.* **b** *latius:* **α** *insigne – Kennzeichen:* CHRON. Reinh. a. 1026 p. 517,39 propter faciem barbatam . . . seu ob aliud -um Lodewicus Cum-barba vocatus est. **β** *for-*

tuna – Geschick (*cf.* GLOSS. IV 178,43 St.-S. omen -um auspicium hel): EGBERT. fec. rat. 1,1454[a] de lepore et vulpe: quis melioris esset -i. **3** *exordium – Anfang:* GODESC. SAXO theol. 2 p. 482,2 ponuntur *auspicia et -a* . . . pro initiis vel exordiis sive rudimentis.

augurius, -a, -um. **1** *adi.: magicus – Zauber-:* RECEPT. Sangall. I 150 herba, quae dicitur -a, quae vocatur belina. **2** *subst. masc.: augur – Wahrsager:* LEG. Wisig. 6,2,2 p. 259,1 quibus -i (auguriari *V2*, -os *V6*, augures *Pith. Mad.*) vel auguria observare contigerint.

***augurizo,** -are. *significare – anzeigen:* SIGEBOTO Paulin. 15 *aquila* devianti matronae vestigia comitum precedentium -vit.

auguro(r), -are (-ari). *auguria interpretari, vaticinari – Vorzeichen deuten, wahrsagen:* **1** *strictius:* ERCHANB. FRISING. (?) gramm. p. 59,11 augurium est -andi peritia. LIUTPR. antap. 1,11 p. 11,31 -andi scientiam. HERBORD. Ott. 2,32 p. 740,44 crateres . . ., in quibus -ari . . . et potare nobiles solebant. *al.* **2** *latius i. q. praesagire, praesentire – voraussagen, ahnen:* BEBO ad Heinr. 1 p. 495,16 cadat ut tecum laus haec, nimis -o certum. EPIST. Meginh. 23 p. 217,28 ut . . . ex tam faustis . . . auspiciis . . . vestri -ari presumam reditum. NIVARD. Ysengr. 1,211 baco decidet, -or. *al.* *v. et* augurio(r). *Pape*

augusta *v.* augustus.

***augustaldio** *m.* (*cf.* *gastaldio, *austaldus) *officialis quidam imperialis – ein kaiserlicher Beamter:* DIPL. Otton. III. 266 nullus . . . dux, marchio, comes, vicecomes, gastaldio, -o nullaque nostri imperii . . . persona.

augustalis, -e. *script.* -stial-: CHART. Argent. I 246 p. 192,27 (dipl. Frid. II.).

I *adi.:* A *qui augusti est – dem Augustus eigen:* **1** *strictius:* EPIST. var. II suppl. 7 p. 629,15 imperialibus decretis atque -bus (CHART. Rhen. med. I 646 p. 704,15 [dipl. Frid. I.] imperiali et -i . . . auctoritate). **2** *latius i. q. imperialis – kaiserlich, Kaiser-:* **a** *spectat ad imperatores:* PAUL. DIAC. Lang. 6,12 -em dignitatem arripiens. ADEL. Bened. 41 (MGScript. XV p. 498,45) in . . . -em (-bilem 3) sublimitatem. CARM. de Aquil. 2,3 (MGPoet. II p. 151) -es principes. IOH. VIII. epist. A 304 p. 263,30 ante susceptum imperium et post -e sceptrum. DIPL. Karoli III. 59 anno . . . -i domni Karoli in Italia II. 99 p. 161,18 -em clementiam nostram. DIPL. Otton. I. 242 p. 343,42 excellentia. 334 p. 448,22 -ia . . . imperatorum Lodoici et Karoli Berengariique seu Hugonis et Lotharii praecepta. UFFING. Ida 2,8 monarchiam. DIPL. Otton. II. 257 p. 299,9 de regio seu -i iure *(sc. Karlomanni et Karoli III.)*. ANNAL. Hild. a. 962 p. 22,10sq. apostolicus . . . collocavit *Ottonem* super cathedram -is principatus auxitque super eum -em benedictionem. DIPL. Conr. II. 143 maiestatis. DIPL. Heinr. IV. 362 -i imperio contradicimus. CHART. Merseb. 104 p. 87,44 -i donatione, sed et . . . principum largitione. RYCCARD. chron. a. 1231 p. 175,11 constitutiones nove, que -es dicuntur *eqs.* ACTA imp. Winkelm. I 223 p. 206,19 -i Grecorum nobilitate. 996 p. 751,43 modios. CONST. II 154 p. 189,26 per presentem -em paginam. *saepe. sensu gen. obi.:* IOH. VIII. epist. A 63 p. 56,22 qui fidelitatem -em . . . mente custodiunt. **b** *spectat ad reges:* VITA Caril. 7 (MGMer. III p. 391,17) rex Childebertus . . . -i more . . . veniens. DIPL. Karoli III. 26 (a. 880) res . . . sub . . . -is praecepti tuitionem suscipere. *v. et l.* 45. **B** *ad mensem Sextilem pertinens – August-:* ACTA imp. Winkelm. II 1037[I] p. 710,40 (a. 1245) pre fervore caumatis -is. **C** *excelsus, sublimis – erhaben, stolz:* VITA Deic. 3 (prol.) Aurelianis civitas -is de pignerum custodia . . . caput . . . extollere visitur. *spectat ad imperatorem:* CHRON. Bened. II 25 p. 236,31 dive et -is memorie Lotharium imperatorem. **D** *?magnificus – ?prächtig:* VITA Athan. Neap. 1 p. 440,14 decori Belisarius . . . septem mirificas turres addidit, quas -es et . . . Achive octogonas . . . fecit.

II *subst. masc.: de nummo aureo iussu Friderici II. excuso i. q. nummus augusti – Augustale, Kaisermünze (cf. E. Kantorowicz, Kaiser Friedrich II. Erg.-Bd. 1963. p. 255–263):* RYCCARD. chron. a. 1231 p. 176,22 nummi aurei, qui -es vocantur, de mandato imperatoris in . . . sycla Brundusii et Messane cuduntur. ACTA imp. Winkelm. I 915 p. 688,44 *notario* pro se et equo uno duos -es ministres per mensem. 1004 p. 766,29 -es auri, qui laborantur in predictis siclis, fiunt de caratis viginti et medio *eqs.* p. 767,41 uncia -ium valet ad sumptum tarenos XXVII et grana XVIII. *ibid. al.*

augustialis *v.* augustalis.

***augusticus,** -a, -um. *augustalis – kaiserlich:* FORM. Augiens. C 6 regi ill., plurimo -e dignitatis stemate comptissimo *(sc. Ludowico Germanico)*.

augusto, -are. *extollere – erheben:* EPITAPH. var. II 1,33 stemma tuum *(sc. Ottonis)* claro moderamine mundum protegit, -at, ditat, sublimat, honorat.

augustus, -a, -um. *script.:* ag-: CHRON. Fred. 2,57 p. 81,13. DIPL. Conr. II. 145. MARIAN. chron. a. Chr. 385. ACTA imp. Winkelm. I 661 p. 527,22. *v. et l. 48.67sq. al. abbreviatur* ag., agus.: PASS. Afrae I[tit]. TRAD. Frising. 8. 684. *al.* ac-: CHART. Sangall. A 26. ang- *(var. l.): l. 26.51. p. 1230,72.* aust-: DIPL. Conr. II. 112 p. 158,3. DIPL. Heinr. III. 197.

1 *excelsus, venerabilis, generosus – erhaben, hehr, edel* (*cf.* GLOSS. I 15,13 St.-S. -orum eruuirdigero): **a** *gener.:* COLUMB. epist. 1 p. 156,17 Europae flaccentis -issimo quasi cuidam flori *(sc. papae)*. ALDH. virg. I 7 p. 235,19 per -am aethralis regni gloriam. LULL. epist. 140 p. 280,17 per -am (ang- 3) Hierusalem. HUGEB. Wynneb. 11 in -o almoque tonantis templo. RUOTG. Brun. 45 p. 49,13 ad -am . . . metropolim Coloniam. THIOFR. Willibr. I A praef. p. 460[A] sale -ioris scientię. *al.* *in lusu verborum:* CARM. cod. Pal. lat. 206 f. 183[v] nil Augustini scriptis -ius. THEOD. TREV. transl. Celsi 4 -issimus ipse rhetor *Augustinus.* **b** *spec.:* **α** *de imperatoribus:* LIBER diurn. 84 p. 97,23 sub -e memoriae Martiano imperatori (TRANSL. Pus. 2. DIPL. Otton. II. 258). FORM. Sangall. II 2 -issimorum progenitorum nostrorum. ALCUIN. epist. 249 p. 404,11 -issime pater patriae. TRAD. Frising. 193[b] Karuli -issimi imperatoris (DIPL. Ludow. Germ. 93 antecessorum nostrorum -issimorum imperatorum. DIPL. Otton. III. 291 p. 716,17. *al.*). HRABAN. carm. 89,3 faemina . . . -a et nobilis ortu, Irmingarda. DIPL. Karlom. (II.) 5 Angilbergam, . . . Hludouuici . . . imperatoris . . . coniugem -am. NOTKER. BALB. gest. 1,3 p. 4,21 -um caput et invictam dexteram. POETA Saxo 2,382 *Constantinus* -is patribus successerat heres. ODILO Adelh. 15 (ed. H. Paulhart, MIÖG Erg.-Bd. 20,2. 1962. p. 40,23) -e indolis Otto. *al.* **β** *de regibus:* SEDUL. SCOT. carm. 2,15,30 -os geminos protege, Christe, viros *(sc. Ludowicum Germanicum et Karolum Calvum)*. FORM. Bitur. 10 domino . . . ag-issimo . . ., rege . . . illo. FORM. Augiens. C 6 vestre -issimae serenitatis. EPIST. Teg. I 88 -issimum regem. **2** *magnificus, splendidus – großartig, herrlich, prächtig:* IULIAN. TOLET. Wamb. 9 p. 508,23 -ior (ang- *var. l.*) . . . semper *est triumphus eqs.* ALDH. virg. II 1390 sacelli. BEDA hist. eccl. 2,14 p. 114,9 basilicam. VITA Liutg. I 31 super -ioribus edifficiis. HROTSV. Pel. 13 urbs -a . . ., Corduba. LAMB. HERSF. annal. a. 1070 p. 112,31 -issimum in Quidelenburc templum. *al.* *in lusu verborum:* PURCH. Witig. 507sq. domus . . . rebus et arte sua satis -issima facta, ipsius -i quoniam construxit honori. **3** *imperatorius, augustalis – kaiserlich:* ALDH. virg. I 41 p. 293,2 Dioclitianus imperator -ae potestatis monarchiam gubernans. II 1048 -am . . . ad aulam. CAPIT. reg. Franc. 179,13 celsitudinis. WALAHFR. (?) carm. 54,23 -um decorant ametistina collum. HELM. chron. 81 p. 155,3 opus -ae dignitatis *(sc. consecrationis)*. DIPL. Karoli M. 260 p. 377,19 (spur. s. XIII.) kameram nostram -am pro iustitiis et pace (*cf.* p. 378,6 camere regie -e). *al.* **4** *ad mensem Sextilem pertinens – zum Monat August gehörig:* RHYTHM. 94[B],4 mense Ag-o medio. BEDA hist. eccl. 4,5 p. 216, 25 (conc.) kalendis A-is. CHART. Sangall. A 18 VIII. id. Ag-as. DIPL. Ludow. Germ. 164 p. 229,22. *al.*

subst.: I *masc.:* A *venerandus, celsitudo – der Erhabene, Hoheit, 'Augustus':* **1** *in titulo, allocutione sollemni sim.:* **a** *imperatorum:* **α** *Francorum, Teutonico-*

rum: ANNAL. regni Franc. a. 801 p. 112,30 *Carolus* ab apostolico ... imperator et -us est appellatus (DESID. CAS. dial. 3 prol. p. 1142,16 [*de Heinrico III.*]. *al. cf.* ANNAL. Baiuv. a. 801 [MGScript. XX p. 8,31] Karolus Romae imperator et -us coronatur. OTTO SANBLAS. chron. 7 p. 7,28 *Fridericus I.* ab eo [*apostolico*] ... consecratus imperatoris et -i nomen XCIIII. ab Augusto sortitur. *al.*). DIPL. Karoli M. 197 p. 265,13 Karolus ⟨sere⟩nissimus -us a Deo coronatus magnus pacificus imperator *eqs. (sim.* CAPIT. reg. Franc. 45 praef. ORD. coron. imp. 11,9 p. 28,18. *al.).* CAPIT. reg. Franc. 77 praef. Karolus serenissimus imperator -us (132 praef. Hludowicus divina ordinante providentia i. -us. DIPL. Karoli III. 32. CAPIT. reg. Franc. 239 p. 147,13 Wido. DIPL. Arnulfi 141. DIPL. Otton. I. 235 p. 324,47. DIPL. Otton. II. 17. DIPL. Otton. III. 196. ANNAL. Corb. a. 968 i. et -us ... Otto. *saepe*). TRAD. Ratisb. 10 anno VIII. -i Karoli *(cf.* CONC. Karol. 51 p. 682,35 anno ... XIIII. imperii domni Hlucdovici imperatoris et Hlotharii -i ... VI. THIETM. chron. 8,1. *saepe).* CONC. Karol. 37 praef. imperante serenissimo atque inclito -o Karolo (58 p. 783,43 Ludovico s. -o. DIPL. Conr. II. 74 p. 95,34. *al. cf.* CAPIT. reg. Franc. 180 p. 370,30 piissimis -is. 196[tit.] orthodoxo atque invictissimo. 233,7 clarissimi. 258,1 religiosissimi. DIPL. Karlom. [II.] 26 magni. *al.*). CAPIT. reg. Franc. 169 p. 338[b],31 Hludowicus superno munere victor semper -us (279[G],7 Karolo imperatore s. -o. DIPL. Karoli III. 116 signum Karoli ... serenissimi s. -i. RATHER. epist. 22 p. 115,26 Ottoni, invicto s. -o. OTTO FRISING. gest. p. 1,5 [epist. Frid. I.] Fridericus ... Romanorum imperator et s. -us. *al. cf.* CAPIT. reg. Franc. 220 p. 99,12 Karolo perpetuo -o). 183 praef. p. 394,8 domni Hludowici -i ... et Hlotharii caesaris *(cf.* 197 praef. p. 53,18 Lotharium -um. 256 praef. p. 258,37 -i Hludowici. *al.).* CONC. Karol. 58 p. 783,5 Ludovico caesare -o (VITA Liutb. 1 magni Karoli, qui primus in Germaniae partibus -i caesaris nomen adeptus est. NOTKER. BALB. gest. 1,26 p. 35,15 imperatoris cęsaris et -i. COD. Udalr. 2 p. 22,10. *al.*). CAPIT. reg. Franc. 293 p. 396,7 piae memoriae Hludowici divini (divi 3.5) -i. DIPL. Otton. I. 318 p. 432,23 Otto divina favente clementia imperator -us Romanorum et Francorum (DIPL. Otton. II. 273. DIPL. Otton. III. 198. DIPL. Heinr. II. 424 rex Teutonicorum, i. -us R. DIPL. Heinr. IV. 424. CHART. Brixin. 34 [dipl. Heinr. V.] Heinricus ... quintus rex Theutonicorum et quartus i. -us R. ORD. coron. imp. 17,28 p. 67, 18. *al.*). VITA Greg. Porc. I 1 Ottonum tercio, cesarum -issimo (*cf.* ANNAL. Magd. a. 973 p. 153,2 a quo [*papa*] vocatus ... est *Otto I.* tercius post Constantinum et Karolum -orum -issimus). *persaepe.* β *Romanorum antiquorum:* LIBER diurn. 84 p. 97,3 sub principalis ... memoriae Theodosio -o. FORM. Dion. 11 Constantino -o. *al.* γ *Byzantinorum:* CONC. Karol. 5 p. 37,25 imperante domno piissimo -o Constantino imperatore. 12 p. 71,14 imperante domno Constantino -o a Deo coronato magno imperatore. LIUTPR. antap. 1,8 Basilius imperator -us. *al. adde:* LIUTPR. leg. 51 *epistolarum* superscriptio haec erit: Iohannes papa ... Constantino, Basilio magnis Romanorum imperatoribus atque -is. **b** *regum, imperatorum non(dum) coronatorum:* ANNAL. Fuld. II a. 869 p. 70,2 *Karolus Calvus* se imperatorem et -um quasi duo regna possessurus appellare praecepit. CHART. Raitenh. 8 p. 12,38 (dipl. Conr. III.) Chůnradus divina favente clementia ... Romanorum rex semper -us (61 Phylippus. CHART. Brixin. 55 [a. 1214] Fridericus secundus. CHART. Sangall. A 862 p. 74,18 Henricus septimus. CONST. III. 203 Rudolphus. *al.*). WIBALD. epist. 279[tit.] C(onrado) ..., Romanorum imperatori -o. ARNOLD. LUB. chron. 6,1 p. 213,27 *Otto* unctus ... in regem ... in sedem imperii sublimatus et Romanorum -us est salutatus *(sim.* 6,2 p. 214,2 *[de Philippo]).* DIPL. Pipp. 42 (spur.) Pipinus gratia Dei rex imperator -us. *al.* **2** *usu appellativo (plerumque i. q. imperator – Kaiser; cf.* GLOSS. III 182,20 St.-S. cesar vel -us keiser): **a** *de imperatoribus:* AUDRAD. carm. 3,4,12 qui inrides poenam -osque deosque. WALAHFR. exord. 32 p. 515,3 -i Romanorum. carm. 28[tit.] ad Karolum *(Calvum),* filium -orum. CARM. de Bened. 235 antiqui ... -i. SEDUL. SCOT. carm. 2,26,2 augeat -um *(Ludowicum II.)* dextra beata Dei. RIMB. Anscar. 7 p. 26,39 praedictus -us. HUCBALD. ad Karol. 47 (MGPoet. III p. 611) huc ades, -i clementia. POETA Saxo 4,379 novus -us. 5,311 -is cum Grecorum. ERCHEMB. CAS. hist. 78 ab ... -is Gallicis. DIPL. Zwent. 9 p. 34,14 antecessores nostri reges ... et -i (DIPL. Heinr. IV. 1 p. 2,17. *al.*). HROTSV. Gall. II 5,2 num non videor -us? gest. praef. 3 gesta caesaris -i. 1482 -o summo ... conbenedicta *Adelheidis.* THIETM. chron. 2,15 Greci ... captos domino suimet -o presentabant. OTTO FRISING. gest. 1 prol. p. 11,25 -orum clarissime Friderice. OTTO SANBLAS. chron. 34 p. 50,30 soldanus ... dextras ab -o peciit. *persaepe. per compar.:* WALAHFR. exord. 7 p. 481,9 *(de lingua Theodisca et Latina)* simiarum informes natos inter -orum liberos computare. **b** *de regibus, imperatoribus non(dum) coronatis:* EPITAPH. var. II 92,3 Ludwich -us *(sc. Germanicus)* manet hac de prole *(sc. Irmengarda)* beatus. VITA Vicel. 233 cesar et -us Romanus erat Frithericus *(sc. a. 1154).* CHRON. Reinh. a. 1214 p. 584,12 rex -us et rex Francie. *al.* **c** *de Christo:* SEDUL. SCOT. carm. 2,7,115 -um magnum regem regumque precatur. EKKEH. IV. bened. I 39,34 gaudeat -i (gloss.: summi regis) ... res publica Christi. **d** *in lusu verborum de Augustino:* NOTKER. BALB. carm. p. 150 doctor ... nomen -i merito retentans. **B** *mensis Sextilis – August (cf.* GLOSS. III 64,55 St.-S. A-us ernemanot. 609,25 A-us ǒgesto): CONC. Merov. p. 126,23 usque kalendas Ag-i ... ieiunent *(cf.* FROUM. carm. 3,17 sexta idus rapit hunc A-i. THIETM. chron. 3,6 VIII. kal. A-i, mense Iulio. 7,19 nonas Aug. *al.).* EINH. Karol. 29 p. 33,24 A-um aranmanoth ... appellavit. WALAHFR. carm. 89,2,4 fervidus. WANDALB. mens. 196[a] de A-o. WALTH. SPIR. Christoph. II 6,240 sanxit ... octavas tibi, rex A-e, kalendas *Christophorus.* THIETM. chron. 5,32 intrante A-o. OFFIC. Willig. p. 748,6 A-i, cuius mensis decursus humanae conditioni minus idoneus (*cf.* HILDEG. caus. 2 p. 136,1sqq.). CHART. Bund. 387 p. 287,12 mense Ag-i. CHART. march. Misn. III 377 p. 266,19 (epist. papae) in instanti A-o. *persaepe. expressius de tempore messis:* PAX Valenc. p. 608[a],10 quicunque in A-o dederit garbas alteri quam pro Deo. **C** *meton. i. q. mausoleum Augusti – Grabmal des Kaisers Augustus:* BENED. ANDR. chron. p. 81,7 iuxta via Flamminea et ereio, non longe ab Ag-o.

II *fem.: veneranda, celsitudo – die Erhabene, Hoheit,* '*Augusta*': **A** *in titulo, allocutione sollemni sim.:* **1** *imperatricum, uxorum imperatorum:* ANNAL. Mett. a. 830 p. 95,22 *Iudith* imperatrix coronata et -a ab omnibus est acclamata. WALAHFR. carm. 26[tit.] Iudith -ae. HRABAN. epist. 46[tit.] domine praeclare ..., Ermengarde -e. EPIST. Col. 8 p. 250,35 Hludowicus ... rex ... imperatrici Engilbergae semper -ae et a Deo coronatae (DIPL. Otton. I. 236. *al.*). DIPL. Karoli III. app. p. 327,22 Recardis Dei favente clementia imperatrix -a (DIPL. Heinr. II. 449. DIPL. Conr. II. 214. *al.*). RATHER. epist. 31 serenissimę. EPIST. Teg. I 1 Adalheidę -ę semper invictissimę. 16 A(delheida) regnatrix -a. ODILO Adelh. 3 (ed. H. Paulhart, MIÖG Erg.-Bd. 20,2. 1962. p. 32,3) hec ... -arum omnium -issima nominari ... est digna *(v. notam ed.). al.* **2** *reginae:* CHART. Babenb. 462 (a. 1262) Margareta Dei gratia Romanorum regina ... semper -a. **B** *usu appellativo (plerumque i. q. imperatrix – Kaiserin; cf.* GLOSS. III 182,22 St.-S. -a keiserin): **1** *de imperatricibus, uxoribus imperatorum:* SEDUL. SCOT. carm. 2,20,34 -am niveam diligit ipse *(Lotharius)* suam. HEIRIC. Germ. I 6,365 -as inter, quas umquam protulit orbis. DIPL. Karoli III. 22 p. 38,5 supra fatam -am. ODILO Adelh. 7 (ed. H. Paulhart, MIÖG Erg.-Bd. 20,2. 1962. p. 35,5) *Theophano* socrui ... -e fuit ex parte contraria. ANON. Has. 40 Agnete imperatrice, dudum -a, nunc vidua. ALEX. MIN. apoc. 11,7 p. 234,30 Theodora -a. *al.* **2** *de Maria:* BRUNO QUERF. Adalb. A 2 bona angelorum imperatrix -a.

adv. **auguste.** **1** *excelse, potenter – erhaben, mächtig:* ALDH. virg. II 2059 pater *(Constantinae)* -e regnorum sceptra gubernans imperium mundi ... regebat. **2** *magnifice, splendide – großartig, prächtig:* RUD. FULD. Leob. 21 aecclesia -ius (ang- 3) aedificata (*sim.* LEO MARS. chron. 3,26

[Payr]

p. 716,41). EKKEH. URAUG. chron. a. 1114 p. 247^{b},43 nuptias . . . -issime instituit *imperator*.

auhetion *v.* androdamas.

1. avia, -ae *f.* *script.* -e(a): *l. 9.*

1 *strictius i. q. patris vel matris mater – Großmutter (cf.* GLOSS. III 426,10 St.-S. -a ana. 715,23 -a ancha): **a** *gener.:* LIUTG. Greg. 2 p. 67,33 venit ad -am suam, id est ad matrem patris sui. FORM. imp. 9 eo quod -a sua . . . iniuste ad servicium inclinata fuisset. TRAD. Frising. 691 pro redemptione -eae matrisque meae. THIETM. chron. 4,8 rex a suimet matre -aque diligenter susceptus. CHART. Heinr. Leon. 20 p. 29,22 dive memorie -a mea Richensa imperatrix. *saepe. v. et l. 19.* **b** *iur.:* LEG. Burgund. Rom. 10,3 *nepotes* in dodrante . . . avo -eque succedant. LEG. Wisig. 4,2,9 ad hereditatem patris aut matris, avorum vel -arum, tam paternorum quam maternarum. *al.* **2** *latius plur. i. q. feminei sexus ascendentes – weibliche Vorfahren:* ALBERT. M. animal. 18,37 secundum virtutem alicuius -arum (*p. 768^{a},36* τινὶ τῶν ἄνωθεν), a quibus descendit mater, et erit similitudo ad -am vel proaviam vel subaviam vel abaviam. *v. et* ava.

2. avia, -orum *v.* 1. avius.

aviarium, -i *n.* *statio vel receptaculum avium – Aufenthaltsort der Vögel, Geflügelhaus (cf.* GLOSS. III 222,66 St.-S. -um vogilweida. IV 38,29 -um fogalhus. *al.):* EGBERT. fec. rat. 1,355 incultę quam plura fovent -a silvę. ANSELM. LEOD. gest. 24 p. 202,12 vident . . . greges . . . stabula avesque -a petere.

aviaticus, -a, -um. *script.:* ha-: *l. 41. adde* CHART. Ticin. 232 (ed. L. Brentani, Cod. dipl. Tic. IV p. 12,4). abi-: *l. 39sqq.45sq. al.* abbi-: *l. 41.* abla-: *l. 44.47.* -adi-: *l. 37.*

1 *adi.:* **a** *strictius i. qui avi est vel fuit – großväterlich:* LEG. Burgund. Rom. 22,3 donationis tam -as quam nuptialis. 22,9 *nepotes* in -is bonis . . . posse succedere. CAPIT. reg. Franc. 7,1 ut nepotes . . . ad -as res cum avunculos . . . venirent. **b** *latius i. q. hereditarie susceptus, avitus – ererbt, angestammt:* LEX Ribv. 57,4 femina in hereditate -a (-dica *A 5*) non succedat. *v. et p. 1235,59.* **2** *subst.:* **a** *masc.:* *nepos – Enkel:* LEG. Lang. p. 594^{b},4sq. si non fuerit ab-us aut ab-a de filio et habuerit ab-um aut ab-am de sua filia *(sim.* p. 594^{b},32. *ibid. al.).* DIPL. Conr. II. 244 ab-um (abb-, habb- *var. l.*) ex masculo filio. GREG. CAT. chron. I p. 296,26 cum tribus nuris et quinque -is suis. LAND. MEDIOL. hist. II 44 p. 39,39 Rolandus, abl-us Lanfredi. CHART. Ital. Ficker 116 p. 160,10 comites, ab-i comitis quondam Uberti. CHART. Bund. 893 p. 336,37 cum . . . consensu omnium ab-orum suorum. p. 337,19 abl-orum. *al. in Italia superiore.* **b** *fem.:* *neptis – Enkelin: v. l. 40.* **c** *neutr.:* *possessio ab avo hereditarie suscepta – vom Großvater ererbter Besitz:* TRAD. Weiss. 52 p. 54,6 (a. 742) tam de -o quam de paterno sive de materno (245 p. 236,20). *remissius:* DIPL. Heinr. V. 33 (ed. I. B. Moriondi, Monum. Aquensia. I p. 45,61) Conrado . . . omnem honorem, districtum, hominium, ab-um in curte castrorum . . . confirmare.

avicellus *v.* avicula *p. 1232,13.*

avicula, -ae *f.* *script.* -col(a): *l. 61. p. 1232,1.10.* *metr.* avīc-: ECBASIS capt. 934.

avis parva, aucella – kleiner oder junger Vogel, Vöglein (sensu deminutivo hic illic evanido, e.g. p. 1232,13sq.17): **1** *proprie:* **a** *gener.:* VISIO Baront. 4 pullus -ae, quando de ovo egreditur. VITA Phil. Cell. 3 coeperunt illi -ae (-colae 2) indomitae ad manum occurrere. ERMENR. Har. 7 ramusculus ille tam fragilis erat, ut nec sessionem -e sustinere posset. ad Grim. 13 p. 548,16 -am carduelem. VITA Gamalb. 17 (6) -am . . . nido ablatam. CARM. Cantabr. 10,9,1 o tu parva, numquam cessa canere, -a *(sc. philomela).* THIETM. (?) chron. 4,36 -is . . . in hieme manipulos super arbores ad manducandum . . . ponere fecit. IOH. AFFLIG. mus. 4,6 fistula . . ., qua decipiuntur -ae. CHRON. rhythm. Leod. 11 hiemales nusquam auriculas (-as *cod., recte*) tunc videbat homo. *saepe. de anima specie avis induta:* UDALSC. Conr. 8 *hostia* divinitus suscepta nonnisi una comparet -a. *de effigiebus:* THEOPH. sched. 2,21 potes etiam in ipsis circulis interdum bestiolas et -colas (-culas *LV*) et vermiculos . . . inserere. 3,59 p. 112,28 Th. flosculi aut -ae. **b** *de natura, moribus:* FRID. II. IMP. art. ven. 1 p. 21,3 quedam . . . de -is terrestribus habent cibum ex arboribus (p. 23,14 -e . . . terrestres, sicut sunt alaude, cozardi, calandre, passeres). p. 38,3 omnes -e, que naturam habent transire. ALBERT. M. animal. 6,53 in nido -ae aquaticae, quae movens caudam vocatur. *al.* **c** *de furto, venatione:* LEX Sal. Karol. 7,7 si quis turturem de rete alterius aut quamlibet -am (-colam *K 46*) de . . . decipula furatus fuerit. DIPL. Heinr. II. 80 ut nemo . . . saltem -am inquietare, quę dicitur parix, sive capere presumat. *v. et p. 1166,23.* **d** *de auguriis, prodigiis:* PIRMIN. scar. 22$^{in.}$ sternutus et aguria per -as (avicellos *C*) . . . nolite facire. SERMO de sacril. 27 nec nullas -as cantantes nolite adtendere (HRABAN. hom. I 43 p. 81^{A}). VITA Annon. I 3,16 p. 507^{b},29 magno futurorum prodigio mons omnis novi generis -is operiebatur (*postea:* volucres). **e** *usu pharm.:* HILDEG. phys. 6,46 -am *(sc. isenbrado)* . . . ad ignem sine aqua pone . . ., ut pulverizare possis. 6,72 qui regium morbum habet, eamdem -am *(sc. paricem)* . . . super stomachum suum liget et gelsuocht in -am transit. **2** *per compar. et in imag.:* VITA Richar. 5 (MGMer. VII p. 447,10) quasi -a infans ad terram pervenit *eqs.* NOTKER. BALB. gest. 2,12 p. 75,11 cum . . . Avaros . . . in -arum modum de hastili suspenderet. THEOD. AMORB. Bened. I praef. p. 363,32 ne implumem -am extra nidum tuum avolare permittas (*sim.* EPIST. Hann. 52 p. 98,23). ACTA imp. Winkelm. II 46 p. 50,28 suo vos laqueo detinentes sicut -am, que *eqs.*

avidentia, -ae *f.* (*cf.* ἀοραsία) *caecitas – Blindheit:* CONR. MEND. Attal. p. 124,32 percussus -a.

***avidesco,** -ere. *inhiare – trachten (nach):* CHRON. Reinh. a. 1198 p. 561,28 predatores ecclesiarum . . . in dampna rerum -unt.

aviditas, -atis *f.* **1** *strictius i. q. cupiditas, appetentia – Begierde, Gier, Verlangen:* **a** *c. gen. obi. (et subi.: l. 36):* ARBEO Emm. 45 ut ex -e corporis . . . surrexit et panem . . . poposcit. HRABAN. epist. 57 -em . . . multa sciendi. OTTO FRISING. gest. 2,21 p. 125,35 misera oppidanorum hauriendi *aquam* -s. CHART. Babenb. 41 ęternę remunerationis. FRID. II. IMP. art. ven. 2 p. 143,18 comedendi. *al.* **b** ad: FRID. II. IMP. art. ven. 2 p. 210,3 -s eius *(falconis)* ad tiratorium. **c** *absol.:* α *spectat ad edendum, bibendum:* ARBEO Emm. 42 unius panis sacietate cottidianis -bus. *in imag.:* RUOTG. Brun. 4 p. 5,21 ut . . . intimi medullam sensus et nectar . . . maiori quam dici possit -e hauriret. RYCCARD. chron. a. 1224 p. 113^{a},35 ut ieiunii et famelici doctrinarum in ipso regno inveniant, unde ipsorum -bus satisfiat. β *spectat ad praedandum:* WOLFHARD. Waldb. 2,18 (11) gaudium praesumptionariae -is *furum* in ruborem . . . convertit *Christus.* NARR. de rel. Scafhus. 2 ne signa passionis Christi . . . a devoto . . . exercitu religiosa -e . . . auferrentur. **2** *latius:* **a** *studium – (Lern-) Eifer:* NOTKER. BALB. notat. p. 73,26 quid tibi -em tuam imputo, cum meam socordiam ipse reprehendo. **b** *intentio, desiderium – Spannung, Erwartung:* BERTH. (?) annal. a. 1077 p. 302,36 litterarum . . . se . . . non modica -e effectum exspectasse. HERM. IUD. conv. 5 p. 86,18 (ed. G. Niemeyer. 1963) pari utrique -e suspensi. **c** *vehementia – Heftigkeit:* ALBERT. M. (?) animal. quaest. 7,12/16 p. 177,16 -s appetitus provenit ⟨ex⟩ exinanitione stomachi.

?avido, -are. *avere – sehnsüchtig wünschen:* SEDUL. SCOT. carm. 2,71,30 Eden ut videam . . ., o pater, huic, -o (*Corp. Gloss. Lat. ed. Goetz V 6,24 cft. ed. in nota; an spectat ad* avidus?), propitiare viro. *v. ThLL. s. v.* avideo.

avidus, -a, -um. ab-: *p. 1233,16.40.* -it-: *p. 1233,16.*

I *adi.:* **A** *proprie:* **1** *strictius i. q. cupidus, appetens – begierig, verlangend, bestrebt:* **a** *c. gen. obi.:* WALAHFR. carm. 24,21 dum . . . -us rerum cautus per singula lector irem. GODESC. SAXO gramm. 2 p. 476,16 auri. WALTH. SPIR. Christoph. II 1,9 -us ludi gimnasia querere. EKKEH. IV. carm. Gall. 7,2 Gallus deserti fit mox -us. WIPO gest. 4 p. 25,12 erat . . . -a gloriae, non laudis. BERTH. (?) annal. a. 1077 p. 300,17 pugnae illis inferendae -issimus. DIPL. Heinr. IV. 367

[Payr]

iusticię vos -iores. *al. v. et l. 30.* **b** *c. abl.:* RIMB. Anscar. 19 p. 41,39 thesaurorum adquisitione -i. THEOD. AMORB. Bened. I 3 est . . . Gallia . . . artium liberalium subtilitate -issima. CHRON. Noval. 5,8 honore. **c** de: FRID. II. IMP. art. ven. 6 p. 190,8 qui *(falcones)* . . . multum sint -i de ipso *(loyro).* **d** *absol.:* **α** *spectat ad edendum, recipiendum (in imag.):* ALDH. virg. I 4 p. 231,18 *apes* defruto . . . -a viscerum receptacula . . . implere contendunt. WALAHFR. Wett. 485 *comites* -o . . . minores ore vorabant. 834 secretum . . . -as (gloss. R: girigun) effudit in aures. AGIUS epic. Hath. 284 tres pueros . . . -a . . . fauce voravit humus. WALTH. SPIR. Christoph. II 5,175 piacula . . . -am plene fultura Caribdim. *al.* **β** *spectat ad praedandum:* WETT. Gall. 28 p. 272,19 cum . . . piscis territus a duabus bestiis . . . quasi eis -is preda conspicitur. POETA Saxo 5,224 *regnum* raptores -os clade sua faciat *hostes.* CHRON. Salern. 39 dum tam crudelis . . . necnon et abitus Beneventanis cernerent. *al.* **γ** *spectat ad lucrum:* POETA Saxo 4,256 spes est -i frustrata coloni. **2** *latius:* **a** *studiosus, curiosus – eifrig, interessiert:* EIGIL Sturm. 7 -us locorum explorator. WETT. Gall. 27 operis gratia -i redeuntes. HRABAN. epist. 20 p. 426,14 -o lectori (28 p. 443,7). **b** *intentus – erwartungsvoll:* WIPO gest. 2 p. 16,7 quamquam . . . Chuononem . . . -o desiderio propter virtutem . . . eligerent. **c** *rapidus – ungestüm:* BRUNO QUERF. Adalb. A 19 ad . . . cęnobium -o cursu volat. **B** *translate i. q. vastus, amplus – ausgedehnt, mächtig:* ARBEO Emm. 3 in sedem urbis -e (iam dictae *var. l.*). 42 contemplabat ecclesiam et urbem -am (arduam *var. l.*).

II *subst.:* **A** *masc.:* *qui cupidus est, appetit – einer der begehrt, Verlangen trägt:* WIDUK. gest. 1,9 p. 15,2 omnibus . . . gloria (-ae *var. l.*) victoriae -is. *spectat ad edendum (in imag.):* NOTKER. BALB. notat. p. 67,9 quicquid papa Gregorius . . . reliquit, idem Beda in brevissimo ferculo -is gluttiendum composuit. **B** *fem.* -issima: *per prosop. i. q. insatiabilitas – Unersättlichkeit:* GARS. tract. 5 p. 431,6 iuxta propiciatorium beatae A-issimae, sororis eius *(Cupiditatis).*

adv. **avide** *vel rarius* **aviditer.** **1** *strictius i. q. cupide, anhelanter – (be)gierig, voll Verlangen:* **a** *de cupiditate edendi, bibendi:* BEDA hist. eccl. 3,9 p. 146,9 *equus* virecta herbarum -ius carpere coepit. CHRON. Salern. 147 p. 155,19 cena facta ab-r sumunt. p. 155,27 ab-r propinabant. *in imag.:* COZROH. praef. p. 1,9 -e fontem vitae aeternę sitiens. WALAHFR. carm. 25ª,7,2 -e cruorem quaeritans Christi. RUOTG. Brun. 36 p. 37,15 a quo postquam . . . exhortacionum . . . antidota . . . solito -ius pregustari . . . sensit. *al.* **b** *de avaritia:* ACTA imp. Winkelm. II 46 p. 50,27 (a. 1245) non solum manus, sed etiam cubitos -ius apprehendunt. **2** *latius:* **a** *studiose, libenter – eifrig, gern:* WIPO gest. 2 p. 18, 22 te eligam tanto -ius caeteris, quanto *eqs.* **b** *intente – erwartungsvoll:* HRABAN. epist. 29 p. 445,19 ad promissa exequenda -ius anhelare. **c** *instanter – inständig:* HROTSV. Gong. 322 efflagitant -e, ut *eqs.*

avillana *v.* avellana.

avillus (abelum) *subst.* *agnellus – Lämmchen:* GLOSS. IV 166,16 St.-S. abelum lampili.

avina *v.* avena. **avinculus** *v.* avunculus.

***avinus,** -i *m.* (*cf.* avus) *avus – Großvater:* CARM. epigr. (MGScript. XXXI p. 454,29; a. 1199) Guidonis tempore . . ., qui Lambertini cognomen gestat -i.

***avio,** -onis *m.* (*cf.* avus) *atavus – Ahn:* CHART. Ital. Ficker 10 p. 14,48 (a. 827) quia -es vel patres vel parentibus vestris pertinentes fuerint Unnoni (*cf.* CHRON. Noval. 3,18 -es nostri vobis pertinentes non fuerunt). *v. et* *avo.

***aviola,** -ae *f.* (*cf.* avia, *francog. vet.* aiuele; *v. et v. Wartburg, Frz. etym. Wb. I. p. 188) avia – Großmutter:* TRAD. Weiss. 169 (a. 711) ipsa est de alode -e mee nomen Guntrudis.

***?aviolella,** -ae *f.* *(orig. inc.) involucrum medicaminum in aqua coquendorum – Umhüllung für Medikamente im Wasserbad:* BERNH. PROV. comm. 8,3 p. 302,20 mulieres Salernitane faciunt -am inplentes eam aqua rosacea et gariofilis et croco *eqs.*

avis, -is *f. (?m.: p. 1234,5) script.:* hab- *(var. l.): p. 1234,5. adde* LEX Baiuv. 21,6. ov- *(var. l.): p. 1234,6. adde* AETHICUS ISTER 74. *nom. sg.* -es: *l. 56. p. 1235,21. adde* ARBEO Corb. 17.

I *strictius i. q. volucris, ales – Vogel (cf.* GLOSS. III 14,53 St.-S. -is fogal. *al.):* **A** *proprie:* **1** *in univ.:* **a** *gener.:* LEX Baiuv. 19,5 aquilę vel ceteri (-ae *var. l.*) -es (habes *Mg.Mt*). ALCUIN. epist. 136 p. 210,14 altaria . . . -ium (ov- *L*) stercoribus . . . fedata. HRABAN. inst. cler. 2,27 -ium . . . esum credo inde a patribus permissum esse *eqs.* carm. 39,21,3 -es, pisces et pecora. WALAHFR. carm. 41,4 pisces nare vetet constanter -esque volare. HINCM. Remig. 5 p. 266,30 solent homines alias -es domesticas habere in domibus suis, passeres autem *eqs.* CARM. Cantabr. 23,6,1 nulla inter -es similis est api. THIETM. chron. 1,21 non solum pauperibus, verum eciam -bus victum subministrans. CASUS Petrish. 1,3 p. 628,33 ut etiam -es eius sanctitatem sentirent. CHRON. August. (MG Script. XIV p. 558,27) miser . . . feris et -bus expositus est. VITA Gunth. erem. 5 -is assata . . . devolabat. ARNOLD. LUB. chron. 2,18 p. 138,29 *Heinricus* dictus est rex -ium, teutonice autem vogelkuning. *saepe.* *de anima vel diabolo specie volucris indutis:* WETT. Gall. 18 exivit de ore eius quasi turpissima -is nigra. EKKEH. IV. pict. Sangall. 82 volat ex ore Satanas -is atra colore. UDALSC. Conr. 8 in -ium specie animas nondum plene purgatas . . . cruciari. *de effigiebus:* LIUTPR. antap. 6,5 p. 154,12 aereae . . . deaurataeque -es. THEOPH. sched. 3,53 p. 105,36 Th. formabis . . . flosculos sive -es. UDALSC. carm. p. 114,15 in . . . velo depicta est . . . -is, flos, -is verso wultu. ANON. tab. p. 147,21 erat in tabula . . . imago duarum -ium. *al.* **b** *de natura, moribus:* ALBERT. M. animal. 8,222 secundum mutationem temporis quaedam -es mutant . . . suos colores. 12,204 -es . . . parvae multae sunt vocationis *eqs.* 14,56 -es non claudunt oculos per palpebram superiorem, sed per inferiorem. 21,26 -es multae . . . disciplinantur etiam ad loquelae . . . pronuntiationem. ALBERT. M. (?) animal. quaest. 7,12/16 p. 177,29 -es calidae sunt et siccae. 17,10 p. 293,23 utrum ex osculo . . . possint -es feminae impraegnari. *saepe.* **c** *de furto, venatione, praestatione:* LEX Sal. Merov. 7$^{tit.}$ de furtis -ium. 33,1 de venationibus -ium et de piscationibus. LEX Baiuv. 22,11 de alterius silva . . . -es tollere. DIPL. Karoli M. 84 p. 122,11 tam piscatione quamque -is capiendo. DIPL. Otton. III. 384 p. 813,8 dedimus . . . piscationes, venationes et ubi -es capiuntur. CHART. Carniol. II 399 p. 308,12 quod . . . carnes de venacione et -es de aucupacione . . . nostro conspectui presententur. *al. v. et p. 1235,9.* **d** *de auguriis, prodigiis sim.:* SERMO de sacril. 9 qui . . . -es vel latratus canum . . . per sibelos . . . et sternudus auguria colit. ALCUIN. epist. 267 p. 426,10 -ium cantus. WALAHFR. Gall. 2,16 -is quaedam . . . ante eos apparuit et . . . facili praeibat volatu. THIETM. chron. 8,28 hanc . . . erumnam -ium . . . semet ipsas invicem ungulis interficientium multitudo . . . presignavit. ADAM gest. 2,40 *Olaph* in -ium prognosticis omnem spem suam posuisse. HILDEG. scivias 1,3 p. 412^{D} quod signa actuum tuorum in stellis . . . aut in -bus . . . quaeris. *al.* **e** *de diaeta:* ASCULAPIUS 2 p. 4,8 cibos leves accipiant . . ., -es sive venationes. **2** *de certis generibus vel speciebus:* **a** *genere vel specie expresse definitis:* RHYTHM. 39,10,3 fenix nuncupatur -es (-is *var. l.*), que renascit mortua (NOTKER. BALB. gest. 2,17 p. 86,18). PAUL. DIAC. Lang. 6,55 cuculus -is. FRID. II. IMP. art. ven. 1 p. 7,24 -ium alie sunt aquatiles, alie terrestres, alie medie; aquatiles . . . dicuntur -es de rivera *eqs.* p. 10,11 aliter dividuntur -es; alie enim sunt rapaces, alie non rapaces. p. 10,18 has vocat Aristotiles -es unguibus rapaces et aliquando -es uncorum unguium (*cf.* ALBERT. M. [?] animal. quaest. 8,15/20 p. 195,51 -es gampsonicae). p. 40,9 -es, que sunt de transitu (*cf.* p. 43,7 -es de reditu). p. 110,15 -es de paradiso. ALBERT. M. animal. 7,32 -ium nocte volantium. 7,74 -is symya. 7,170 de quadam -e, quae residet aput aquas . . . et aput Germanos vocatur -is glaciei. 8,71 -ium maritimarum. 8,223 ex -bus aestivalibus. 21,28 -es . . . agrestes et silvestres. *saepe.* *per circumlocutionem:* WANDALB. mens. 38 postquam candet -is pietatis nomine praestans *(sc. ciconia, cf. Verg. georg. 2,320).* NIVARD. Ysengr. 1,20 perfida . . . -is *(sc. corvus, cf. notam ed.).* BERTH.

[Payr]

RATISB. serm. 12tit. -es s. Mariae, turtures et columbae. **b** *per antonomasiam:* **α** *de avibus venaticis:* CONC. Karol. 36,14 canes et -es sequi ad venandum . . . superfluum esse *ministris altaris et monachis* (app. 2 p. 818,33 Gervilionem . . ., quod cum -bus et canibus luserit, . . . deposuimus. HINCM. ord. pal. 24). FRID. II. IMP. art. ven. 1 p. 3,20 ars venandi cum -bus. *al.* **β** *de avibus domesticis ('Geflügel'):* CHART. ord. Teut. 112 p. 92,3 (a. 1257) decimas . . . animalium et -ium. **γ** *de aquila:* HRABAN. carm. evang. 23 cum sidera scandit, signat -em *Christus.* **B 1** *proverb.:* EGBERT. fec. rat. 1,230 pennis descendit -is de nube remissis. 1,487 saltum movisti, sed -es collegerat alter. EKKEH. IV. cas. 43med. mala -is . . . malam famam prodere solet. NIVARD. Ysengr. 3,812 una -is in laqueo plus valet octo vagis. **2** *alleg.:* HRABAN. univ. 5,10 p. 131B -es . . . Christi humanitatem significant. 8,6 p. 241D -es . . . aliquando . . . significant angelos . . ., aliquando sanctos homines. p. 242A -es sunt daemones, . . . -is salvator. p. 242B -is plebs Iudaea. ALEX. MIN. apoc. 19,17 p. 405,25 -es . . . in isto loco christianos appellat. *al.* **3** *per compar. et in imag.:* BOTAN. Sangall. 40,3 mandragora in insola de mare nascit, maritima quasi -es est. BRUNO QUERF. Adalb. A 31 rara -is terrarum felix martyr infelicium Adalbertus . . . temporum *([cf. Hor. sat. 2,2,26].* HUMB. Sim. 2,10 p. 150,4 aput catholicos velut r. -is aestimatur, qui . . . pecunias aspernatur. EPIST. Meginh. 29 p. 227,6 si quando se ipsum, que r. -is est, respicit *animus.* 31 valitudine, quę Spire r. -is est. *al.).* BERTH. RATISB. serm. 12 p. 63,14 bene . . . religiosi -es dicuntur. p. 63,18 sicut -es sunt puriores . . ., sic et religiosi puriorem vitam ducunt. *al.* **4** *in nominibus:* **a** *montis (sc. s. Bernardini):* LIUTPR. antap. 5,10 per Montem Avium (5,11). **b** *plantarum:* CONSTANT. AFRIC. grad. p. 351,10 lingua -is (IOH. PLATEAR. simpl. med. p. 23bF l. -is . . . folia habet . . . in forma linguae -is. ALPHITA II p. 103,18 l. -is, pigula idem. p. 103,21 l. -is quandoque sumitur pro semine fraxini [GLOSS. III 560,17 St.-S. l. -is vogelzunge vel fructus fraxini]. BERNH. PROV. comm. 12,1 p. 323,29 lanceola, id est l. -is. ALBERT. M. veget. 6,366. *al.*). ALBERT. M. veget. 6,401 *orobum* a quibusdam vocatur vicia -ium. **c** *alch. in nominibus ficticiis spirituum:* TRACT. Micrer. p. 92,3 anima, quam viridem -em et aes et sulphur philosophi nuncupaverunt. ARTEPH. secret. p. 34 fiunt non-corpora et quintaessentia de natura spiritus, quae vocatur -is Hermetis, et mercurius extractus a servo rubeo (ANON. tab. p. 163,12 -em H. [*sed cf. notam ed.*]). ANON. tab. p. 160,6 istae -es sunt masculus et foemina *(cf. p. 1234,28).* ROSIN. def. p. 316,24 -is mirabilis, qui . . . sine alis volat. **C** *translate:* **1** *omen – Vorzeichen:* PEREGRINUS 147 bonis -bus huc venistis. 201 ite malis -bus. **2** *vas portando caemento aptum – Traggefäß für Baumaterial (cf. francog.* oiseau): HUGO FLAV. chron. 2,7 p. 373,15 strumentum illud, quod -is nominatur, subvectione caementi aptatum.

II *latius i. q. animal alatum – geflügeltes Tier:* ALBERT. M. animal. 14,2 -es . . . anulosae. *ibid.:* -is, quae vocatur solitaria (*cf. p. 682b,7* τῶν πτηνῶν, ὧν μέν ἐστιν ὁ βίος νομαδικός).

avītus, -a, -um. **1** *adi.:* **a** *qui progenitorum fuit, ab progenitoribus traditus, hereditarie susceptus – auf die Ahnen zurückgehend, überkommen, ererbt, angestammt:* LEX Sal. Merov. 65c si quis alteri -am (-cam *ed. Herold.;* aviaticam *R. Schröder, ZRGGerm. 2. 1864. p. 53sq.*) terram suam condemnaverit. WANDALB. martyr. dedic. 10 habenas flectere -as imperiique sceptra paterni. ANNAL. Sangall. IV a. 1043 p. 319,9 Petrum -o solio restituere. TRAD. Patav. 777 Adelheidis et liberi sui . . . ex -a progenie sua censuales erant beati . . . Stephani. *al. remissius:* TRANSL. Libor. 7 populus . . . ad -as . . . superstitiones colendas sese convertens. HROTSV. Sap. 1,5 -os ritus deserere. *al.* **b** *qui olim fuit, priscus – der Vorzeit (angehörig), einstig, alt:* **α** *de rebus:* WALAHFR. Mamm. 2,22 *Mammas* mores imitatus -os pavit oves . . . magni sectator Iacob. EKKEH. IV. bened. I 45,7 reddat nos vitę duce te paradysus -ę (gloss.: quam patres ibi habuerunt). **β** *de anim.:* ALCUIN. carm. 1,1542 quod Orosius edit -us (acutus *Ven. Fort. carm. 8,1,59).* **c** *prior – früher:* DIPL. Karoli III. 163 -um (-orum *ci. ed.*) augustorum, parentum scilicet nostrorum, prisca exempla imitari. **d** *diu vel antiquitus exsistens, antiquus – seit langem oder von altersher bestehend, alt:* POETA Saxo 3,419 Hispani viri renovantes foedus -um. HUGO FLOR. hist. p. 357,19 Aquitania . . . nomen adhuc -um retinet. *al. c. sensu nobilitatis:* ALDH. virg. I 21 p. 252,1 tres pueri -a Ebreorum stirpe progeniti. II 2526 Nabal, qui genus . . . et nomen -um *David* ebrius exprobrat *(cf. Vulg. I reg. 25,10).* GESTA Bereng. 2,34 Latium . . . -um (gloss.: antiquum ac per hoc nobile).

2 *subst.:* **a** *masc. plur. i. q. progenitores – Ahnen:* ALBERT. M. eth. 8,3,4 p. 544a,41 secundum totum -arum *(sic?)* ordinem (p. 544b,1). **b** *?fem. i. q. mater generis humani – Stammutter:* VITA Desid. Vienn. I 12 nefandi illius deceptoris -ae tabernaculum, diaboli.

1. avius, -a, -um. **1** *adi.: devius, invius – abgelegen, unwegsam:* WALAHFR. carm. 14,5,5 *fera* pergit lustra per -a (*cf. Verg. Aen. 4,151* invia). **2** *subst.:* **a** *neutr. (fere plur.):* **α** *proprie i. q. loca devia vel invia, deserta – abgelegene, unwegsame Gegend, Einöde, Wüste (cf.* GLOSS. III 224,33 St.-S. -um awike. *al.):* THEODULF. carm. 41,1,91 -a (*cf. Sedul. carm. pasch. 1,356* deserta) terribili perstringit voce *Marcus (sim.* CARM. imag. 23g,2,1). WALAHFR. Wett. 825 reportatum tam longa per -a corpus. ANNAL. Quedl. a. 999 p. 76,15 per vicos, per plateas, per compita, per -a. CHART. Rhen. med. I 307 p. 360,2 in . . . cultis et incultis, -is et inviis (*item in pertinentia:* ACTA imp. Stumpf 158 p. 216,8). *al. in imag.:* NOTKER. BALB. carm. 5,1 p. 139 -a perlustrans indignas quaerito causas *eqs.* **β** *translate i. q. error – Abweg, Irrtum:* PAUL. DIAC. carm. 13,5,2 -a qui *(poetae pagani)* sunt sequuti pergentes per invium. **b** *fem. plur.: loca invia, deserta – unwegsame Gegend, Einöde:* CARM. Aldh. 2,58 latrones . . . ., abstrahunt qui exuvias legentibus per -as *(v. notam ed.).*

2. avius (abius), -i *m. patris vel matris pater, avus – Großvater:* CHART. Bund. 35 p. 35,14 (a. 807) de parte -i illorum Quinti. DIPL. Karoli III. 12 p. 18,35 praecepta . . . -i nostri Hludowici (*sim.* DIPL. Otton. III. 231 p. 646,6. 291 p. 716,8). CATAL. Benev. (MGScript. III p. 203b,23sqq.) Paldolfus . . . vivente patre suo et abio electus est princeps . . .; regnavit cum abio suo . . . et post mortem -i sui regnavit cum genitore suo. *v. et* avus. *Payr*

1. aula, -ae *f.* (αὐλή) *?acc. sg.* -em: FORM. Senon. II 18. *plur.: p. 1237,36.1238,11.59.*

I *de partibus aedificiorum:* **A** *strictius i. q. atrium, oecus – Halle, Saal:* **1** *publ.:* **a** *proprie:* CHRON. Fred. 3,12 p. 97,11 ante -as palaciae. NOTKER. BALB. gest. 1,18 p. 23,21 ingrediuntur in -am variis tapetibus et omnigenis ornatam palliis. WALTHARIUS 315 ebrietas fervens tota dominatur in -a. COSMAS chron. 1,42 p. 78,16 per superioris -e cancellos. CHART. Meckl. 969 p. 217,18 acta sunt hec . . . in -a sive caminata nostra. *al. in nom. propr.:* GESTA Trev. cont. I 2 p. 176,21 oppidum quoddam, quod vocatur A-a Palacii (*'Palatiolum sive Pfalzel' ed.).* **b** *in imag.:* WALTH. SPIR. Christoph. II 1,20 *(de auctoribus Romanis)* tercius . . . annus . . . mihi Romanam . . . monstraverat -am *eqs.* THIOFR. Willibr. I A 4 p. 463B de uteri virginalis -a processit *rex aeternus.* HONOR. AUGUST. gemm. 1,127 haec *domus* etiam -a Dei nuncupatur, quia in ea convivium regis aeterni celebratur. *fort. huc spectat:* FORM. Wisig. 4 in -am ingenuitatis . . . vos esse congaudete (*cf.* 6 p. 578,8). **c** *meton. de personis in atrio congregatis:* WALTHARIUS 469 omnis ei mox -a reclamat. **2** *eccl.:* **a** *vestibulum – Vorhalle:* MILO Amand. 8 (MGMer. V p. 482,22) custodibus in -a basilicae relictis. ERINH. Heimer. 583 cum . . . templi dormit secus -am. DIPL. Heinr. III. 108 p. 137,23 in -a domus sancte Cumensis ecclesie. **b** *pars interior vel navis (ecclesiae) – Inneres (einer Kirche), Kirchenschiff:* VITA Lupi Senon. 9 (MGMer. IV p. 181,32) sanctus . . . -am petiit matris ecclesiae. TRANSL. Germ. 1 (MGMer. VII p. 423,3) ut eius *(s. Germani)* felicia membra . . . infra ipsius -am eccle-

[Sroder]

siae transferri potuissent. VITA Magni Fauc. 71 non fuit -a basilicae ad perfectionem operis perducta. **c** *dormitorium – Schlafsaal:* ALCUIN. carm. 96,1,3 nullo qui dormiat aevo, fratribus hac requiem dulcem concedat in -a. **B** *latius:* **1** *conclave – Zimmer, Raum:* **a** *proprie:* CHRON. Salern. 180 p. 558,27 ad -am, ubi . . . princeps . . . quiescebat *(item in palatio:* ANNAL. Ianuens. III p. 185,17 regem in quadam -a palacii Bononiensis carceri . . . manciparunt. *al.).* TRACT. de chirurg. 917 in mediam -am ducatur *aegrotus (sc. in sudatorio). de partibus chrismalis:* ALDH. ad Acirc. 66,3 nullus reserat nec limina pandit, culmina ni fuerint -is sublata quaternis. **b** *in imag. de ambitu modorum:* RUD. TRUD. (?) mus. 2,26 p. 97 (vs.) ex G g . . . componitur -a tetrardi. **2** *cella – Zelle, Kammer:* **a** *proprie:* **α** *de carcere:* WALTH. SPIR. Christoph. II 6,23 panditur . . . carceris -a. **β** *de habitatione monachorum:* WALAHFR. Wett. 245 decorus in -am angelus ingreditur (*cf.* 224). Gall. 1,19 reversus est *Gallus* ad dilectae solitudinis -am. **b** *in imag.:* FLOR. LUGD. carm. 24,1 de pectoris -a. EPITAPH. var. I 20,1 hic iacet opertus cespite telluris in -a. EPIST. Ratisb. 10 p. 321,20 licet in -a timoris positus vix loqui audeam. CHART. com. Mansf. III 24 p. 142,10 ne facta notabilia . . . ab -a memorie deleantur. **3** *coquina – Küche:* ALCUIN. carm. 26,48 Menalca coquos nigra castiget in -a.

II *de aedificiis totis:* **A** *palatium – Palast, Hof* (*cf.* GLOSS. I 8,31 St.-S. -a salihus. III 127,21 -a phalinza): **1** *proprie:* **a** *in univ.:* VITAE abb. Acaun. 1 (MGMer. VII p. 330,12) dum in -a regali sedulus famulator regiae potestati adsisteret *s. Ymnemodus* (VITA Mathild. II 9 diiudicabant Heinricum regno potiri, quia natus esset in -a r. *al. cf.* CAPIT. reg. Franc. 222 p. 106,6 Papie in -a regia). PASS. Praeiecti I 20 ut vir Dei ad -am regis . . . pergeret (VITA Elig. 2,41. *al.*). PAUL. DIAC. carm. 35,25 ornasti patriam doctrinis, moenibus, -is. COD. Karol. 54 p. 577,5 quod . . . in -a apostolica confirmatum est. WALAHFR. Wett. 875 palatinas . . . ad -as. CARM. Sangall. II 5,1,1 splendida marmoreis ornata est -a *abbatis* columnis. CAPIT. reg. Franc. 216 p. 92,4 in augustali -a. POETA Saxo 2,431 in Aquisgrani, quam condidit ipse -am magnificam. 3,453 Lateranensi . . . ab -a. PURCH. Witig. 170 sceptrigeram . . . deserit -am. THIETM. chron. 6 prol. 33 -a ducis. ADEMAR. hist. 3,56[ex.] vulneratus est praepositus ducis . . . et -a eius ibi diruta. WIPO gest. 7 p. 30,4 Papienses . . . ad imbellem -am ruentes. ROD. CAMER. Lietb. 3 p. 844,20 puer . . . educandus in -a pontificali. CHART. Xant. 44 p. 35,14 episcopalis -ę reparandę. CHRON. reg. a. 1107 p. 47,18 in secretario Goslariensis -ae. *saepe. in fabula:* ECBASIS capt. 635 conventus deserat -am. *expressius i. q. thronus – Thron:* WALAHFR. Wett. 579 ante Dei auratam prosternitur -am. THIETM. chron. 7 prol. 12 scandens cesaream post rector clarus in -am. **b** *de loco iudiciali:* CAPIT. reg. Franc. 222 p. 104,27 disponente iura regni . . . rege . . . in -a Ticinensi. DIPL. Conr. II. 212 institutum . . . traditionis . . . in -a Radisponensis civitatis . . . roboratum est. CHART. select. Waitz 20 p. 49,11 de teloneo . . . in -a respondebit *mansionarius.* CHART. Turic. 285 confirmatum in fisco Tureginsis -ę. CHART. Argent. I 139 p. 114,40 acta sunt hec in -a episcopali Argentinensi. *al. expressius i. q. iudicium aulicum – Hofgericht:* DIPL. Otton. I. 372 p. 510,33 omnibus imperialem -am quaerentibus (448 [spur.] i. -am super hoc appellare). CHART. Salem. 548 p. 151,35 presidentibus . . . nobis pro tribunali -e imperialis apud Basileam in curia prepositure). **c** *de officiis palatii:* DESID. CAD. epist 1,6 totius -ae immoquae regni rectorem Grimoaldo maiorem domus. ANGILB. carm. 2,56 (MGPoet. I p. 361) magnae primicerius -ae. WETT. Gall. 21 praesules -ae regalis. EINH. Karol. 1 p. 3,15 praefectus -ae. PETR. DAM. disc. p. 88,20 amministratoribus -ae publicae. CONST. I 172 p. 238,15 Rainaldo . . ., imperialis -ę cancellario (CHART. Welt. 13. *al.*). ORD. coron. imp. 17,3 cum . . . officialibus et ministerialibus -e papalis. CHART. Tirol. 663 imperialis -e dapifer. 686 imperialis -ae prothonotarius. CHART. Raitenh. 77 p. 81,9 imperialis -e marescalcus. **2** **a** *meton. de personis ad palatium pertinentibus:* IONAS BOB. Columb. 1,24 p. 207,11 ob quibusdam erroribus, quos vix -a regia caret. Ved. 7 erat *Vedastis* gratus paenes regiam -am. VITA Elig. 1,15 p. 681,6 ut . . . -ae regis praesentaretur metallus. PETR. DAM. disc. p. 77,24 cum . . . -a regia suum tueatur electum. CHRON. Reinh. a. 1211 p. 578,12 mores, quos arbitrati sunt imperiali -e minime conducere. *al. in fabulis:* ECBASIS capt. 566 palatinam quod condecet -am. NIVARD. Ysengr. 6,343 suppetit ingluvies -ę. **b** *in imag. de caelo sim.:* ALDH. virg. II 1379 inferni furva regnavit *Pluton* in -a. VITA Eucher. prol. (MGMer. VII p. 46,32) ad caelorum . . . -as. EPIST. pont. Rom. sel. I 2 p. 29,29 iustitiae sedis, fidei domus, -a pudoris (TIT. metr. III 3,1,3 fidei -a, p. [*de fonte v. notam ed.*]). WALAHFR. Wett. 397 aeterni . . . regis in -am. DIPL. Arnulfi 9 ianuam -e celestis. HROTSV. Pel. 389 sidereae . . . -ae. WALTH. SPIR. Christoph. II 5,92 -am cunctorum . . . iocorum. THIETM. chron. 6 prol. 15 in aetheria . . . -a. SALUTARIS POETA 217 (ed. P. Leyser, Hist. poet. et poem. p. 2067) aeterni solis in -a. *saepe.* **c** *alleg.:* HRABAN. univ. 14,20 p. 389[D] -a . . . sanctam ecclesiam significat aut conscientiam mundissimae animae *eqs.* **3** *translate:* **a** *dominatio – Herrschaft:* ALCUIN. carm. 3,4,2 apostolicam tenuit tunc Sergius -am. PAUL. DIAC. Rom. 14,1 Marcianus Orientali -ae praeficitur imperator. THEOD. TREV. transl. Celsi 10 imperator vero uti catholicissimus mundialis -ae rector. *fort. add.:* GESTA Camer. 1,12 ab isto ceterisque successoribus eius Camaracensis aecclesia specialem principatus -am accepit. **b** *usus (loquendi) ad palatium pertinens – höfischer (Sprachge-)Brauch:* LUDOLF. summ. 3 p. 369,10 ista recesserunt ab -a. **B** **1** *basilica–Kirche:* ALDH. carm. eccl. 1,5 hic Petrus et Paulus . . . alma venerantur in -a. COD. Karol. 21 p. 524,17 infra -am ipsius principis apostolorum. DONAT. Trud. 25 (MGMer. VI p. 294,1) venit *caecus* ad sacratissima limina sanctae -ae, in qua . . . beati viri corpus . . . humatum dinoscitur. HRABAN. carm. 46,2 praecursor Domini . . . hanc -am inhabitat. EPITAPH. var. II 59,4 -e conditor huius. DEDIC. Brix. (MGScript. XV p. 1110,31) hec -a consecrata est a . . . episcopo. *saepe. in nom. propr.:* OTTO FRISING. chron. 7,32 p. 361,7 apud Veterem A-am (*'Vetralla'*). *in imag.:* EKKEH. IV. bened. I 28,27 super hanc petram Dominus struet -am (ecclesiam *Vulg. Matth. 16,18*). **2** *monasterium, aedificium monasteriale – Kloster, Klostergebäude:* CHART. Rhen. med. I 198 p. 258,22 (a. 955) super hanc . . . virginis Marie -am. ADEMAR. hist. 3,35[in.] Arnaldus in -a sancti Eparchii factus monacus. VITA Walar. 14 (MGMer. IV p. 166,6) -arum vel aedium fabrica. TRAD. Michaelb. 1[b] p. 773,2 Deo suisque electis in eadem -a servientibus. CHRON. Bened. II 6 *regina* in vestitu religionis ad sancti Michaelis celebrem tunc pudicie -am se contulit. *al.* **C** *domus, sedes – Haus, Sitz:* **1** *in imag.:* ALDH. virg. I 43 p. 296,4 -ae structuram . . . robustissimae petrae imposuit *Iustina (cf. Vulg. Matth. 7,24).* ERMOLD. Ludow. 3,53 iustitiae virtus nullam sibi vindicat -am. **2** *translate i. q. structura – Bau:* HERRAT hort. p. 153 est opus, ut comedat . . ., quae si non faciat, corporis -a ruat.

III *de areis sim.:* **A** *locus curtis, propatulum – Hofstatt, Hof:* CHART. Sangall. A 257 p. 245,12 (a. 820) hobas vestitas cum mancipiis ad -am nostram vel curtem pertinentibus. FROUM. carm. 11,39 firmemus vectibus -as. *in nom. propr.:* CHART. Heist. 100 (a. 1247) conventus monasterii de A-a sancti Petri (*'Peterhof'*). *fort. add.:* DONIZO Mathild. 1,697 Maronis dicitur -a hactenus et silva, per quam pascebat ovillas. **B** *regio – Stätte (in imag.):* THIETM. chron. 6,10 Saxoniam . . . securitatis ac tocius ubertatis quasi florigeram paradisi -am.

2. aula *v.* olla. **3. aula** *v.* ala.

***aulaces,** -ium *m.* (*cf.* aula) *palatini – Hofleute* (*cf.* GLOSS. I 8,34 St.-S. -es chamarare. 9,34 -es inchnehta): HUGEB. Willib. 6 p. 106,14 *(in imag.)* cum innumeris -ium magistratu multiformiter militando Domino dignum adquisibit *Willibaldus* populum.

aulaea *v.* aulaeum.

[*Sroder*]

***aulaearius** (-le-), -a, -um. *pro aulaeo usurpatus – Vorhang-:* GALB. Karol. 35[in] transtulerunt in ecclesiam . . . cortinas et aulearia quoque tapeta.

***aulaeatus** (-le-), -a, -um. *aulaeo tectus – mit einer Decke bedeckt:* CAES. HEIST. hom. exc. 17 p. 70,27 solium auleatum vel sedem stratam.

1. aulaeum (-le-), -i *n. vel rarius* **aulaea** (-le-), -ae *f. (v. l. 13. 16. 19)* (αὐλαία) *metr.* -lĕ-: *l. 17.*

stragulum, velum, tapete – Decke, Vorhang, Teppich (cf. GLOSS. III 190,47 St.-S. aulea dicuntur vela picta, gemalte umbeanch. 376,34 alueum [*i.* auleum] umbehanc; cortina idem; peripetasma idem, sed expressius dicitur umbelachen. IV 132,34 aulea cortina regia, umbehanch. *saepe):* **1** *gener.:* AETHICUS ISTER 84 p. 66,11 afferantur -a Cypria, diutina tapetia. THIETM. chron. 5,4 sedilia auleis ornata. ODO Ern. duc. 1 p. 315[c] -as sternunt famuli. *in imag.:* ABBO Sangerm. bell. 3,77 aulea (gloss.: vela) ne angustent animam sceleris. **2** *eccl.:* ALCUIN. carm. 1,366 maior relliquias quas tunc aulea tegebat. CONFL. ovis et lini 567 preciosa suis surgunt -a figuris. NIVARD. Ysengr. 5,864 tres *fratres* aulęa quater scriniaque octo tegunt. HERBORD. Ott. 1,22 in cortinis, auleis et tapetibus. TRAD. Ensd. 117 stolis ex auro et gemmis et auleis. *al. de velis tabernaculi foederis:* RANGER. carm. 987 figere paxillos, vectes, aulea *(cf. Vulg. exod. 35, 11sqq.)* movere.

2. *aulaeum (-le-), -i *n.* (*cf.* aula) *aula, palatium – Halle, Palast:* FUND. Brunw. 5 p. 128,7 quam *(sanctam crucem)* . . . Helena . . . honorificandam Constantinopolitanis invexit auleis.

***aulaeus**, -a, -um. (*cf.* αὐλός) *tibialis – Flöten-:* AETHICUS ISTER 98 p. 73,27 organa -a (aule *D*).

***aulata**, -ae *f.* (*cf.* aula?) *?aedificium vel tributum (ad curtem pertinens) – ?(Hof-)Gebäude, Abgabe (von einem Hof):* CHART. Laus. 81 (a. 1216) Huo de Grancon dedit gageriam capitulo pro emendatione -arum quidquid habebat apud Essertines pro VIII libris.

***aule**, *acc. pl.* -es *subst.* (*cf.* αὐλός) *fistula, tibia – Rohr, Flöte:* WALTH. SPIR. Christoph. II 1,89 proiecerat *Minerva* -es. HIER. MOR. mus. 2 p. 12,10 dicitur hydraula . . . ab hydor . . . et -e Graece, quod est cannula vel tibia.

aulea *v.* 1. aulaeum. ***auleda** *v.* *auloeda.

1. *aulensis, -e. (*cf.* aula) *palatinus – Palast-:* ALCUIN. carm. 32,27 ebrius in tectis Corydon -bus errat.

2. *aulensis, -e. (*cf.* αὐλός) *tibialis – Flöten-:* THEODULF. carm. 27,26 Tityrus -es delicias sequitur.

***auleta**, -ae *m.* (*cf.* aula) *plur. i. q. palatini – Hofleute:* CARM. Cent. 138,11 -is . . . cum . . . primis. 141,4 -is Caesaris egregiis. 142,3 -as inter Karoli nullique secundus extitit *Rhuodulfus.*

auleticus, -a, -um. (αὐλητικός) *tibialis – Flöten-:* ERMOLD. carm. app. 1,21 organa centigenis resonant -a hymnis.

auleum *sim. v.* aulaeum.

***auleus**, -i *m.* (*cf.* aula) *plur. i. q. palatini – Hofleute:* VITA Aniani 10 (MGMer. III p. 116,6) sanctus Anianus uni se ex -is (aulis *4[a.b]*, aulicis *3*) Egitio patricio manifestavit.

***aulicola**, -ae *m.* (*cf.* aula) *minister palatii – Höfling:* BERNH. GEIST. palp. 1,92 -a, cui cordi curia sola (2,215). *v. et p. 1240,19.*

***auliculus**, -i *m.* (*cf.* aula) *plur. i. q. palatini – Hofleute:* LAND. MEDIOL. hist. I 2,15 p. 52,19 -orum conventu frequentissimo principales videbantur *urbes.*

aulicus, -a, -um. (αὐλικός) *form. plur. subst.:* *nom.* -cae, -gae: *p. 1240,21.* *gen.* -cum, -gum: *p. 1240,22.* *acc.* -cas, -gas: *p. 1240,19sq.*

I *adi.:* **A** *ad aulam pertinens, palatinus – höfisch, Hof-, Palast-:* **1** *de rebus:* IONAS BOB. Columb. 2,23 p. 280,18 post -as (-os *var. l.*) honores. ERMENR. ad Grim. 1 p. 536,16 inter -os beatorum augustorum mores . . . enutritus. THANGM. (?) transl. Epiph. 7 servitio. THEOD. THEOL. Conr. 2 p. 214[b], 39 vir . . . -ae nutriturae. GERHOH. aedif. 6 (15) p. 146,16 iusticiam forensem sive -am. *al. in nom. propr.:* FUND. Hild. 1 p. 941,14 villam A-am ab insigniente eundem locum regis aula appellatam (p. 942,3). *in imag. de caelo:* THEODULF. carm. 50,2 -a porta poli. **2** *de anim.:* VITA Ansb. 4 (MGMer. V p. 621,23) -us scriba doctus (CHART. episc. Hild. I 62 p. 56,20). DIPL. Ludow. Germ. 170 p. 239,35 Erluuin -us preses. PETR. DAM. disc. p. 88,1 ab -is amministratoribus. TRAD. Scheftl. 144 -us comes (NECROL. III p. 189,30. *al.*). *al. adde:* SIGEBOTO Paulin. 33 p. 926,8 *(de regis ministerialibus)* -i canes (*cf.* 29 p. 923,40). *in imag. c. sensu blanditiae:* HEINR. AUGUST. planct. 504 par et consimilis est aucupis -a uulpis (SALUTARIS POETA 113 [ed. P. Leyser, Hist. poet. et poem. p. 2062]). **B** *basilicaris – kirchlich:* THEODULF. carm. 49,7 -a . . . delubra. VULF. Marc. 233 -a . . . templa.

II *subst. masc. i. qui ad aulam pertinet, minister palatii – Angehöriger des Hofes, Höfling (fere plur. i. q. palatini – Hofleute; cf.* GLOSS. II 77,65 St.-S. -os palatinos phalanzliutin. III 134,42 -us houetrût vel houelînch. IV 132,35 -us houeman): **A** *strictius:* IONAS BOB. Ved. 7 p. 315,1 inter -os (aulicolas *var. l.*) regis. Columb. 1,19 p. 189,23 -gas (-cos, -cas *var. l.*), obtimatis. p. 190,3 obtemperantis (*i.* -es) . . . -gae (-ci, -cae, -ce *var. l.*) persuasionibus . . . reginae. p. 191,8 -gum (-cum *var. l.*) . . . vota. PASS. Praeiecti I 22 rex et -i eius. VITA Lupi Senon. 8 (MGMer. IV p. 181,12) regius -us. ANNAL. Einh. a. 796 p. 99,12 inter optimates et -os ceterosque in palatio suo militantes. ERCHEMB. CAS. hist. 76 -um et patricium. LIUTPR. antap. 5,32 -i vel cubicularii. ADAM gest. 3,5 p. 147,19 cesarem . . . et -os. PETR. CAS. (?) chron. 4,114 p. 831,19 accitis imperii -is. COD. Udalr. 167 p. 294,28 -is et palatinis. *saepe. in imag.:* WIGAND. Waldg. 23 -us superni regis. *remissius de servis ducis:* NADDA Cyriac. I 11,11 -os suos . . . ad se vocavit *Trason magister militum.* CHRON. Noval. 5,23 sunt omnes *servi* nuper vocati -i. **B** *latius i. q. procer – ein Vornehmer:* VITA Pirmin. I 1 non solum apud -os, verum etiam apud egenos. CONST. I 391,7 p. 557,32 -i . . . et vulgares convenerunt.

auliga *v.* aulicus.

auliscus, -i *m.* (αὐλίσκος) *parva tibia ad infundendos liquores purgatorios apta – Röhrchen zum Einführen von reinigenden Flüssigkeiten:* RECEPT. Bamb. 67 per -um lavavis *vulnus* cum mulsa . . ., et deinde sic aliquo medicamene per -um uteris, qui purgari . . . posset. ALPHITA I p. 279,13 -us est instrumentum iniettorium, inde etiam -us othicus, id est instrumentum illud, per quod iniiciuntur liquores in aures. THEOD. CERV. chirurg. 3,11 p. 163[B].

aulocia *v.* aristolochia.

***auloeda** (-le-), -ae *f.* (*cf.* αὐλῳδός) *quae (ad tibiam) canit – Sängerin (zum Flötenspiel):* WALTH. SPIR. Christoph. II 1,182 intulit auledas iuvenili corpore quinas musica.

1. aulon, -onis *subst.* (αὐλών; *cf. nom. propr.* Aulon) *vallis – Tal:* VITA Serv. 12 p. 44,9 quem Abraham ad -em Mambre (*Vulg. gen. 18,1* in convalle Mambre) . . . conspexit. OLIV. descr. p. 23,3 Engadi in tribu Iuda . . ., que est in -e Iericho, hoc est in regione illa campestri.

2. *aulo(n), -onis *subst. (orig. inc.) turdus – Drossel:* ALBERT. M. animal. 6,5 animal, quod triangel (*p. 559[a],5* αἱ δὲ κίχλαι) Graece et -es Latine vocantur.

***aulona**, -ae *f.* (*cf.* aula) *de specie navis bellicae i. q. navis palatii similis – palastähnliches Schiff:* AETHICUS ISTER 95 p. 72,15 -as altas et breves naves cum ingeniosissimis obliquis fenestellis. p. 72,28 istas . . . naviculas vehementes . . . philosophus sua arte instruxit . . . et ob hoc -as nuncupavit velut maris aut navium palatia. 106 p. 80,4 propter -as laborum nostrorum fabrefactas dromunculas.

?*aulonis *adi.* (*cf.* *aulona) *palatii similis – palastähnlich:* AETHICUS ISTER 36 p. 23,8 mare brumericum . . ., triumphatorium hostium cachinfatorum naufragium -ium navium.

***aulopias** *(m.)* (αὐλωπίας) *species thynnorum – Thunfischart (cf. R. Strömberg, Studien zur Etymologie und Bildung der griech. Fischnamen. 1943. p. 41sq.):* ALBERT. M. animal. 6,92 dolokyez (*p. 570[b],19* αὐλωπίας) . . . in aestate pullificat.

[Sroder]

***aumasticus** *v.* *amasticus.

aumatium, -i *n.* *(orig. inc., cf. W. Heraeus, ArchLatLex. 11. 1900. p. 68sq.)* *species aedificii – Gebäudeart (cf. Atto Vercell. polypt. p. 30,16 [ed. G. Goetz. 1922]* statuunt -a [gloss.: loca sunt secreta in theatro] et componunt tristega): LAND. MEDIOL. hist. I 2,2 p. 45,43 locantes *imperatores* in ea *(civitate Mediolani)* . . . imperiale palatium, theatrum decentissimum, -um, thermas (2,15 p. 52,1). *?de nidis avium:* EUGEN. VULG. syll. 31A,19,2 tunc versa castra plumea sparsim legunt -a.

***avo**, -onis *m.* (*cf.* avus) *avus – Großvater (plur. i. q. avus et avia – Großeltern):* TRAD. Frising. 22 (a. 765/67) pro remedio anime nostrę sive parentum nostrorum, id est pro patre vel matre seu -es et pro omnibus, qui de propinquitate nostra sunt. 62 sicut olim ab -e nostro atque genitrice traditum fuerat. *v. et* *avio.

***avocabulum**, -i *n.* (ad *et* vocabulum) *vicus – Weiler:* DIPL. Otton. I. 253 p. 362,15 ⟨corti⟩ cellam unam, qui coniacet in -o Toppo. 400 p. 545,11 ipsa petia de terra in -o Forne. DIPL. Heinr. III. 190 ęcclesia . . . posita in -o (vocabulo DIPL. Conr. II. 257) Uerniano. 292 p. 397,19 casam et curtem in -o Colle *eqs.*

avocamentum (adv-), -i *n.* *deflexus – Ablenkung:* HUMB. Sim. 2,12 p. 152,19 cuius *(viperae)* natura tam abhominabilis est hominibus, ut, cum nullo experimento ab eis sciatur, vix sine -o animi audiatur, cum forte refertur. LAMB. HERSF. annal. a. 1076 p. 275,4 ut oppressas merore . . . mentes hoc ad-o recrearent.

***avocatia** *v.* *advocatia.

1. avocatio, -onis *f.* **1** *reiectio – Zurückweisung:* HONOR. AUGUST. spec. p. 1087D (vs.) hinc veri affirmatio, inde errantis -o. **2** *relaxatio, delectatio – Zerstreuung, Erbauung:* AGOB. epist. 2,8 p. 155,40sq. hęc sunt, quę ineffabiliter iocundissimam prestant -em pię et fideli animae et talem -em (adv- *cod. a. corr.*), qualis *eqs.* p. 156,2 -es carnalium mentium. 2,9 p. 156,7 quicumque . . . quęrit consolationem et -em in diviciis.

2. avocatio, avocator, avocatus *v.* adv-.

1. avoco, -avi, -atum, -are. **1** *trans.:* **a** *avertere, abstrahere – entziehen, wegnehmen:* CHART. ord. Teut. 204 p. 197,3 (a. 1237) promiserunt homines nostros populares servilis seu libere conditionis nec per se nec per alios aliquatenus -are. CHART. Argent. I 432 renunciamus . . . quolibet iuris auxilio . . ., per quod prefata bona retrahere possemus et -are a priore et fratribus. **b** *relaxare, delectare – zerstreuen, erbauen:* AGOB. epist. 2,8 de hac avocatione Dominus precipit per prophetam: 'loquimini ad cor Iherusalem et -ate (advocate *Vulg. Is. 40,2*) eam'. 2,9 quicumque . . . neglegit in his summis rebus . . . -are animos fidelium. **2** *intrans. i. q. deminutionem inferre – Abbruch tun:* WALAHFR. carm. 28,13 nihil est, quod adhuc felicibus -et annis.

2. avoco *v.* advoco. ***avocria** *v.* *advoeria.

***avogadria** *v.* *advocadria. ***avoiria** *v.* *advoeria.

***avolito**, -are. *commotum esse – erregt sein:* WILLIR. cant. 6,4 p. 48 ipsi *(ocelli tui)* me plane fecerunt -are (avolare *Vulg. cant. 6,4*).

***avollium**, -i *n.* (*ital.* avolio, avorio *ab* eboreus) *ebur – Elfenbein:* IOH. sacerd. 204 si vis aurum . . . scribere in vitro, ferro, -o (gloss.: ut -um antiquum reddatur ad bonum colorem) *eqs.* ANNAL. Plac. a. 1248 p. 496,23 cuius *(elephantis)* corpus sepelitum fuit, ut ossa ad effectum -i pervenerint.

avolo, -avi, -are. *script.* abv-: *l. 67sq.*

1 *proprie:* **a** *volando abscedere – fortfliegen:* RUD. FULD. mirac. 11 p. 337,6 musca nigerrima . . . ab ore eius visa est -are. ARNOLD. LUB. chron. 5,27 p. 207,5 litteras sub umbilico columbe . . . ponunt et eam -are permittunt. FRID. II. IMP. art. ven. 4 p. 90,17 grues . . . consueverunt . . . ab-are. 6 p. 221,16 cum longe ab-verit *avis. al. volare – fliegen:* VITA Corb. 12 aquilam in aeris altitudine -antem (volantem *var. l.*). *in imag.:* EKKEH. IV. pict. Sangall. 37 sacer -at inde Columbus. **b** *delabi – herabschweben:* THEOD. THEOL. Conr. 4 p. 216b,51 molem gravis corporis ter, ut ita dicam, -are. **2** *translate i. q. aufugere – entfliehen:* WALAHFR. carm. 14,6,6 ni frenis bene presseris *pullum* . . ., te deponit et -at. DIPL. Otton. III. 324 p. 753,3 de huius vitę carcere honestius -are (*cf.* CHART. episc. Halb. 1078 p. 279,31 si vero aliquis . . . iubente Domino -arit a seculo).

***avolvo**, avolutum, -ere. *detendere – abbrechen:* ALBERT. AQUENS. hist. 11,20 -tis (avulsis *var. l.*) tentoriis.

avonculus *sim. v.* avunculus. *Sroder*

1. *avorsus *subst.* (*cf. theod. vet.* werran) *?pecus agitata et laesa – ?gehetztes und verletztes (Stück) Vieh:* STATUT. Altah. (MGScript. XVII p. 357b,53; cod. s. XIII.) -us dicitur awersn (*cf.* LEX Baiuv. 14,4 recipe animal, quod lediști, quod nos auursam [auursan, auorsam, aworsen, aborsum *sim. var. l.*] vocamus). *Schmidt*

2. avorsus, avortivus *v.* abo-.

1. aura, -ae *f.* (ἀΰρα)

I *proprie:* **A** *notione flatus servata:* **1** *(levis) flatus (venti), ventus – (leichter Wind-) Hauch, Wind:* **a** *gener.:* VITA Pirmin. I 6 fecit umbraculum aestivas ad declinandum -as. WETT. Gall. 2 p. 258,3 prosperis . . . succedentibus -is sinus Brittanicos tangebant. WALTHARIUS 352 horreat ut cunctos -ae ventique susurros. POETA Saxo 2,172 vernalis et -a iucundum spirans. EPIST. Ratisb. 10 p. 324,19 de -a venationi apta *loquuntur.* HILDEG. phys. 6,7 p. 1291D vultur . . . naturaliter tempora -arum et -as temporum novit. CARM. Bur. B 57,5,2 optat Thetis -am quietis. *saepe. de vento certo (cf. Isid. orig. 13,11,16sq.): v. p. 504,23.* **b** α *alleg.:* HRABAN. univ. 9,26 p. 282D -a significat tranquillitatem bonae mentis contemplantis Deum. β *in imag.:* GESTA Camer. 1,28 ut . . . volumina . . . -is quidem ridentibus disperirent. 2,4 p. 457,4 maximam partem invidae -ae se rapuisse laetantur. EPIST. Ratisb. 1 p. 275,2 quę . . . necessitate -ę commendavi. γ *per compar.:* HRABAN. univ. 9,26 p. 283A quasi . . . sibilum tenuis -ae percipimus. EPIST. Meginh. 5 p. 197,9 velut -a eos *(nuntios)* afflasset. **2** *tempestas, procella – Unwetter, Sturm:* BEDA hist. eccl. 4,3 p. 210,22 si . . . violentior -a insisteret. VITA Liutg. III 2,731 -am . . . fecisti, diabole, sit tempestas ista tecum maledicta. ALBERT. STAD. annal. a. 1249 p. 372,31 propter horrorem -ae. CHART. Gelr. 968 p. 936,21 per ventum magnum et impetuosum aut -am turbulentam et intemperatam. *al.* **3** *odor – Duft (cf.* GLOSS. II 460,41 St.-S. -as stanche i. pisamvn): TRANSL. Patrocli p. 281a,25 augebatur . . . -a delectabilis, donec veniretur ad corpus sancti martyris. **4** *?spiritus – ?Atem:* WILH. SALIC. chirurg. 1,18 p. 309F quę *(inflatio faciei)* dicitur in vulgari buzicaga (*cf. ital.* buzzicata) vel -a cervina vel gutta rubea. **B** *notione flatus evanida:* **1** *gener. i. q. aer – Luft:* ALDH. ad Acirc. 99,1 cunctis -a vescentibus aethrae ([*ex Verg. Aen. 3,339*]. HROTSV. Abr. 1,4 duas olympiades vitali -a vesceretur. CHART. Naumb. 398 p. 360,23 quamdiu presenti vescitur -a. *al. cf.* HROTSV. Mar. 117 an frueretur . . . calida vitaliter -a. TRAD. Ratisb. 261 p. 218,28 qui istius vitę -a adhuc pociuntur). REGINO chron. a. 867 p. 92,23 loricam deposuit, ut -a collecta . . . refrigeraretur *(cf. Lucan. 5,429).* TRAD. Ratisb. 261 p. 218,19 omnibus superne -e spiramina retinentibus. HILDEG. caus. 1 p. 16,26sq. luna . . . in se excipit foeditatem inutilitatis -arum . . ., stabilitatem utilis -ae. *al. expressius i. q. frigus – Kühle (spectat ad Vulg. gen. 3,8):* GLOSS. I 303,3 St.-S. ad -am post meridiem i. in der chȗlin after undirn. II 555,42 -am chuoli. *ibid. al.* **2** *meton.:* **a** *regio aere expleta – Luft(raum), Lüfte:* α *strictius:* ALDH. carm. eccl. 4,1,30 aethereas dimittens furcifer *(Simon Magus)* -as cernuus ad terram . . . corruit. CAND. FULD. Eigil. II 17,6 vexilla . . . tolluntur in -am. WALTHARIUS 714 ignem . . . transfudit ad -as. HROTSV. Abr. 3,14 flebilibus sonis -as pollui. Gong. 248 cecidit nubecula parva, quae volitans -a ante fuit vacua. 483 expirans animam martir . . . tollitur ex -a vegiturque per astra serena. *saepe. in imag.:* PAUL. DIAC. carm. 19,29 nodos (*i. aenigmata)* pandere . . . per -as. ALCUIN. epist. 215 p. 359,7 has *(litteras)* . . . in -as direxi, ut vento ferente in vestras pervenissent manus. β *latius de sede beatorum:* BEDA hist. eccl. 5,12 p. 307,7 exemtum

[Baader]

tenebris in -as me serenae lucis eduxit. WALAHFR. Wett. 153 vectum *Eliam* . . . leves affatur in -as. CAND. FULD. Eigil. II 24,9 undantem . . . animam superas proflabat ad -as. ANNAL. Quedl. a. 1018 Thiatburg . . . coelesti locatur in -a. *al.* **b** *caeli status – Witterung* (*cf.* GLOSS. III 223,62 St.-S. -a weter): HUGEB. Wynneb. 2 p. 107,36 ne . . . gelida hiemis -a nibata et nebulata . . . inruentes congelescerent. ALCUIN. epist. 153 p. 248,22 sollicitus sum . . . propter has -as (-es *var. l.*) durissimas. HILDEG. caus. 2 p. 97,3 de halitus foetore in -a nebulosa. STATUT. ord. Teut. p. 63,27 -e inequalitas. IOCALIS 248 apparente nova luna dinoscitur -a. CHART. Merseb. 390 que *(ecclesia)* per tempestatem -e, videlicet per tonitrua, turbinem ventorum, ymbrium et grandinum . . . concussa est. *expressius de intemperantia caeli:* HILDEG. caus. 1 p. 17,7 humectationes hominum . . . notari non debent . . . secundum -am aeris, scilicet pluviae aut siccitatis hiemis aut aestatis. phys. 5,13 p. 514,28 (add. cod. G) voce sua gallus -am advocat. **c** *aurora – Morgenröte:* WALAHFR. Wett. 324 tertia cum radios semper produxerit -a ([gloss. RO: pro aurora]. *sim.* 913 [gloss. R: dies]). WALTH. SPIR. Christoph. II 4,179 ut pulcra suum reseraverat -a cubile *(cf. Verg. Aen. 4,585).* 6,157 candidulam fugiebat Lucifer -am. 6,244 postera . . . -a *(cf. Verg. Aen. 4,6).* **d** *septentrio – Norden* (*cf. H. Bosshard, Saggio di un glossario dell'antico Lombardo. 1939. p. 355 s. v.* ventus): CHART. Ticin. 194 (ed. L. Brentani, Cod. dipl. Tic. III p. 25,1; a. 1239) ab illa parte -e, quod solarium fuit illorum quatuor. ibid. p. 25,5 versus -am. **C** *per confusionem ut vid. i. q. species robiginis frumenti – Art des Getreiderosts: v.* aurugo *p. 1262,49.*

II *translate:* **A** *splendor – Glanz:* CARM. var. III 1,37 ut . . . aeterni . . . fruar post mortem luminis -a. WALTH. SPIR. Christoph. II 1,213 inter quę *(signa)* rutilae resplenduit -a Coronę. **B** *fama, gloria – Ruf, Ruhm:* WALAHFR. carm. 38,1 fama tui celebrem mihi nominis -am attulit (*cf.* 42,4). EPIST. Meginh. 30 p. 228,27 ut opinionis tue -am gratiosam . . . probitatis tenore corrobores. EPIST. Hann. 105 p. 174,12 nostra persona, quę nonnulla litteratorię professionis -a aliquando percrepuit. **C** *temperantia – Fassung:* CARM. de Cass. 457 vires revocans -am mentisque receptans. **D** *impetus, molestia – Ungestüm, Unbill:* ANSO Ursmar. 2 (MGMer. VI p. 457,5) si grassata esset in ecclesia -a persecutionis. HROTSV. gest. prol. 2,38 quo . . . *verba* titulo signata . . . despectus nimia meriti tueantur ab -a. FROUM. carm. 20,50 tangimur invalidi permagni criminis -a. *fort. add.:* CAND. FULD. Eigil. II 25,7 haec nam conditio misera diraque sub -a condita fata manent cunctis mortalibus aegris. **E** *res futilis, inconstantia – Nichtigkeit, Wankelmut:* WANDALB. martyr. prop. 1 carmine qui vacuas captavi saepius -as. WALTH. SPIR. Christoph. I prol. p. 65,32 absit . . . hinc procul -e vulgaris opinio.

2. aura *v.* auris. **auramentum** *v.* atramentum.

auraria, -ae *f. ars aurificum – Goldschmiedekunst:* PASS. Thiem. II 12 p. 59,14 operatorias artes . . ., scilicet -am et huiusmodi omnes profiteor.

aurarius, -i *m. aurilegulus, qui censum auro persolvit – Goldwäscher, der in Gold zinst (cf. P. Dollinger, L'évolution des classes rurales en Bavière. 1949. p. 353sq.):* DIPL. Otton. I. 33 hobas dominicales, quas pridem -i insederant. 126 curtem regalem 1 cum . . . barscalkis, -is *eqs.* TRAD. Ratisb. 196 predium . . . cum . . . vinitoribus et -is. TRAD. Salisb. I 71 p. 288,2 *(inter testes)* Wizili -us. *v. et* *aurearius, *auridator.

1. auratus *v.* auro. **2. auratus** *v.* auguratus.

***aurearius,** -i *m. aurilegulus, qui censum auro persolvit – Goldwäscher, der in Gold zinst:* DIPL. Otton. I. 29 locum . . . cum . . . mancipiis . . . et -is . . . donavimus. TRAD. Ratisb. 195 curtem cum . . . vinitoribus et -is. *v. et* aurarius.

aurefex *v.* aurifex.

aureolus, -a, -um. *script.:* ar-: *p. 1244,37sq.* -rco-, -rto-: *p. 1244,37sq.* -rio-: *p. 1244,5.21.*

I *adi. i. q. aureus – golden, Gold-:* **A** *proprie:* **1** *ex auro fabrefactus, inauratus, auro ornatus – aus Gold hergestellt, vergoldet, goldverziert:* WALAHFR. carm. 22,1,4 fulsit in -is (aureis *Vulg. I Macc. 6,39*) . . . sol clipeis. FOLCUIN. Lob. 27 crux. PURCH. Witig. 444 gemmis. METELL. Quir. 6,45 caudex -us sex calamos habens *(cf. Vulg. exod. 25,31). in nom. propr.:* COD. Wang. Trident. 22 p. 59,8 (a. 1185) non longe a Porta Auriola. *de symbolis sanctitatis:* HYMN. Hraban. 23,3,4 confert *Martinus* . . . stellis -a serta micantibus. NOTKER. BALB. hymn. p. 90 iuvenis . . . ramum -um retinet. EKKEH. IV. bened. I 14,62 *Benedictus* -am ponet tibi fronte corollam. *al.* **2** *ex nummis aureis constans – aus Goldstücken bestehend:* METELL. Quir. 3[a],26 strenae. **3** *nummos aureos conferens – Goldstücke spendend:* THEODULF. carm. 25,18 -as . . . manus, pauperiem quae abolent. **4** *speciem vel colorem auri exhibens – goldartig, -farben:* MARB. RED. lap. 15,3 *chrysoprasus* -is guttis . . . renidet. THEOPH. sched. 1,26 quod *tabulae stagneae* -um colorem . . . trahant. 1,29 quae *(pictura)* . . . apud quosdam vocatur -a. **B** *translate de beatitudine:* PURCH. Witig. 8 tempora . . . -ae pacis.

II *subst.:* **A** *masc.: avis quaedam colore croceo insignita – Pirol (Oriolus oriolus L., cf. v. Wartburg, Frz. etym. Wb. I. p. 178sq.):* CARM. lyr. 2,1 (NArch. 50 p. 582; s. X.) est nominatus -iolus clarus. **B** *fem.:* **1** *theol. i. q. gloria animae accidentalis, nimbus – akzidentelle Glückseligkeit der Seele, Heiligenschein (cf. LThK.* [2]*I. p. 1109):* CAES. HEIST. Elis. I 9 p. 358,8 tria esse genera hominum, quibus -a debetur, hoc est martyres, virgines et prelatos *eqs.* hom. II p. 106[b] est . . . -a quaedam decentia et singularitas, quae non sanctis omnibus debetur. ALBERT. M. bon. 318 p. 177,38 in quo fructus *castitatis* differt ab -a et aurea et beatitudine, quae dicunt etiam praemia sanctorum. *al. (v. ind.).* Is. 28,5 p. 308,35 hae sunt duae coronae in beatitudine, una substantialis, quae dicitur aurea, alia accidentalis, quae dicitur -a. SALIMB. chron. p. 297,9 quod ego et frater Salimbene habeamus -am. *ibid. al. in imag.:* GERHOH. Antichr. 1,32 p. 341,42 -am heresium suarum . . . non deserebant *Samaritani.* **2** *bot.:* **a** *heliotropium – Ringelblume (Calendula officinalis L., cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. I. p. 715sqq.):* GLOSS. III 525,2 St.-S. ancusa areola ringele. 535,34 arcola ringele. 548,34 -a (areola *a*, artola *c*) vel angelica, ringele *(a. c)*, engelwrze *(b).* **b** *?angelica – ?Engelwurz (Archangelica officinalis Hoffm., cf. Marzell, op. cit. I. p. 372sqq.): v. l. 37sq.*

aurerum *v.* ren.

auresco, -ere. *(ut aurum) splendescere – (wie Gold) erglänzen:* MIRAC. Martial. 2,2 (MGScript. XV p. 281,10; s. VIII./IX.) -ente celo. *in imag.:* ARNO REICHERSB. scut. p. 1497[b] simus . . . canonicus ordo, . . . sacerdotalis dignitatis et ecclesiastici regiminis donis -ens.

auretenus *v.* 1. auris *p. 1257,62sq.1258,13.*

aureticus *v.* diureticus.

aureus, -a, -um. *script.:* hau-: *l. 63.* -i(us): *l. 58. p. 1248,39. adde* CHRON. Fred. 2,60 p. 85,2 -ies. GLOSS. I 204, 33 St.-S. -eh(us): GLOSS. I 553,21 St.-S. *metr.* -eam, -eis *(per synizesim): l. 67. p. 1247,18. adde* WALAHFR. Wett. 530. *pronunt.: v. p. 297,70.*

aureolus – golden, Gold- (nom. propr.: CHART. Rhen. med. I 597 p. 654,43 [a. 1156] Fridericus A-us. *al.* [*v. ind. p. 763*]. CHART. civ. Erf. 76 Uto A-us. CHART. march. Misn. III 493 Meingotus A-us. ANNAL. Ianuens. II p. 88,11 *guerra* inter A-os et Porcellos [*cf.* III p. 109,4 illi de Auria]. *al.):* **I** *proprie:* **A** *ex auro fabrefactus, inauratus, auro ornatus – aus Gold hergestellt, vergoldet, goldverziert:* **1** *de ornamentis, instrumentis, vasis sim.:* **a** *gener.:* STEPH. EDD. Wilfr. 12 *episcopum* in sella -a sedentem. VITA Boniti 8 (MGMer. VI p. 123,22) -um (h- *var. l.*) . . . anulum. TRAD. Scheftl. 15 p. 24,22 spannam. EINH. Karol. 32 p. 37,4 malum . . . -um, quo tecti culmen erat ornatum. AGNELL. lib. pont. 39 p. 303,15 non longe a miliario -o. WALTHARIUS 335 ocreis. MILO carm. 3,4,1,235 inauribus -is. HROTSV. Gall. II 7,1 -um simulachrum Iovis. THIETM. chron. 2,28 p. 74,25 torque. CHRON. Pol. 2,25 pro carnea manum -am restauravit. GREG. CAT. chron. app. p. 292,9 nuscam -am fęmineam. EBO BAMB. Ott. 2,13 p. 637,1 -am imaginem Trigelawi. ANNALISTA Saxo a. 1126 p. 764,16 aratro *(cf. p. 1245,5).* CHRON. reg. cont. III

[Baader]

a. 1210 p. 231,7 cassidem. AEG. AUR. gest. 3,3 p. 80,35sq. monile -um, cristam -am, duas armillas -as. *persaepe. v. et p. 1252,32. in nom. propr.:* CHRON. Brunsv. 5 (MGScript. XXX p. 23,47sq.; a. 1269/77) de Ethicone A-o Curru: vulgaris fama est de quodam Ethicone cum -o curru *eqs. in imag.:* BEDA hist. eccl. 4,9 p. 222,23 per funes -os. WETT. Gall. 8 invenimus hic concam -am, sed serpentibus plenam. EPIST. Worm. I 4 fiat subito donum -um. COSMAS chron. 1,35 p. 63,19 regem . . . catena -a ut molossum traxit in Boemiam. 3,59 p. 238,9 qui *(oratores)* . . . gesta stilo -o deaurare queant. CARM. Bur. B 106,1,5 fixus sum -o *iaculo Veneris. al.* **b** *liturg.:* HUGEB. Willib. 4 p. 97,21 stant in lecto XV crateras -as. CHART. Tirol. 13 p. 8,26 cum candelabra -a. p. 9,41 evangelia . . . cum tabula -a. COD. Lauresh. 91 p. 373,3 calicem. THIETM. chron. 8,14 altare -um . . . et buxidem -am. GESTA Camer. 3,49 p. 484,12sq. cruces -as cum ventilabris aeque -is. HUGO FLAV. chron. 2,8 p. 375,10 philacteria. LEO MARS. chron. 2,100 *yconam.* PETR. CAS. (?) chron. 3,58 p. 743,22 naviculam -am *turibuli.* 4,13 p. 768,21 scrinium. VITA Heinr. IV. 1 p. 12,21 -a tabula Spirensis altaris. COSMAS chron. 2,5 p. 90,14 crucifixi. GREG. CAT. chron. app. p. 292,24 *stolam* cum squillis -is. p. 309,30 turibulum. CHRON. Cosmae cont. I a. 1129 p. 134,27 coronam. IOCUND. Serv. 44 (MGScript. XII p. 107,37) caput *Servatii* -um fieri iussit *(postea:* imaginem). *persaepe. v. et p. 1249,19.* **c** *publ. et iur.:* **α** *de insignibus imperialibus (cf. P. E. Schramm, Sphaira, Globus, Reichsapfel. 1958. p. 78sqq.):* THEGAN. Ludow. 19 lembo -o, baltheo -o praecinctus . . . et coronam -am in capite gestans et baculum -um in manu tenens (HELM. chron. 28 p. 56,1 *Rudolfo* papa -am transmisit c.). NOTKER. BALB. gest. 1,17 p. 21,13 virgam -am . . . Karoli. p. 22,4 sceptrum . . ., quod pro significatione regiminis nostri -um ferre solemus. BRUNO MAGD. bell. 90 diadema. BENZO ad Heinr. 1,9 p. 602,31 (vs.) pomum (ORD. coron. imp. 17,25 sceptrum et p. -um). GODEFR. VIT. panth. 26 p. 274,47 globus. *al.* **β** *de bullis sim. (cf. Bresslau, Urkundenlehre. ²II. p. 558sq. 566sq.):* AGOB. epist. 7 p. 184,29 precepta ex nomine vestro *(sc. Ludowici imp.)* -is sigillis signata. DIPL. Heinr. III. 45 -a nostrę imaginis bulla . . . insigniri (CHART. Rhen. med. I 598 p. 656,40 [dipl. Frid. I.]). CONST. I 268 privilegium . . . imperiali sigillo nostro -o sigillatum. CONR. MUR. summ. 6 p. 475,15 papa . . . indulgentiis vel statutis -am bullam . . . appendit, similiter imperator. CHRON. Erf. mod. a. 1274 p. 265,26 cum litteris et bullis -is *(sc. imperatoris Graecorum). al.* **γ** *de symbolo deditionis:* COSMAS chron. 2,2 p. 84,1 -am gestantes virgam, quod erat signum dedicionis. ANNAL. Pegav. a. 1078 p. 240,28 acceptis . . . obsidibus cum . . . scutellis -is et argenteis. OTTO SANBLAS. chron. 27 p. 39,5 insignia . . . civitatum cum clavibus -is offerentes. **d** *techn.:* COMPOS. Luc. B 1 pone pectalum -um super pectalum vitri. MAPPAE CLAVIC. 39 -am laminam productilem. *al. v. et supra p. 930,27.34.* **e** *chirurg.:* WILH. SALIC. chirurg. 5,1 p. 356ᴬ cauteria -a, argentea vel auricalchea. *v. et p. 930,43.1248,63.* **2** *de monetis (cf. p. 1248,6sq.):* LEG. Wisig. 7,6,5 solidum (STEPH. EDD. Wilfr. 27 p. 220,22 modium plenum solidorum -orum dare). LEG. Lang. p. 223,40 bizanteos. GERH. AUGUST. (?) Udalr. II 21 denariorum (CHART. Tirol. 128 heres -um denarium super altare ponat. CHART. Wirt. II 320 [dipl. Conr. III.] -um denarium XII denariis Wirceburgensis monete comparatum. CHART. Rhen. med. I 638. *al.*). CHART. Rhen. inf. I 164 nummisma unum -um pondus habens trium denariorum nostrae monetae. TRANSL. Dion. Ratisb. 25 p. 365ᵇ,61 Philippos *(cf. Prud. perist. 2,102).* TRAD. Ratisb. 576 nummum -um ponat super . . . altare (TRAD. Teg. 132. CHART. Wirt. I 259 p. 328,21 -um n., qui bizancius dicitur. ANNAL. Ianuens. IV p. 10,5 nummus -us Ianue fabricatus. *al.*). MIRAC. Bernw. 24 florenum. SALIMB. chron. p. 516, 25 multa milia florentinorum -orum. *saepe. v. et supra p. 930,50. meton. de sanctimoniali:* BEDA hist. eccl. 3,8 p. 143,17 -um illud nomisma. **3** *de aedificiis sim. (nonnulla exempla spectare possunt et ad p. 1247,23sqq.):* **a** *gener.:* ANNAL. Elwang. a. 1180 (MGScript. X p. 19,40) domus. CHART. Westph. VII 1354 p. 616,38 in -a caminata. **b** *in nom. propr.:* DIPL. Karlom. (II.) 4 p. 290,1 quod *(monasterium)* Casa A-a (*'Casauria'*) vocatur. PASS. Ger. Col. 20 ut *ecclesia* musiva . . . fulgens . . . nomen Ad A-os Sanctos . . . sortiretur *(cf. Greg. Tur. glor. mart. 61).* OTTO FRISING. gest. 2,32 p. 140,18 porta, quam A-am vocant, Leoninam urbem . . . intravit (BERNH. MAR. annal. a. 1164 p. 249,46. a. 1166 p. 254,3). *al.* **4** *de vestimentis, pannis sim. i. q. auro intextus vel (acu) pictus – golddurchwirkt, -bestickt:* ERMOLD. Ludow. 4,389 vitta. 4,394 cappa. GESTA Camer. 3,38 *pallium* in modo crucis -a superficie insignitum. LEO MARS. chron. 2,63 p. 671,16 coopertorium *altaris* purpureum -o friso . . . adornatum. 3,18 p. 711,2 pluviale diarodanum . . . cum fimbriis . . . -is; planeta diacetrina -is listis . . . ornata. PETR. CAS. (?) chron. 3,74 p. 754,3 fanonem imperialem totum -um. BERTH. ZWIF. chron. 29 p. 232,5 stolam -am. *al. v. et p. 930,26.1245,28.* **5** *de litteris sim. i. q. pigmento aureolo scriptus – in Gold geschrieben, gemalt (cf. Wattenbach, Schriftwesen. p. 251sqq.):* **a** *de epistolis principum (cf. Bresslau, Urkundenlehre. ²II. p. 507sq.):* PAUL. DIAC. Lang. 6,28 Aripertus . . . donationem -is exaratam litteris Romam direxit. DIPL. Otton. III. 389 p. 820,14 Iohannes . . . preceptum -is literis scripsit et sub titulo . . . Constantini . . . finxit. ANNAL. Stad. a. 1179 p. 349,19 epistolam *Manuelis* . . . scriptam -is litteris. *al.* **b** *de chartis:* ANON. Has. 8 Arnulfus . . . abbaciam . . . cyrographo -is litteris inscripto stabilivit. NORB. IBURG. Benn. 16 p. 882,27 rex . . . -is litteris . . . chartulam iussit conscribi. *al.* **c** *de codicibus:* ADAM gest. 3,45 p. 187,19 psalterium -is scriptum litteris. LEO MARS. chron. 2,43 p. 656,31 textum euangelii . . . uncialibus . . . litteris atque figuris -is mirifice decoratum. PETR. CAS. (?) chron. 4,90 epistolarium -um Desiderii abbatis. *v. et supra p. 930,36.41. 1256,22. in imag.:* GUNZO epist. 9 p. 38,16 veluti si nomen diaboli -is literis quis scribat. **d** *de inscriptionibus:* VITA Gang. II praef. (MGMer. VII p. 171,1) laudes humanae vanitatis . . . -is marmoreisque decorantur titulis. PETR. CAS. (?) chron. 3,34 p. 727,32 in qua *(absida)* . . . -is litteris hos versus describi praecepit. BALDER. Alber. 29 p. 259,38 in epitaphio . . . *versus* scripti -is litteris in cupreis lamminis. **B** *aurum continens – Gold enthaltend:* AETHICUS ISTER 106 p. 80,15 *(de India)* montes. GLOSS. III 562,3 St.-S. marcasica -a, cattengolt *(a)*, gegossen golt *(b).* GEBER. clar. 2,8 accipe marcasitam -am *eqs.* CHRON. Reinh. a. 1205 p. 539,3 montana. *per confusionem:* ANON. secret. p. 37,28 lapides -i *(v. notam ed.). in nom. propr.:* TRAD. Patav. 1013 (a. 1220/40) Heinricus A-us Lapis. **C** *ex auro constans – aus Gold bestehend:* GODEFR. VIT. panth. 26 p. 275,41 -a materies regalibus apta coronis indicat imperium mundi superesse patronis. *in imag.:* THIETM. chron. 3,18 venit de supernis sedibus -a dextera. COSMAS chron. 1,9 p. 19,10 *Pragae* bine -e ascendent olive. *proverb.:* ROD. GLAB. hist. 4,2 -o pugillo murum frangere ferreum. EPIST. Worm. I 20 p. 38,1 omnia preter -os montes promittens *(cf. Ter. Phorm. 1,2,18). al.* **D** *ad aurum condendum aptus – Schatz-:* NOTAE Petr. Col. (MGScript. XVI p. 735,52; s. XIII.ᵐᵉᵈ.) tres marcas . . . recipere . . . in -a camera de reliquiis sanctorum. **E** *ad aurum acquirendum vergens – auf Gold gerichtet:* EKKEH. IV. bened. I 13,54 monachum . . . nec -a *fames* lędat *(cf. Verg. Aen. 2,57).* **F** *speciem vel colorem auri exhibens – goldartig, -farben:* ALDH. virg. II 285 bucula. ad Acirc. 25,3 *(de pavone)* nihil -a forma plus rubet. MAPPAE CLAVIC. 1 auripigmenti coloris -i. COMPOS. Matr. 33,4 *laminae plumbeae* apparebunt tibi -as (*i.* -ae). 36,1 sandaracem Isaricam -i coloris. TROTULA 57 p. 30,5 ad capillos -os faciendos. MAURUS urin. I p. 34,1 si urina appareat -a vel citrina. IOH. S. PAUL. diaet. 548 inter *vinum* -um et citrinum est palmeum. *al. v. et supra p. 711,48. fort. add. de colore rutilo:* WALTHARIUS 1059 torquem *(v. notam ed.).* **G** *vestimentis auro intextis amictus – im Goldgewand:* ERMOLD. Ludow. 4,469 caesar abire parat -us. NOTKER. BALB. gest. 2,8 p. 60,3 vidimus . . . *hominem* -um *(sc. Karolum M.). in imag.:* WALAHFR. imag. Tetr. 60 fulget Avaritia exornatis

[Baader]

-a membris. H -a textrix *i. quae aurum intexit – Goldwirkerin:* CHART. Meckl. IV 2698 (a. 1269) Margareta -a textrix.

II *translate:* A *de rebus:* 1 *spectat ad praestantiam, excellentiam:* a *de saeculo sim. (cf. Verg. Aen. 6,793. al.):* CARM. libr. III 8,20 pax . . . -a te *(sc. caesare)* duce secla refert (ADAM gest. 3,47 p. 190,27 metropolitanus noster quedam -a secula renovaturus. HEINR. WIRZ. cur. 89. *al.*). BRUNO QUERF. Adalb. A 9 cuius *(Ottonis imp.)* -a tempora nunc gravi gemitu memorat *ecclesia.* CHRON. Pol. 1,16 p. 37,19 etas -a in plumbeam est conversa. *saepe. v. et supra p. 930,69.* b *de medicamentis:* MATTH. PLATEAR. gloss. p. 389^{A} pilulae -ae . . . -ae propter excellentiam usus pilularum *dicuntur.* p. 395^{B} unguentum -um propter excellentiam dicitur. *al. v. et supra p. 444,19.* c *usu vario:* ANNAL. Quedl. a. 1021 p. 87,53 -ae Saxonum saxea corda gerentium fidei. EKKEH. IV. bened. prol. 2,42 dicendi laudem capiat . . . Chrisostomus -am. *in nom. propr. de eloquentia:* HUGEB. Willib. 4 p. 101, 20 Iohannes ille Os A-us (*cf.* OTTO FRISING. chron. 4,19 p. 208,8 Chrisostomus tanquam -i oris propter eloquentiam vocatus). *in titulo libri:* LUCIDARIUS prol. 27 (ed. F. Heidlauf. 1915) -a gemma *(cf. P. Lehmann, Mittelalt. Büchertitel. I. SBMünch. 1948/IV. p. 37sqq.).* 2 *spectat ad celebritatem, magnificentiam (cf. P. E. Schramm, Kaiser, Rom und Renovatio. 1929. p. 37sq.):* EPIST. var. I 7 p. 502,22 quod -am et imperialem Romam intrasti ([*cf. Ov. ars 3,113*]. BRUNO QUERF. Adalb. A 12$^{in.}$ matrem martyrum, apostolorum domicilium, -am R. THEOD. AMORB. Mart. 4 felix domina mundi, -a Roma. *al.*). PASS. Ursulae 10 Coloniam. IOH. VEN. chron. p. 144,2 Venetia. PETR. CAS. (?) chron. 4,125 p. 840,23 iuxta -am urbem *(sc. Romam).* METELL. Quir. 8^{a},3 Graecia. *saepe. v. et p. 1245,70sqq.* 3 *spectat ad splendorem:* SISEB. carm. 34 convexa per -a mundi. ALDH. virg. II 743 -a . . . sidera caeli. PAUL. DIAC. carm. 18,16 rubor -us *(sc. diei nascentis).* WALAHFR. Blaithm. 132 Aurora. CAND. FULD. Eigil. II 15,16 sol. WANDALB. mens. 209 aether. POETA Saxo 3,1 -a siderei . . . cornua Tauri. *al. in imag.:* SEDUL. SCOT. carm. 2,2,15 lux -a mundi *(sc. Hartgarus episc.).* 4 *spectat ad beatitudinem:* HUGEB. Wynneb. 13 p. 117,41 -a premia aeternae vitae. PAUL. DIAC. carm. 7,2,1 -a . . . ad regna. WALAHFR. carm. 88,36 e caelo veniens . . . pax -a terrae. BRUNO QUERF. fratr. 2 p. 718,39 ad -am heremum (*cf.* p. 719,22 solitudo). CHART. Burgenl. 584 dans . . . sibi . . . -am, ubicunque voluerint perfruendi *libertate,* facultatem. *al.* 5 *spectat ad rectitudinem:* FROUM. carm. 17,29 -a . . . tuam deducat semita vitam. THIETM. chron. 2,44 mediocritas *(ex Hor. carm. 2,10,5).* 6 *spectat ad gravitatem:* VITA Sollemn. 9 (MGMer. VII p. 319,6) -us anni circulus dierum. MATHEM. var. Bubnov p. 293,20 cum -a divisione (p. 293,36). ELIAS SAL. mus. 14 p. 33^{a} regula -a: quod non debet fieri pausa *eqs.* ANON. mus. Sowa praef. p. 2,9 dicitur -a cathena vel modulus triplicis armonie. *de numero circulum lunarem significante (cf. W. E. van Wijk, Le nombre d'or. 1936. p. 31sqq.):* SALIMB. chron. p. 516,11 -us numerus et indictio concordabant in XI^{o} numero. 7 *spectat ad fertilitatem:* CHART. Gosl. I 301 p. 325,29 (a. 1174/95) mansi, qui dicuntur -i propter fertilitatem ipsorum. CHART. Turic. 542 agrum . . . contiguum agro -o. *fort. add.:* CHART. episc. Hild. III 81 p. 41,7 (c. 1264) cum -o molendino. *in nom. propr.:* DIPL. Karoli III. 120 (interp. post 885) Vallis A-a. B *de hominibus:* 1 *spectat ad virtutem, nobilitatem:* RHYTHM. 4,2,3 Heber -a de stirpe oriundus extitit. CARM. var. I 26,3,1 -a progenies, felici stemmate pollens. SEDUL. SCOT. carm. 2,20, 39 salve, progenies, rutilae flos -e matris. PURCH. Witig. 522 abbas. BRUNO QUERF. Adalb. A 12$^{med.}$ magna potentis Laurentii -a persona. COSMAS chron. 1,39 Tegdadus . . . moribus -us. *in lusu verborum:* WALAHFR. exord. 25 p. 503,35sq. quondam sacerdotes -i ligneis calicibus utebantur, nunc e contra lignei sacerdotes -is utuntur calicibus. 2 *spectat ad formositatem:* COSMAS chron. 1,9 p. 21,3 (vs.) Venus. CARM. Bur. B 135,4,1 Amor. *al.* 3 *spectat ad divitias:* ANNAL. Otak. a. 1264 p. 187,15 qui ab utero matris suae vocatus est rex -us. 4 *spectat ad fidelitatem:* DIPL. Otton. III. 323 p. 751,21 (interp. post 999) qui *(Leo episc. Vercellensis)* nobis fidei testimonio -us est.

subst.: I *masc.:* A *nummus ex auro excusus – Goldmünze, 'Aureus' (cf.* GLOSS. I 255,2 St.-S. -os . . . skillinka. 813,33 -os manchusa; *de re v. A. Suhle, Dt. Münzgeschichte. ^{2}1964. p. 155sqq.):* 1 *gener.:* VITA Elig. 2,22 homini . . . pro . . . damno tres -os dari iussit. THEGAN. Ludow. 11 multa milia -orum . . . ad censum tradere. GERH. AUGUST. (?) Udalr. II 21 ad sepulchrum *sancti* obtulerunt . . . -os quam plurimos. LIUTPR. leg. 44 p. 198,31 ut neque tritici duo Papienses sextarii -o comparentur. THANGM. Bernw. 8 p. 761,46 unum -um, valentem libras viginti publici ponderis, ex purissimo auro in usum ministerii conflavit. DIPL. Otton. I. 457 p. 620,17 (spur. a. 1055) VII -os persolvi ad altare sancti Petri. CASUS Petrish. 1,16 obtulit quatuor -os, quos posuit sub singulos aecclesiae angulos. TRAD. Teg. 131^{b} ut . . . heres . . . unum -um super aram poneret. CONST. I 319,2 filia *(Aldefonsi)* . . . deferet secum quadraginta duo milia -orum. CHART. Tirol. notar. I 767^{a} p. 387,44 quod donacio illa . . . ultra CCCCC -os valere non posse. *saepe. v. et l. 34.* 2 *de pensione curiae Romanae solvenda:* DIPL. Heinr. IV. 280 p. 361,17 (spur. s. XI.$^{ex.}$) ut unus -us, quem bizanthium dicimus, singulis annis Romam . . . persolvatur (*sim.* DIPL. Heinr. V. [Mon. Boica X p. 445,5]). CHART. Lux. I 358,1 ob memoriam libertatis -um unum Romę ad altare sancti Petri . . . offerri constituimus. CHART. march. Misn. II 262 p. 177,15 sub pensione unius -i sive unius fertonis argenti . . . persolvendi. CHART. Stir. II 268 p. 366,7 (epist. papae). *al.* B *de specie ponderis i. q. sexta pars unciae – 1/6 einer Unze, 'Aureus':* CAPIT. reg. Franc. II p. 538^{a},22 stater . . . medietas unciae est adpendens -os III. MAPPAE CLAVIC. 273 peculae solidos IIII, -is VI. ALBERT. M. veget. 6,164 si ponantur ex eo *(opopanace)* decem -i, hoc est pondus decem -orum. animal. 10,67 aristologyae -us unus. *v. et l. 39.* C *iron. i. q. homo auro ornatus – ein 'Goldener':* *v. p. 931,15.*

II *fem.:* A *de specie ponderis i. q. sexta pars unciae – 1/6 einer Unze, 'Aureus':* COMPOS. Luc. P 11 balsamum mundum ÷ I, -ias (-i MAPPAE CLAVIC. 276) VI. P 13 picis cipressini sol. I, -as XII. B *antidotum optimum – bestes, 'goldenes' Heilmittel:* MATTH. PLATEAR. gloss. p. 366^{a} -a est dicta ab auro per excellentiam potissimam. Ps. OTHO med. 141. *v. et supra p. 444,19.* C *melodia praeclara – berühmte, 'goldene' Melodie:* NOTKER. BALB. hymn. p. 80 in natale apostolorum: -a. D *theol. i. q. gloria essentialis animae – wesentliche Glückseligkeit der Seele (cf. p. 1244,23):* ALBERT. M. bon. 318 p. 177,89 in veritate fructus *castitatis* in genere idem est quod -a. *ibid. al. (v. ind.). v. et p. 1244,28.31.*

III *?neutr.: pigmentum aureolum – Goldfarbe:* COMPOS. Matr. 29$^{ttt.}$ -a facere sine auro. IOH. sacerd. 108 auri . . . scoria -um . . . facit.

1. *auricella, -ae *f. auris – Ohr:* CARM. var. Walther 1,67,4 vix munitur pilleo rigens -a.

2. auricella *v.* tauricolla. ***auriceps** *v.* *aurificeps.

***aurichalceus** (-cal-, -cheus), -a, -um. *ex aurichalco fabrefactus – aus Messing hergestellt: v. p. 1245,53. subst. neutr.:* ALBERT. M. elench. 1,1,2 p. 528^{b},22 -chea . . . felle croceo canino tincta *(cf. Arist. p. 164^{b},24)* videntur . . . esse aurea.

***aurichalcinus** (-calch-), -a, -um. (ὀρειχάλκινος) *ex aurichalco fabrefactus – aus Messing hergestellt:* WILH. SALIC. chirurg. 1,19 p. 310^{D} cauterizetur locus scissus *labiorum* cum lamina argentea vel aurea vel -calchina vel ferrea. *v. ThLL. s. v.* aurochalcinus.

aurichalcum, -i *n.* (ὀρείχαλκος) *script.:* or-: *l. 68.72. p. 1249,3.22.29.31.* anti-: *l. 72.* -cal-: *l. 71sq. p. 1249, 2sqq.7. saepe.* -ch(um): *p. 1249,3.20.27. plur.: p. 1249,35. metr.* ŏrl-: FLOR. LUGD. carm. 5,39.

I *subst.:* A *proprie i. q. fusio e cupro et cadmea conflata (interdum sorditie plumbea emundata) – (Edel-) Messing (cf.* GLOSS. III 294,11 St.-S. -calcum i. mosc orcal. 717,33 oricalcum vel anticalcum missinc. IV 196,8 -calcum goltmes-

[Baader]

1 *tergus porci dimidium, laridum, perna – Schweinshälfte, Speckseite, Bachen, Schinken (cf.* GLOSS. III 267,27 St.-S. bachones perna bacho. 684,41. *al.):* **a** *iur. de censu, servitio sim.:* CAPIT. reg. Franc. 128,25 p. 254,23 de censu: . . . lartum de praeterito anno baccones X, novos baccones CC cum minucia et unctis. DIPL. Karoli III. 125 p. 201,11 ad quod *(convivium)* dentur . . . bacco I cum siccamine, porcelli II. COD. Lauresh. 532 p. 146,19 ut . . . detur . . . pauperibus . . . de leguminibus maltrum I sive bachonem. CHART. Mog. A 365 in servicium suum *(sc. missi)* prebeantur . . . VI pulli et quarta pars bachonis. CHART. march. Misn. II 263 p. 181,11 -o (perna CHART. com. Mansf. I 6 p. 5,30) unus cum suis interioribus excepta arvina et extremitatibus, tres porci. GESTA Lob. 18 p. 321,4 bachones . . . in lardario appendendos. CHART. Hans. I 432 p. 144,42 *(de teloneo)* -o sive vlek obolum . . ., porcus obolum. CHART. Bern. II 281 p. 307,39 nullus burgensis debet -em salsatum scindere ad vendendum nisi cum maxillis et inde VI stillas facere. 481 p. 500,37 pro benna seu -e unum denarium . . . accipiemus. CHART. Laus. 381 p. 336,1 census, qui debentur pro -e primo in Burgo. *saepe.* **b** *pharm.:* TRACT. de aegr. cur. p. 378,5 ad omnem fistulam accipe bachone et vetus unctum. p. 379,21 accipe carnem macram salatam de -e. **c** *usu communi:* FROUM. carm. 9,1 versibus an verbis moneam pro parte pachonis? *(postea:* perna). ANNAL. Egm. a. 1109 rusticus . . . -em ⟨unco⟩ abstraxit. NIVARD. Ysengr. 1, 181 gestabat pone -em rusticus. 1,540 divisus recte vix fuit ille -o. ALBERT. M. animal. 7,52 porci . . . comederunt bachones et alias carnes porcorum. *al.* **2** *porcus saginatus – Mastschwein (huc spectare possunt etiam nonnulla exempla supra allata, e. g. l. 2.6):* **a** *iur.:* **α** *de censu, servitio sim.:* DIPL. Ludow. Germ. 155 ut . . . ei daretur . . . friskingas XIV, sex ad -es faciendos, si pascio esset *eqs.* REGISTR. abb. Werd. 6,13 p. 183,1 ad servitium domni abbatis dabit *villicus* . . . porcos XVIII . . ., vaccam unam, -em unum, verrem unum. DIPL. Heinr. IV. 237 p. 300,33 (spur. s. XIII.) -es sagiminales IV, verres IV. p. 301,7 de porcaturis porci, bachones et verres. **β** *de porco votivo (cf. Schröder-Künßberg, Rechtsgesch. p. 327*[147]*):* TRAD. Frising. 275 (a. 808) iussit . . . episcopus donare ei illum pachonem et uterque manus posuit super ipsum et pacificati sunt eo modo. **b** *usu communi:* SEDUL. SCOT. carm. 2,58,27 ingentes . . . bachones et cornuti multones. NIVARD. Ysengr. 7,121 Baltero vero -o, pronepos meus. *fort. add.:* ALBERT. AQUENS. hist. 6,39 p. 489^{D} misit . . . -es saginatos aut . . . vinum. *v. et* *pacca.

***baconalis** (bacco-), -e. *ad saginam aptus – Mast-, Speck-:* CHART. Rhen. inf. I 236 (a. 1085) porcos bacconales.

bacterius, -i *m. vel* **bacterium,** -i *n.* (βακτήριον) *baculus, fustis – Stab, Stock:* **1** *de sustentaculis infirmorum:* VITA Elig. 2,80 p. 739,25 clodorum -i. **2** *de virga pastorali:* VITA Desid. Cad. 43 -um (-cthe- *2*) sancti viri lavari deposcit. 45 *suffragia* ex medicina loti -i postulare.

bacto *v.* batto.

***bactrum,** -i *n.* (βάκτρον) *baculus – Stab:* IOH. SCOT. carm. 9,100 *(de rege)* plena manus sciptris enchiridon aurea -a *(v. notam ed.).*

***bacula** *subst.* (*fort. corruptum ex* vatillum) *foculus – Kohlenbecken:* GLOSS. III 677,48 St.-S. -a vel cauan vvihilstain *(cf. J. A. Schmeller, Bayer. Wörterb. ²II. 1877. p. 882sq.).*

***baculare,** -is *n.* (baculus) *species baculi – Stockart:* CATAL. thes. Germ. I 43,19 (Dt. Schatzverz. d. Mittelalt. 1966; a. 1025) cornua sex, -ia duo, sellę sex.

***bacularis,** -is *m.* (baculus, *accedente fort. vi vocis q. e.* *baccalarius) *sensu despicabili i. q. apparitor, servus, vassus – Bediensteter, Knecht, Vasall:* RATHER. prael. 4,24 p. 275^{C} si ego dixissem, aut degenerem vel -em appellares *me.* coni. 2 p. 525^{B} forsitan in patria sua *Ratherius* fuerat -is, ideo illi tam honor omnis est vilis. epist. 33 p. 187,8 si clericus . . . non adit vocatus episcopum, ille suos -es mittit. BRUNO QUERF. fratr. 7 p. 723,9 furor -ium. BENZO ad Heinr. 5,1 p. 648,28 presertim -es dant sinistras talibus, sociati parant bellum viris principalibus. *proverb.:* BENZO ad Heinr. 7,2 p. 673,1 si -is scandit equum, rabies exagitat eum.

***baculatio,** -onis *f.* *pulsatio – das Klopfen:* WILH. SALIC. chirurg. 1,14 p. 307^{F} signa calidi apostematis sunt dolor acutus cum punctione quadam, -e et gravedine.

[Payr]

1. *baculo, -avi, -atum, -are. **1** *(baculo) caedere, fustigare – (mit dem Stock) schlagen, prügeln:* BERNH. GEIST. dial. p. 22 si verum loquaris, palmis, fuste -aris. CHART. Hamb. 525 p. 447,4 si forte aliquis ... burgensem ... occiderit, vulneravit, -verit. CHART. Sil. C 62^{a},31 si aliquis aliquem -verit vel colaphizaverit. CHART. Brand. A XIV 17 p. 13,7 si aliquis cum baculis ... percussus fuerit -tusque hoc ... testificari valuerit. CHRON. Erf. mod. II a. 1342. *al. v. et infra p. 1395,40.* **2** *baculo pastorali ornare – den Bischofsstab verleihen:* CARM. var. III 27,1,3 Maximinus -atur in ordine trinus. 27,2,40,7 Erchenbaldo ... XV. kal. Octobris -to, VIII. kal. eiusdem consecrato episcopo.

2. baculo *v.* baiulo.

baculus, -i *m. vel raro* **baculum,** -i *n. (v. p. 1310,32.1311, 15.36) script.:* pa-: *l. 38. p. 1312,2.* baccu-: *p. 1310, 37.42sq. 1311,36. al.* -col-: CHART. Ital. Ficker 401 p. 415, 37. *metr.* bā-: METELL. Quir. 33,31.

scipio, fustis, ferula – Stab, Stock (cf. GLOSS. III 211,40 St.-S. -us vel scipio stab. *al.):* **I** *de instrumentis:* **A** *de sustentaculis:* **1** *proprie:* **a** *gener.:* ARBEO Emm. 16 arrepto -o, cui suffultus incumberet. NOTKER. BALB. gest. 1,7 digito ... vel -o protento ... demonstravit, quem legere voluisset. 1,34 p. 47,2 -us de arbore malo ... portabatur in dextera. WALTH. SPIR. Christoph. I 8 Christoforus -o peregrinationis stetit innixus (*cf.* II 2,12 -o regit exule gressus. RICHER. SENON. gest. 3,5 p. 290,32 vade et ... cum -o tuo et uxore et filiis egredere de regno). UNIBOS 45,1 (ed. K. Langosch, Waltharius, Ruodlieb, Märchenepen. p. 262) per istum iuro -um. HILDEG. phys. 3,14 p. 1228^{A} si quis -um ex eodem ligno *(sc. fici)* in manu sua portat. CONO LAUS. notae p. 785, 52 eburneum. CHART. Stir. III 192 p. 276,4 *heremitae ordinis s. Augustini* portantes in manibus -os quinque palmorum. ALBERT. M. veget. 6,79 ex magna *arundine* ... -i fiunt ..., sed tamen cum frangitur, in multas partes dividitur ..., et ideo proverbium est, quod, qui innititur infideli socio, innititur -o arundineo *(cf. l. 58sqq.). saepe. de sustentaculis infirmorum (plerumque i. q. crocia – Krücke):* VITA Arnulfi 29 *homuncio* ex utraque *(sic)* latere auxiliantibus p-is *(A 1,* b-is *cett.)* vix ... callem nitebatur contingere. LAMB. TUIT. Herib. 2,20 p. 1255,23 *claudus* circumlateris -is transportatus. MIRAC. Nicol. Brunw. 3 (2) cruceis -is innixa *puella.* CONR. BRUNW. Wolfh. 38 sustentatorii illius -i super sepulcrum beatissimi viri ... mansere suspensi. *al.* **b** *liturg. (cf. l. 52 sqq.):* CONC. Karol. 3^{A} p. 10,17 ut nullus episcopus, presbyter aut diaconus ad celebrandum missarum sollemnia praesumat cum -o introire (*cf.* 39^{A},131 p. 408,5. EPIST. var. I 33,5). AMALAR. cod. expos. II 16,3 *ad evangelium* -i omnium deponuntur de manibus *(cf.* off. 3,18,11 nostra humilitas per -orum positionem demonstretur. HONOR. AUGUST. gemm. 1,24. *al.).* LIBER ordin. Rhenaug. p. 158,13 ad processionem cucullis capita non operimus neque -is utimur. *al.* **2** **a** *alleg. (loci spectant ad usum liturg.):* AMALAR. (?) ecl. 16,4 -um possumus intellegere humanum adiutorium. *ibid.:* -um, id est orationes sanctorum. HRABAN. univ. 22,13 p. 609^{C} -us ... sustentationem imbecillitatis humanae significat. HONOR. AUGUST. gemm. 1,24 per -os ... sacerdotes denotantur, per quorum doctrinam infirmi in fide sustentantur. *ibid.:* -is ..., id est sententiis scripturarum. *al.* **b** *per compar. (cf. Vulg. IV reg. 18,21. Is. 36,6. al.):* THIETM. chron. 4,61 in -i fragilitate harundinei nil prorsus confidens. BERNOLD. CONST. libell. V 13 frustra ... Gregorium papam harundineo -o comparatis. *al. v. et l. 36.* **c** *in imag. (cf. Vulg. psalm. 22,4):* EPIST. Worm. I 53 -us ... consolationis meę in partes crepuit, abbas ... carnis iter intravit. EPIST. Teg. I 98 -o ... vestri secreti consolatus speravi. CHART. Babenb. 34 invasiones rerum ecclesiasticarum virga correptionis et -o exhortationis submovere. **d** *meton. i. q. adiutor(ium) – Stütze:* BRUNO QUERF. Adalb. A $19^{in.}$ -us pauperum ..., Martinus. EPIST. Worm. I $22^{tit.}$ verę sanctitatis viro O., senum -o, iuvenum speculo ($58^{tit.}$ laicorum s., clericorum -o, H. imperatori). CARM. Bur. B 47,2,3 rex omnium, -us fidelium. CHART. Turg. II 76 p. 260,4 per litterarum apices, qui sunt -i memorię (CHART. Babenb. 294. *al.*). **B** *de instrumentis ad coercitionem, pugnam, cruciatum aptis:* **1** *proprie:* **a** *gener.:* CAPIT. reg. Franc. 77,16 si *senior* eum vult occidere aut cum -o caedere. CHART. select. Keutgen 141,6 qui ... pugno vel -o aliquem percusserit. GESTA Halb. p. 99,30 pugnis, -is et fustibus. CHART. Ger. Col. 102 p. 103,26 *sacerdotes duo* in processionibus ibunt circa patronum ... cum -o pressuras prohibendo. *al.* **b** *publ. et iur.:* CAPIT. reg. Franc. 77,17 quod nullus in hoste -um (*'Streitkolben' Brunner, Rechtsgesch. II. p. 280)* habeat, sed arcum. NOTKER. BALB. martyr. IV. id. Aug. p. 1137^{B} genera tormentorum: plumbatae, fustes ..., -i. CHART. Babenb. 86,9 quicumque ... hominem ... percusserit, ... quadraginta plagas in presentia iudicis cum -o recipiet. CHART. Oelsn. 48 p. 82,5 omne ius pugne in scutis, gladiis et -is et animadversio in personam ... ad iudicium castellani ... pertinet. CHART. Burgenl. 371 *(de duello iudiciario)* pugiles ... cum -o congressos. **2** *in imag.:* VITA Mathild. II 9 per -um disciplinae multos ab errore eripuit. ANNAL. Ianuens. I p. 44,5 ut -us apostolice sedis cunctos iustitiam Ianuensium vinculo anathematis percutiat auferentes. CHART. Naumb. 398 p. 360,28 -o anathematis ... feriatur. **C** *de pedis incurvis pastorum:* **1** *proprie:* CARM. Bur. B 157,1,5 virgo ... oves iussa regere -o pastorali. **2** **a** *proverb.:* EGBERT. fec. rat. 1, 282 in -o pastor popularis cernitur unco. **b** *in imag. de cura pastorali:* EPIST. Worm. I 3 congregatio gregis numquam ... dentibus luporum laceranda salvo -o pastoris. RANGER. carm. 676 sentit pastorem ... adesse et -um metuit et fugit ille lupus. *al.* **D** *de instrumento mensurae:* MAPPAE CLAVIC. 213 *ad planitiem mensurandam* -um accipias, cuius altitudo usque ad oculum tuum perveniat. CHART. Tirol. 1100 p. 142,20 (a. 1239) precepit ... burgensibus, ut ipsi habeant illam mensuram ad vetus -um ulneum Boçani et non Tridentinum -um. **E** *de instrumento iudicii Dei:* ORD. iud. Dei A 25 *accusator et accusatus* tenens -um in manu, qui dicitur sunnestab *(sc. impedimentum).* B $17,4^{f}$ in -o, qui inserendus est inter brachia pueri. **F** *de manubrio* (*cf.* GLOSS. III 657,23 St.-S. bacculum helza): NIVARD. Ysengr. 1,761 vasa, crucum -os, candelabra. VITA Meinw. 211 p. 124,7 cruces argenteę due cum -is. *al.* **G** *de metallo i. q. pecia – Barren:* REGISTR. Teg. (ed. M. v. Freyberg, Älteste Gesch. v. Tegernsee. 1822. p. 222,9sqq.; c. 1250) huba ibidem *persolvit* ... agnum ..., bacculum ferri; decem beneficia ibidem ... X agnos, X bacculos ferreos. ibid. p. 231,9. **H** *usu vario:* CHRON. Mich. 23 more puerorum pro ludo -os equitantium. MARC. GRAEC. ign. 6 *nuncii* -os gerentes concavos hac materia repletos. RANGER. carm. 686 -o scribitur in cinere *anathema.* DONIZO Mathild. 1,165 -os crucis ... more rusticus in terra binos posuit, ... iurat. GEBER. summ. 1,47 p. 579 intromissio -i terrei bene cocti. HERACLIUS II 33 *corium* cum -o buxeo burnies. FRID. II. IMP. art. ven. 3 p. 45,10 duo -i utrique consuantur in panno circumvolvendo gruem *eqs. al. fort. add.:* GLOSS. Roger. I A 1,22 p. 554, 23 -us bufonis infixus ... sanat ficum. *proverb.:* EGBERT. fec. rat. 1,773 laudant artifices -um, quem flectere possunt *eqs.*

II *de signis:* **A** *publ. et iur.:* **1** *de signo auctoritatis vel officii:* **a** *principum (cf. Waitz, Verf.-Gesch. III. p. 251; P. E. Schramm, Herrschaftszeichen und Staatssymbolik. I. 1954. p. 263sq.):* THEGAN. Ludow. 19 p. 595,6 *imperator* -um aureum in manu tenens. HINCM. annal. a. 876 p. 130,20 sceptrum et -us aureus (PONTIF. Rom.-Germ. p. 135^{a},11 s. et -um accipiat *rex.* WIDUK. gest. 2,1 p. 65,15 insignia regalia ..., gladius cum balteo, clamis cum armillis, -us cum sceptro ac diadema. p. 66,13). **b** *iudicum, potestatis iudiciariae:* CHART. Ulm. 73 p. 94,2 (a. 1255) quicquid illic vel in omni iudicio alio de pecuniaria pena prometur sive cum -o iudiciario acquiritur. REGISTR. Baiuv. B p. 410,8 quicumque iudex preest advocatie ..., tenetur dare domino duci de -o iudicii VIII lib. **c** *praeconum:* CHART. Babenb. 232,21 (a. 1221/30) *persona despecta* a preconibus cum -is eorum, quos portare tenentur coram pretorio, debaculetur. **d** *senatorum Romanorum:* THIETM. chron. 7,1 *senatores* incede-

[Payr]

bant cum -is. **2** *de signo traditionis, investiturae:* ANNAL. Guelf. a. 787 *dux Tassilo* reddit ei *(Karolo)* ipsam patriam cum -o, in cuius capite similitudo hominis erat scultum *(cf. P. E. Schramm, op. cit. I. p. 209)*. PRUD. TREC. annal. a. 849 p. 37,5 ut *Hludowicus et Karolus* alter alteri -os publice tribuendo regnum, uxorem et liberos superstiti commendaret. DIPL. Otton. II. 255 p. 296,37 episcopus et . . . comes per unum -um investiverunt . . . abbatem et . . . advocatorem suum de omnibus rebus . . . monasterii. DIPL. Otton. III. 278 p. 703,12 apprehenderunt -um simul et cartam, per quam litigabant. THIETM. chron. 6,31 in -o . . ., mutuae confirmacionis signo. 7,52 concambium -is firmavimus mutuis. CHART. Tirol. 835 Odelricus . . . cum -o uno . . . refutavit in manu . . . episcopi . . . unum mansum. 952 comes . . . nomine recti feudi . . . cum uno -o, quod suis manibus tenebat, investivit. . . Gabulfum . . . de uno ⟨molinario⟩ cum casale. *al. v. et l. 63.66. de signo vadimonii:* LEG. Lang. p. 599b,6 (s. XI.med.) actores -os vadimonii reis restituant. **B** *eccl.:* **1** *de virga pastorali signo dignitatis (spectat ad curam pastoralem; expresse ad regalia: l. 66. de re v. Waitz, Verf.-Gesch. VII. p. 279sq.; LThK.²II. p. 508sq.):* **a** *episcoporum:* **α** *def. et alleg.:* PONTIF. Rom.-Germ. p. 102a,21 -um pastoralis officii, potestatem ligandi atque solvendi *eqs.* HUMB. Sim. 3,6 p. 205,14 in camyris -is, superius ad adtrahendum . . . inflexis, inferius vero ad repellendum et feriendum accuminatis . . ., designatur . . . cura pastoralis. CARM. de anulo 1,25 (MG Lib. Lit. III p. 724,41) in -o tria sunt, decorat quae mystica forma . . .: attrahit uncinus, cuspis stimulat remorantes, directus fustis rectum sustentat amantes. HONOR. AUGUST. gemm. 1,217 -us ex auctoritate legis et evangelii assumitur, qui et virga pastoralis et capuita et ferula et pedum dicitur. 1,218 quia episcopi pastores gregis dominici sunt, ut Moyses et apostoli fuerunt, ideo -um in custodia praeferunt. *al.* **β** *de usu:* VITA Sollemn. 5 (MGMer. VII p. 316,1) *episcopi* tradentes et (ei *var. l.*) -um pastoralem, ut dispersas oves congregaret ad fidem (GESTA Aldr. 44 p. 323,43 *apostolicus* misit . . . ei baculum pastorale. THIETM. chron. 6, 67 a rege accepit -um p. HERM. AUGIENS. chron. a. 1046 *rex* Gratianum papam . . . pastorali -o privavit. SALIMB. chron. p. 24,26 apostolice sedis legatus . . . Armeno catholico, XIV suis episcopis mitras et -um . . . tribuit p. *al.*). VITA Rimb. 11 p. 90,2 *a rege* cum pontificalis -i iuxta morem commendatione episcopatus est sortitus dominium. RUOTG. Brun. 31 -um . . . sancti Petri qua diligencia . . . Coloniam . . . adduxerit *(cf.* CHRON. Erf. min. p. 544, 1sq. *Maternus* a morte suscitatus est . . . per -um missum a Petro; unde papa non utitur -o. *al.)*. GERH. AUGUST. Udalr. I 23 p. 408,12 -um episcopalem publice portare (LAMB. HERSF. annal. a. 1071 p. 131,21 -um e. ab eo [*episcopo*] recepit *rex. al.*). THIETM. chron. 6,1 *rex* dedit episcopatum . . . Wigberto cum archiantistitis -o Taginonis. 6,40 *rex* pastoralem mihi curam . . . commisit cum -o. HUMB. Sim. 3,6capit. de -is et anulis per manus saecularium potestatum datis (RANGER. carm. 1 anulus et -us duo sunt sacra signa, nec ullo de laici manibus suscipienda modo. CONST. I 107,1 ego Heinricus . . . dimitto . . . catholicę ecclesię omnem investituram per anulum et -um. CHRON. Erf. mod. I a. 1131 p. 168,13 episcopus . . . episcopali investitura, id est annulo, mitra, -o a papa Innocencio donatur. *al. v. et supra p. 727,18sqq.*). HARIULF. chron. 3,3 p. 88,14 -us auro, argento et crystallo paratus. EKKEB. HERSF. Heimer. 19 *(de signo disciplinae)* ut episcopus ad degradandum eum *(clericum)* -um levare debuisset. RANGER. Anselm. 1450 -um ponit et officium. PLAC. hon. eccl. 55 (MG Lib. Lit. II p. 590,32) episcopos vel abbates -um de manu episcopi . . . accipere, ut noverint se terrenarum rerum . . . accepisse dominium. HUGO METELL. carm. 47 (MG Lib. Lit. III p. 716) per -um curvum si rex sua regia donat *eqs. saepe. expressius de iure investiendi episcopos vel abbates, investitura:* DONIZO Mathild. 2,392 *Rangerius* dictavit . . . librum . . ., qui -i litem diffinit. NOTAE Mathild. (MGScript. XXX p. 974,23) papa promisit ei *(Henrico)* -um et anulum. **b** *abbatum:* GERH. AUGUST. Udalr. I 25 p. 410,50 episcopus assumpto -o commendavit abpatiam . . . Roudungo usque in praesentiam imperatoris. NOTAE Teg. a. 979 (MGScript. XV p. 1067,12) ab imperatore . . . Hartwicus -um (pa- *cod. a. corr.*) et privilegium recepit. DIPL. Arduini 9 p. 713,11 suscepto ab antecessore vel . . . a principali altari regiminis -o. CONC. Karol. app. 3 p. 820,17 (spur. s. XI.in.) ut consecraremus *(sc. papa)* ipsum *(Anselmum)* abbatem et . . . eius manibus traderemus . . . -um pastoralem (LAMB. HERSF. annal. a. 1072 p. 138,34 *abbas* compulsus a rege -um p., quem non ut pastor, sed ut mercennarius usurpaverat, . . . reddidit. *al.*). EPIST. Hann. 109 p. 186,26 abrenuntiamus ergo -o tuo, abrenuntiamus etiam abbatię. BERNOLD. CONST. chron. a. 1095 p. 463,34 *praepositi canonicorum* -os non portant. HONOR. AUGUST. gemm. 1,238 *abbatis* -i flexura non ex albo, sed ex nigro debet esse, quia in commissa cura non debet mundi gloriam quaerere. *al.* **c** *magistrorum ordinis Teutonici:* STATUT. ord. Teut. p. 54,10 magister . . . virgam et -um manu gestet *eqs.* **d** *decanorum maiorum:* CHART. Tirol. 865III p. 282,9 (a. 1226) decanus . . . est maior, quia portat infulam et -um. **2** *de signo officii cantoris (cf. Hinschius, Kirchenrecht. II. p. 100):* CHART. Mog. A 219 p. 135,18 (a. 976) insignum . . . cantorie -um et infulam detraximus. HONOR. AUGUST. gemm. 1,74 cantores capita piliolis tegunt, -os vel tabulas manibus gerunt (1,24). VINC. PRAG. annal. a. 1158 p. 675,13 cantorem . . . -um de aneto maximum rubricatum . . . ferentem. CHART. Lub. I 139 cantor . . . et quicunque . . . canonicus in cantando chorum rexerit, . . . cum -is . . . incedentes ministrabunt. CHART. Col. III 163 p. 135,6. **3** *de signo ad loca sancta peregrinantium (cf. A. Franz, Die kirchl. Benediktionen im Mittelalter. II. 1909. p. 272sqq.):* RITUALE Rhenaug. 108tit. (Spicil. Friburg. V p. 142,9) benedictio super fustes, id est super -os iter agentium vel super capsellas eorum. GISLEB. MONT. chron. 152 p. 235,28 imperator . . . accepta apud Haghenoam pera cum -o iter Iherosolimitanum arripuit (167 p. 248,27. OTTO SANBLAS. chron. 32 p. 46,22 non in p. et -o, sed in lancea et gladio sepulchrum Domini visitare). *al.* **C** *usu vario:* **1** *de signo philosophorum:* ARS med. 1 p. 418,13 *simulacro Asclepii* imposuerunt . . . diaeteticae . . . -um, propter quod et philosophum ostendit. **2** *de signo virtutis divinae (cf. H. Bächtold-Stäubli, Handwörterbuch des deutschen Aberglaubens. IV. 1931/32. p. 132):* THIETM. chron. 7,69 audivi de quodam -o, in cuius sumitate manus erat . . . ferreum tenens circulum *eqs.* *Payr*

bacus *v.* opacus, pagus. **badanola** *v.* baionula.

***badera** (bradara) *subst. (arab.* al-bazar; *cf. P. de Koning, Trois traités d'anatomie arabes. 1903. p. 388,9) tentigo – Kitzler (Clitoris):* CONSTANT. AFRIC. theor. 3,34 p. 13bv natura feminea . . . deforis habet frustula de pellibus, que vocantur bradara (badera 3,33 [ed. Basil.]. *de fonte v. l. 44sq.*).

***badile** (patile, -ele) *subst.* (*ital.* badile) *pala – Schaufel:* GLOSS. IV 189,41 St.-S. p-e (-ęle *a*, patele vel p-e *b*) schůuel. *v. et* vatillum.

badius (vadius, baius), -a, -um. **1** *adi.: de colore equorum i. q. spadix – kastanienbraun (cf.* GLOSS. III 367,33 St.-S. -us equus rothros vel fenicatus; item spadix. *al.):* IORDAN. RUFF. equ. 4 p. 18,15 pilus *equi*, qui dicitur baius et semialbus et obscurus. **2** *subst. masc.: equus spadix – kastanienbraunes Pferd:* THEOD. PALID. annal. a. 1156 p. 89,51 qui *(praesul)* . . . gravitate sacerdotali currens in vadio incurrit mortem casu valido.

***badstuba** (-ůva), -ae *f. (theod. vet.* badastuba, *cf. Ahd. Wb. I. p. 772) balneum – Bad:* CHART. scrin. Col. A I p. 205,10 (a. 1192/93) Liveradis dedit Henrico marito suo terciam partem -ůvę.

baen *v.* bahen.

***baf.** *vox nihil significans: v. p. 1301,41.*

baga *v.* baca.

***bagatinus,** -i *m. (cf. ital.* bagattella, *v. S. Battaglia, Grande Dizionario della Lingua Italiana. I. 1961. p. 942) moneta parva Italiae septentrionalis – kleine norditalienische Münze:* CHART. Tirol. notar. II 584 (a. 1273) XL solidos parvulorum -orum.

[Sroder]

***bagnberga** *v.* *bainberga.

***bagordo,** -avi, -are. (*ital.* bagordare) *hastiludio pugnare – Lanzenspiele austragen (cf. A. Schultz, Das höfische Leben zur Zeit der Minnesinger. ²II. 1889. p. 113):* ALBERT. MIL. temp. 215 p. 460,4 milites equitabantur super glaciam dicti Paudi et -bant. *fort. add.:* ANNAL. Ceccan. a. 1208 (MGScript. XIX p. 297,10) cum suis militibus domnus Iohannes . . . iocavit burbudando (buburd- *3*). *cf.* *bohordicium.

***baharius** *subst. (orig. inc.) ?sorbus – ?Sperberbaum (Sorbus domestica L.):* GLOSS. III 537,10 St.-S. -us surpelboim *(v. notam ed.).*

bahen (baen, baben, ben, pean, pen) *n.* (*cf.* βατς) *exempla allata pendent plus minus a Vulg. I Macc. 13,37.*

torques – Halskette: ABBO SANGERM. bell. 3,59 entole te comat, regesque baben (gloss.: n(eutrum) t(ertiae decl.); torques aurea cum gemmis, baben ornamentum cum auro et gemmis) proceresque. GLOSS. I 695,6 St.-S. baen (bean *e. o;* bahem *Vulg.*) palz spisal. 695,14 -n balz. 705,41 pean (ben *a,* pen *b*) palz. III 175,22 baen halsbŏga vel torques.

bahor *v.* bacchor.

Baiae, -arum *f. aquae – Bäder:* GLOSS. med. p. 11,22 -ae calidae, id est aquae calentes.

baianula *v.* baionula. ***baiellatus** *v.* *baiulatus.

***bail(l)ivus** *sim. v.* *bali(v)us. ***baim** *v.* *baion.

***bainberga** (bagn-, bein- *sim.*), -ae *f. (theod. vet.* beinberga, *cf. Ahd. Wb. I. p. 847sq.) ocrea – Beinschiene:* LEX Ribv. 40,11 bagnbergas (bain- *sim. var. l.*) bonas pro sex solid. tribuat. TESTAM. Eberh. (ed. P. E. Schramm – F. Mütherich, Denkmale der dt. Könige u. Kaiser. 1962. p. 93b,41) bembergas (*i.* beinb-) II. *ibid. iterum.*

baiolo *sim. v.* baiulo.

***baion** (vai-) *n.* (βαΐον) *species epithematis – Umschlagsart:* PAUL. AEGIN. cur. 191 p. 116,2 epithimata vero vaion (*3,37,6* βαΐον) et euuodes et similia (p. 116,9 malagmata . . . vaion et poliarcium). *fort. huc spectat:* ALPHITA I p. 279,19 baim (bami *var. l.;* baym ALPHITA II p. 19,4) interpretatur corroborativum et corrosivum.

baionula (-ian-, badanola), -ae *f. lectus portatorius in itinere usurpatus – Reisesänfte, Tragbett:* ABBO SANGERM. bell. 3,16 amphytappa laon extat badanola (gloss.: lectus in itinere). GLOSS. III 168,2 St.-S. baianula (-lo *E*) uartbette. 210,71 -a fartbette. 376,14.

***baiophoros** (vai-), *acc.* -on *subst.* (βαϊοφόρος *sc.* ἡμέρα) *dies palmarum – Palmsonntag:* LIUTPR. antap. 6,10 p. 157, 30 in ea, quae ante vaiophoron, quod nos palmarum ramos dicimus, ebdomada.

baiula (-iol-), -ae *f. usu attrib.: l. 51.*

I *strictius i. q. portatrix, latrix – Trägerin, Bringerin:* A *proprie:* PAUL. DIAC. carm. 7,6,1 fregit *Benedictus* veneni -am crucis per arma cymbiam. B *in imag.:* ASINARIUS 298 fit . . . leticie -a (baiola *var. l.*) tota dies. ACTA imp. Winkelm. II 1025 p. 687,1 cum opera talium ad excellentie vestre notitiam, facti evidentia -a, perferenda credantur. CONST. III 204 pestilentes heretice calliditatis argucie . . . infeste sunt auribus sicque sunt amaritudinis fellee -e (baiole *E*) detestande.

II *latius:* A *nutrix, altrix – Amme, Pflegerin:* 1 *proprie:* IONAS BOB. Columb. 2,12 p. 260,11 *(de diabolo)* per baiolam inpedimenta parare *Gibitrudi.* VITA Reginsw. 8 -ae ipsius *(Reginswindis)* germanum. SALIMB. chron. p. 350,15 precepit *Fridericus* -is et nutricibus, ut lac infantibus darent *eqs.* 2 *in imag.:* GODESC. AQUENS. opusc. 5,12 p. 164,4 tibi *(sc. Mariae),* vitae omnium vivificandorum -ae. 3 *per compar.:* PETR. CRASS. def. 2 p. 435,15 cum hae tres *(veritatis amicae)* quasi humanae vitae nutrices -aeque esse videantur. B *ministra, adiutrix – Dienerin, Helferin:* THEOD. TREV. mirac. Celsi 14 ut . . . numquam absque -arum adminiculo de stratu se posset *nonna paralytica* erigere.

baiulatio (-iol-, -cio), -onis *f.*

I *proprie:* A *gestatio – das Tragen:* GONZO Geng. 36 Gengulfus . . . est consolatus . . . maiorem *fratrem* de minoris compassione et -is impeditione. CONSUET. Trev. 33tit. de . . . crucis -cione. ABSAL. serm. 14 p. 91c caereorum -o. B *levatio – das Aufheben:* TRANSL. Germ. 4 (MGScript. XV p. 7,9; s. IX.) quod ipse sanctus servientes sibi . . . fratres de -e sui corporis honorare velit *(cf. l. 51).*

II *translate:* A *cura, custodia – Aufsicht, Obhut:* HINCM. annal. a. 861 p. 56,18 Karolus dimisso filio suo Hludowico sub Adalardi . . . -e . . . peragrat *(cf.* a. 879 p. 147,28). B *tutela – Vormundschaft:* CHART. ord. Teut. 12 (a. 1179) confirmo tibi . . . -em puerorum Ade Bethsamitis. CHART. Mont. (MGScript. XXI p. 621,47) vir eius *(feminae)* ante puerorum suorum plenam etatem in ipsis pueris et in feodis eorum . . . -em habebit *(cf.* p. 622,2). C *procuratio, potestas – Verwaltung, Amt(sgewalt):* 1 *in univ.:* CONST. II 307 (a. 1231) ut . . . Gerhardus . . . de baiolatione (-iul- *2*) ipsi a nostra serenitate recommissa nulli respondeat . . . nisi nobis. ACTA imp. Winkelm. I 330 p. 293,42 propter mutationem officialium et baiulorum nostrorum . . ., quos annuatim . . . ab officiis -um suarum removeri contingit (GREG. IX. registr. 656,2 p. 555,37 Riccardus, marescalcus tuus [*sc. Friderici imperatoris*], ad -is officium . . . restituetur. *al.*). 2 *meton.:* a *circuitus potestatis, districtus – Amtsbezirk, Verwaltungsbereich:* ACTA imp. Winkelm. I 211 p. 189,18 (a. 1221) decimam -is nostre Averse. CHART. ord. Teut. 151 cum . . . imperator . . . in civitate Brundusii de redditibus suis sive de -e sive de sicla . . . cc uncias auri . . . donarit. ACTA imp. Winkelm. I 881 p. 671,16 de . . . omnibus, que . . . de -cionibus (baiulis *a*) subtracta fuerant *eqs.* 892 p. 677,41 de pecunia . . ., quam idem Iohannes fatetur . . . recepisse de -cionibus *eqs.* CHART. Rhen. med. III 788 burcgravio . . . dedimus facultatem, quod pro necessitatibus nostris . . . ab hominibus nostris, ubicumque in baiolatione sua viderit expedire, exigat. *al.* b *vectigalia (districtus) – Einkünfte (des Verwaltungsbereiches):* GREG. IX. registr. 391 -em et plateaticum civitatis vestre . . . duximus retinenda.

baiulator (-iol-), -oris *m. script.* baiut-: *l. 47. usu attrib.: l. 47.*

1 *strictius i. q. portator, gerulus – Träger, Bringer:* a *proprie:* WILH. HIRS. const. 1,36 p. 969B -i *absconsae.* WENR. epist. 6 p. 293,11 unius kartulae per quemlibet -em porrectae. FRAGM. de exp. Frid. imp. p. 11,12 crucis -es duo . . . pariter cum ipsa succumbunt. b *in imag.:* MIRAC. Hucberti 1,7 doloris sui -r . . . ulnis filiam ferens. VITA Serv. 20 p. 78,13 bone . . . gratie baiolator (-iul- *var. l.*) nomine . . . Eucharius. GERHOH. aedif. 7 (16) p. 148,17 apostolicae vitae professores et crucis Christi baiolatores. 2 *latius i. q. nuntius – Bote:* CHART. Rhen. med. II app. 10 (s. X./XII.) ibi sunt II obę, quas tenent -es. p. 341,14 homines baiutores vel nuncios.

***baiulatus** (-iell-), -us *m.* 1 *proprie i. q. levatio – das Aufheben:* CARM. de Germ. 3,37,1 (MGPoet. IV p. 134) de concesso -u corporis *(cf. l. 3sq.).* 2 *translate:* a *in univ. i. q. gubernatio, procuratio – Regierung, Verwaltung:* CHRON. Ven. Alt. p. 118,18 fuit factus baiulus Henricus . . . et imperavit, qui inter tempus -us et imperii vixit an. ‹. . .›. INNOC. IV. registr. A 675 is, qui proximior est heredi, eo absente dominium et -um ipsius regni debeat obtinere *eqs.* b *meton. i. q. circuitus potestatis, districtus – Amtsbezirk, Verwaltungsbereich:* INNOC. IV. registr. B 332 in -u Gaiete. CHART. Gelr. 879 p. 856,30 de . . . redditibus ville et -us Geldoniensis. p. 856,33 in villa et baiellatu seu ballione Geldonensi.

baiulo (-iol-), -avi, -atum, -are. *script.:* pa-: *l. 71.* va-: *p. 1315,8.* bacu-: *p. 1315,32.* bayol-: *p. 1315,20.* -ial-: *p. 1315,20.*

I *proprie i. q. portare, ferre – tragen, bringen:* A *gener.:* ALDH. epist. 5 p. 490,15 mellifluum examen . . . ad crates graciles sarcinatum flava baiolans (-iul- *var. l.*) gestamina asportat. virg. I 36 p. 284,16 qui in sabanis . . . baiolabantur (-iul- *L*) aegroti. BEDA hist. eccl. 2,8 p. 96,32 indumentum humeris tuis -andum. CARM. Cantabr. 48,1,6 Cloto . . ., que baiolat colum. CHART. Turic. 357 p. 238,19 littere . . . baiolande. *al.* *in imag.:* RHYTHM. 37,2,1 baiolat (paiolat *B*) iram in corde (*cf.* HADR. II. epist. 38 p. 749,25 suscepit, quod

[Sroder]

ardenter semper in pectore -bat). NICOL. I. epist. 53 p. 341,15 pondera. GESTA Trev. cont. 4 p. 178,49 in . . . corpore thesaurum -asse spiritualis gratiae. *de nave i. q. capere – fassen:* CHART. Pomm. A 150 p. 357,42 (a. 1224) de navi . . . octo last -anti (CHART. Hans. I 223 p. 69,23). **B** *spec.:* **1** *eccl.:* RHYTHM. 82,8,4 qui *(filius Altissimi)* -vit sibi crucis stipite ([*cf. Vulg. Ioh. 19,17*]. CYPR. CORD. carm. app. 1,20 [MG Poet. III p. 147] vaiulans crucem supplicii omnem mundum redemisti. CHART. Basil. A I 143 p. 212,12 [epist. papae]. *al.*). *in imag.:* HUMB. Sim. 2,40 p. 189,38 catholici quaedam Hebreorum signa retinent, in quibus Dominum velatum essentialiter -ent et prophetent *eqs.* CHART. archiep. Magd. 315[B] p. 404,22 qui . . . crucem Christi non in angaria cottidie -ant *(cf. Vulg. Matth. 27,32. al.).* **2** *iur.:* ARNULF. MEDIOL. gest. 1,19 episcopus codicem, marchio canem -ans . . . reatus . . . sunt confessi. HERM. IUD. conv. 5 p. 84,21 (ed. G. Niemeyer. 1963) ferrum ignitum nuda . . . manu in fidei sue argumentum baiolans. **3** *publ.:* GESTA Halb. p. 106,18 rex Danorum . . . ensem imperialem baiolans. **4** *milit.:* LEX Baiuv. 2,9 arma sua vivaciter -are ([-iol-, -ial-, -yol- *sim. var. l.*]. 4,11. CAPIT. reg. Franc. 223. *al.*). ANNAL. Ianuens. III p. 19,28 vexilla. **5** *medic.:* ANTIDOT. Glasg. p. 141,31 cauculum limacis . . . tecum -a.

II *translate:* **A** *suscipere – auf sich nehmen:* **1** *de officiis sim. i. q. exsequi, exercere – ausführen, ausüben:* FORM. Marculfi 1,1 p. 39,20 sancta . . . baiolare (-iul- *A 2*) officia. NICOL. I. epist. 88 p. 479,33 ecclesiarum cunctarum sollicitudinem -bimus. WOLFHARD. Waldb. 1,2 (1) monachicam vitam strenue -vit (-iol- *1*). PETR. DAM. grat. 34 p. 67,28 secularem militiam -are (CHART. Livon. A III 200[a] p. 37,37 fratribus . . . aequalem prompte obedientiae m. sub vexillo s. crucis baculantibus). **2** *de malis sim. i. q. perferre – ertragen:* ORD. iud. Dei A 29[e] p. 633,14 ut . . . taliter sit tibi -andum de manu Domini . . ., ut *eqs.* TRANSL. Viti 21 cecus . . . tenebras pro luce -ans. **B** *admittere – zulassen:* ORD. iud. Dei A 17[e] p. 619,20 si de hoc furto scisti aut vidisti aut -asti. 19[f] p. 622,3 si hoc malum fecisti . . . vel assensum praebuisti aut -asti. 29[e] p. 633,14. *ibid. al. (v. ind.).* **C** *sustentare – unterstützen:* VITA Rust. 24 (MGMer. IV p. 350,5) quo ingenio -bas exiguitatem nostram diebus ac noctibus. **D** *de consilio i. q. inire – fassen:* FORM. Sal. Bign. 18 prudentem consilium baiolat, qui *eqs.* (TRAD. Frising. 37 prudente consilio baiolat, qui *eqs. ibid. al.*).

baiulus (iol-), -i *m.* *script.* va-: *p. 1316,33.* *form. nom. sg.* -os: *p. 1316,22.*

I *proprie i. q. portator, gerulus – Träger, Bringer (fere de personis; de rebus: p. 1316,15; cf.* GLOSS. I 164,9 St.-S. baiolus fôrari. II 473,7 -orum bacalaro. III 186,67 -us portator vel gerulus dregere. IV 197,22 -us tregil): **A** *strictius:* **1** *gener.:* DIPL. Karoli M. 239 p. 332,31 -os sacri corporis lux incomparabilis circumfulsit (TRANSL. Libor. 29). WANDALB. Goar. 1,21 ad -um infantis accessit. LAMB. HERSF. annal. a. 1063 p. 87,15 -us litterarum (CHART. Merseb. 332 p. 264,15. *al. cf.* CHART. Carinth. IV 2394 presencium baiolum). *in imag.:* HARTW. Emm. 19 o pedes pacis -i *(cf.* GESTA Autis. [MGScript. X p. 521,28] pacis -us vocabatur *Guillelmus).* GERHOH. psalm. 36,14/15 p. 512,22 immundorum spirituum -i. CHRON. Hugon. cont. Weing. (MGScript. XXI p. 476,45) legatos soldani multae devotionis baiolos. *de artu i. q. fulcrum – Stütze:* WOLFHARD. Waldb. 1,18 (16) crure . . . confracto et artuum omnium -o eidem *(feminae)* misere minutato. **2** *spec.:* **a** *eccl.:* ORDO Rom. 6,7 ut sacri ministerii vasa . . . deferantur per -os de . . . monasterio ad celebrandae stationis locum. VITA Corb. 38 sanctae crucis baiolus *(de cruciferis:* CHRON. Albr. a. 1190 p. 863,45 iam plus quam per annum -i crucis extiterant *Francorum proceres).* THEOD. AMORB. Bened. II 2 p. 261,12 vir . . . habitu monachico trabeatus et puer . . ., cambutae eius -us. PETR. CAS. (?) chron. 4,37 pontifex misit . . . -os, cereostatarios, stauroferos. *al.* *in imag.:* THEOD. AMORB. Mart. prol. ego monachici propositi gerulus nec non et sacerdotalis ordinis -us Theodoricus. BERTH. (?) annal. a. 1073 p. 276,5 Herimannus . . ., nudus nudae crucis -us . . ., monachus efficitur. **b** *iur.:* COSMAS chron. 3,32 p. 203,13 cane . . . suum demerdante -um. **c** *publ.:* ARNOLD. LUB. chron. 6,2 p. 214,6 ut . . . ipse *(Ottocarus I.)* procederet coronatus et gladii regis -us. **B** *latius:* **1** *nuntius, adnuntiator – Bote, Verkünder:* VITA Ludow. Pii 27 p. 621,28 huius legationis -us fuit Theodorus nomenculator (CHART. Rhen. med. II app. 16 p. 457,1). OTTO FRISING. gest. 2,45 p. 152,29 deceptionis sue baiolum. CHART. Livon. A I 36 p. 42,38 (epist. papae) episcopo et aliis -is verbi Dei. **2** *possessor – Besitzer:* TRAD. Ransh. 157 p. 259,8 (a. 1182) presentis pagine baioli. **3** *custos – Verwahrer:* HARIULF. chron. 1,5 p. 14,15 beatus Maurontus . . . regiae bullae vel sigilli -us fuit. **4** *conservator – Wahrer:* CHART. episc. Wirz. I 151 p. 146,23 (a. 1192) statuta . . . autentico scripturę baiolo committere. **5** *qui colit – Betreuer:* ROB. TOR. chron. a. 1170 p. 519,45 beatus Amator famulus beate Marie et aliquando -us et nutricius Domini fuit.

II *translate:* **A** *paedagogus filiorum regalium, magister aulae – Prinzenerzieher, Hofmeister (cf. Waitz, Verf.-Gesch. III. p. 537sqq.):* **1** *in univ.:* CHRON. Fred. 4, 86 Otto quidam . . ., qui baiolos Sigyberto ab adoliscenciam fuerat. GESTA Dagob. 2 *Dagobertus* traditus est a genitore . . . Arnulfo . . . episcopo, ut . . . eius custos et -us esset. HINCM. ord. pal. 1 Alexander in pueritia sua habuit -um nomine Leonidem. FLOD. hist. 3,24 p. 537,28 quatinus . . . sub manu boni . . . -i ad hoc eum *(filium)* nutriri faciat *Karolus.* BENZO ad Heinr. 1,17 p. 606,19 quod in diebus pueritiae de -o ad -um, o cesar Heinrice, porrexit te fortuna. 6,4 p. 661,26 baioli, homines nequam, filii mendacii. *al.* *fort. huc spectat:* ERCHEMB. CAS. hist. 38 Gregorium -um imperiale Grecorum (*cf.* LUP. PROT. chron. a. 875). CHRON. Salern. 142 Constantinus, augustorum vaiulus (*ex* ERCHEMB. CAS. hist. 76 aulicum) et patricius. **2** *de consiliariis etiam in administratione regni adiuvantibus:* EPIST. Lup. Ferr. 64 p. 64,5 non admittantur . . . a vobis monitores, quos -os vulgus appellat. VITA Ludow. Pii 4 p. 609,2 filium . . . suum Hludowicum regem regnaturum in Aquitaniam misit *rex Karolus,* praeponens illi -um Arnoldum. **B** *tutor – Vormund:* ANNAL. Ianuens. III p. 163,4 Berengarius comes . . . diem clausit extremum . . . et . . . Romeum de Villanova -um totius terre sue et filie dimisit. **C** *gubernator (loco principum minorum regno fungens) – (vormundschaftlicher) Regent:* ANNAL. Cav. a. 1258 (MGScript. III p. 194,21) Manfredus, princeps Tarenti, cum esset -us regni (*cf.* CHRON. Barth. app. [MGScript. XXXI p. 225,5] regnum . . . occupavit *Manfredus* . . . non tamquam rex, sed sicut -us Conradi). BURCH. URSB. chron. p. 60,15 ignorante . . . comite Tripolitano, qui fuerat a rege Baldowino regni procurator et -us constitutus. SALIMB. chron. p. 44,6 quo *(Balduino imperatore)* mortuo rex Iohannes -us illius remansit imperii pro parvulo suo nepote. *al. v. et p. 1314,53.* **D** *officialis, procurator, vicarius – Beamter, Verwalter, Stellvertreter (cf. E. Mayer, Ital. Verf.-Gesch. II. 1909. p. 427sqq.; H. Nowé, Les baillis comtaux de Flandre. 1928; H. Mitteis, Der Staat des hohen Mittelalters. [4]1953. ind. s. v. 'bailli'):* **1** *in univ.:* GENEAL. Flandr. VI 9 p. 319,29 per -os suos super possessionibus suis eos *(clericos)* inquietavit *comes Balduinus.* ROM. SALERN. annal. a. 1159 p. 242,27 cum imperator vellet in civitate -um constituere. CHART. episc. Hild. I 521 Conradus . . ., imperialis aulae cancellarius, . . . -is et universis . . . salutem. ANNAL. Ianuens. III p. 105,22 Romeus . . ., domini comitis Provincie -us. CONST. II 425,10 si . . . villico alicui vel -o . . . homo ille tentus et custodiendus evaserit. RYCCARD. chron. a. 1232 p. 177,16 -i imperiales, qui cavarrecti vocantur *(v. notam ed.).* ACTA imp. Winkelm. I 8 ut ipsi fratres . . . omnium -orum nostrorum *(sc. Philippi, regis Romanorum)* speciali gaudeant protectione. CHART. ord. Teut. 41 p. 33,11 Iohannes de Ybelino, dominus Beriti et regni Ierosolimitani -us (116 p. 103,11 conestabulo et -o r. I.). ACTA imp. Winkelm. I 162 p. 139,6 ut homines . . . monasterii essent liberi ab . . . dominatione principum et -orum. CONST. II 137 Fridericus . . . imperator . . . iustitiariis, comiti-

[Sroder]

bus, baronibus, camerariis, -is et omnibus officialibus . . . gratiam suam. ACTA imp. Winkelm. I 665 p. 531,18 custodes et -os, quos posuit *comes Tholosanus* . . . in . . . possessionibus ecclesiarum. *al. v. et p. 1314,17. de procuratoribus soldani:* MENKO chron. p. 550,3 -os suos regno superposuit *soldanus* Damasceno. **2** *de certis functionibus:* **a** *de dispensatione redituum:* ACTA imp. Winkelm. I 76 (a. 1198) iniungimus portulanis et -is . . ., ut de omnibus redditibus . . . portuum . . . decimam . . . ecclesie . . . persolvant *eqs.* **b** *de potestate iudicandi:* CHART. Mont. (MGScript. XXI p. 622,4; a. 1200) -us domini comitis Hainoensis supra omnes . . . -os . . . constitutus iusticiam potest facere *eqs. v. et* *balivus.

baius *v.* badius. **baiutor** *v.* baiulator.

***bal** (boal) *subst. (turc.* bal, *cf. Lokotsch, Etym. Wb. d. Wörter orient. Urspr. nr. 201) potus ex melle confectus – aus Honig bereitetes Getränk:* WILH. RUBRUQU. itin. p. 306,1 quid vellemus bibere, utrum vinum . . . vel -l, hoc est medonem de melle. p. 335,6 boal (bal *B*), hoc est potum de melle.

***bala** *v.* *balla. **balaena** *v.* balena.

***balafium** (pa-, -lif-, -phium, -sium, -filium) *subst. (orig. inc., nisi cohaeret c.* Palladium, *cf. Diefenbach, Novum Gloss. s. v.* balaphium) *imago – Bild:* GLOSS. III 266,59 St.-S. -um imago bilidi. 294,62 -sium imago i. bilde. 429,33 p-um pilidi. 462,43 palafilium pilidi. 690,35 balifium pilidi. IV 197,28 -phium bilithiu. *ibid. al.*

***balaglus** *v.* *balascius.

***balagros** (halagorez) *subst.* (βάλαγρος) *species piscis in aqua dulci degentis – Süßwasserfischart:* ALBERT. M. animal. 4,105 piscium . . . fluvialium orientalium, qui dicuntur kyroz et halagorez (*p. 538a,15* βάλαγρος). *v. et* *baleros.

***balancia** *v.* *bilancia.

*?**balaneca** (biantacea) *subst. (orig. inc.) scelerata – Hahnenfuß (Ranunculus sceleratus L.):* ALPHITA I p. 277,20 apium risus, quod idem est, quod scelerata . . . sive balaneca (biantacea *var. l.*).

balaninus, -a, -um. (βαλάνινος) *ad myrobalanum pertinens – Behennuß-:* PAUL. AEGIN. cur. 14 oleum -um ([id est glandinum *add. A*, balsaminum *B; 3,2,6* βαλάνινον]. ANTIDOT. Sangall. p. 96,11 o. -um virtutem habet purgativam).

balanites (balatina) *subst.* (βαλανίτης) *uva rustica – Bauernweinbeere (Vitis vinifera L. cathartica Dierb.):* GLOSS. III 91,47 St.-S. balatine hûnischedrûben (194,51). *v. et* *betullacia.

balanium *v.* balneum. ***balantia** *v.* *bilancia.

***balantius** *v.* *balascius.

balanus, -i *m. (n.* -um, -on: *l. 49.54)* (βάλανος) *script.:* va-: *l. 71.* -lara: *l. 54.* halnane: *l. 66.*

I *proprie:* **A** *de fructibus:* **1** *glans – Eichel:* ALPHITA I p. 279,19 -on, id est glans, inde mirobalanus, quasi glans vendibilis. **2** *castanea – Kastanie:* DYASC. p. 80a omnia . . . membra lapsa confirmant -i etiam, quos Sardi castaneas aut lepomata aut Iovis -um (*Diosc. lat. 1,116* Sardiane . . . -i) vocant. *fort. huc spectat:* BERNH. PROV. comm. 8,1 p. 298,19 castanee cocte, que -lara appellantur. **3** *capsula (seminis) – (Samen-)Kapsel:* DYNAMID. Hippocr. 2,118 -i sementes mittit *bryonia.* **B** *de arboribus:* **1** *quercus – Eiche:* GLOSS. med. p. 12,1 -orum glandes: virides stringunt. **2** -us myrepsicus *i. q. palma – Behennußbaum (Moringa Arabica Pers., cf. André, Lex. bot. p. 235):* ALPHITA II p. 18,27 -us rapseo (*cf. Diosc. lat. 4,152* de -o mirepsico) est simile arboris mirice, nuces habens intus rotundas.

II *translate de rebus vel anim. formam glandis exhibentibus:* **A** *zool. i. q. species cancri – Seepocke, Meereichel (Balanus balanoides L.):* ALBERT. M. animal. 5,65 quod . . . de genere concarum invenitur in fissuris lapidum, communi nomine vocatur ruma et halnane (*p. 547b,22* βάλανον), quod sonat concas et testudines. **B** *medic. i. q. pessarium formam coni exhibens – zapfenförmiges Heilmittel zum Einführen:* FRAGM. mul. I 1 aliut pessus, qui vocatur splendidus, alter -us *eqs.* TRACT. de caus. mul. 34 mel teris coctum in sevo, ut valanum longum facias et subpone intestino maiore.

***balaphium** *v.* *balafium. **balarum** *v.* balanus.

***balascius** (-asius, -agius, -antius, palachius, palatius, -um), -i *m. (n.* -um: *l. 9) (arab.* balahšan, *ital.* balascio, *cf. Meyer-Lübke, REW³ nr. 891) gemma quaedam rubicunda – Ballasrubin:* ARNOLD. SAXO fin. 3,10 balagius gemma est, rufus et perlucentis nature. CATAL. thes. Germ. I 31,23sq. (Dt. Schatzverz. d. Mittelalt. 1966) unus *anulus* cum -sio . . . et alius peior cum -sio. ALBERT. M. miner. 1,2,2 p. 16a,46 si fuerit perspicuitas multa et fumus superfusus valde tenuis et lucidus, est color eius, qui vocatur palatius sive palatium. 2,1, 2 p. 26b,3 hunc *colorem* primo . . . accipit carbunculus et postea palachius sive palatius et granatus. 2,2,2 p. 32a,8 balagius, qui et palatius dicitur, est gemma coloris rubei *eqs.* Ps. ARIST. lap. I p. 186,23 occultamus istos *lapides pretiosos,* quoniam digniores sunt balantio atque rubino.

***balasium** *v.* *balafium. ***balasius** *v.* *balascius.

balasterius *v.* ballistarius. **balasticon** *v.* balaustium.

balastrum (-atrum), -i *n. balneum – Bad (cf.* GLOSS. I 55,38 St.-S. -atrum balneum): LAUDES Mediol. 6,3 (MGPoet. I p. 25) undam capit *Mediolanum* per ductorem limphe quendam -is. *expressius i. q. aqua balnei – Badewasser:* GLOSS. I 54,39 St.-S. -um pahuuuazzar *(cf. Ahd. Wb. I. p. 781).*

balatina *v.* balanites. **balatio** *sim. v.* ballatio.

balatro (bara-, -thro), -onis *m. metr.* -lā-: *l. 26.35. exempla allata pendent plus minus ab Hor. sat. 1,2,2.*

1 *ioculator, praestigiator – Possenreißer, Gaukler:* AMARC. serm. 4,241 sperne -um laudes scurrasque dicaces abice. BENZO ad Heinr. 3,1 p. 622,48 Paulo intercepto a latronibus mendicis et -bus (*cf.* 4,5 p. 640,27 baratrones et periuri. 5,2 p. 649,33). OTTO FRISING. chron. 6,32 p. 298,14 omne -um et histrionum collegium . . . vacuum abire permisit *rex.* RAHEW. apol. 13 curia, . . . -um seva culina. ARCHIPOETA 2,10 genus omne -um intrat ante diem nonum. *al.* **2** *ganeo – Schlemmer:* HERM. AUGIENS. vit. 1105 non haec *(gulosa gastrimargia)* hians considerat, natura quid parce petat, sed quod -o postulat.

1. balatus, -us *m. actio balandi – das Blöken, Meckern:* **1** *proprie:* GERHOH. tract p. 210,15sq. -us hircorum discretus est valde a -u ovium sive arietum. *in imag.:* SYLL. Bern. 2, 64 hyrcus et aedus -um variantem dantes carmina sistunt. CARM. de Lamb. 204 deposcunt ovium -us undique mites, ut reddatur eis Landberti gratia sancti (*item de ovibus Christi:* 521). **2** *translate i. q. questus – Klage:* CARM. de Nyn. 133 nuncius . . . trepidus -u impleverat auras.

2. balatus *v.* palatum.

balaustium, -i *n. vel saepius* **balaustia,** -ae *f.* (βαλαύστιον) *script.:* va-: *l. 52.* bau-: *l. 69.* -auci-: *l. 64.* -lasti-: *l. 72.* -sci-: *l. 71.* -st(a): *l. 64. form.:* *nom. sg.* -on: *l. 70sq. gen. sg.* -u: *l. 52.*

1 *flos mali granati (silvestris) – Blüte des (wilden) Granatapfelbaumes:* PAUL. AEGIN. cur. 176 p. 101,17 -um (*3,31,3* βαλαύστιον), rubi fructus . . . coquentes eis utuntur. 215 eretinu corticum . . . et valaustiu tantundem. ANTIDOT. Augiens. p. 50,7 cortices de malu granatu, -am. p. 55,16 -u dragm. 1. ANTIDOT. Bamb. app. p. 37,3 sanguine espuentibus: . . . cadmian £, -a *(cod.,* -ica *ed.)* £. MATTH. PLATEAR. gloss. p. 380B -a frigida est et sic virtutem habet constringendi fluxum et rheuma . . ., -a flos est mali granati caducus. ROGER. SALERN. chirurg. 2,365 fiat talis gargarismus: sumac, gallas, -as, rosas. ALPHITA I p. 279,23 -a est flos caducus mali granati vel fructus cuiusdam arboris ad modum mali granati. ALBERT. M. veget. 1,190 hoc . . . modo . . . -ae (*p. 821a,5* βαλαύστια), qua sunt flores malorum granatorum, conferunt olivis *eqs.* 2,117 quod diximus de arboribus, quarum fructui primitus formato flos adhaeret, apparet maxime in -is (balauciis *L*, balaustis *V*, *cf. ed. p. 397 app. crit.*). 6,118 habet *granatum* florem rubeum . . . et ille vocatur -a. animal. 8,148. *al.* **2** *millefolium – Ähriges Tausendblatt (Myriophyllum spicatum L.) oder Schafgarbe (Achillea millefolium L.):* AESCULAPIUS 43 p. 74,7 baul-am (baul-a *cod. Augiens. CXX,* bal-am *cod. Bruxell. lat. 1342/50*), hoc est centifolium. GLOSS. med. p. 12,3 -ion: hoc est centifolia. p. 46,17 mirifillon, qui et -ion (-scion *P*). DYNAMID. Hippocr. 2,58 myriophyllon, quod et balasticon.

[Sroder]

***balbeo,** -ere. *susurrare – flüstern:* CARM. Bur. B 103,1,2[a],3 livens Invidia . . ., lingua -ens *(B,* balans *ci. ed.)* impia, mea turbas gaudia.

***balbito** *v.* *balbutto.

***balbosus,** -a, -um. *balbus – stammelnd (cf.* GLOSS. III 225,66 St.-S. -us stamelenter): CARM. libr. III 40,51 quid loquor ingenii -us somniculosi, non Maro.

balbugo *v.* vulgago.

***balbulus,** -a, -um. *balbutiens – stammelnd:* THEODULF. carm. 27,14 -a vox *cuculi* resonat gutture raucisono. EKKEH. IV. cas. 33 Notker corpore, non animo gracilis, voce, non spiritu -us. *in cognomine i. qui haesitantia verba profert – Stammler:* SYLL. Sangall. app. 3 p. 336,29 Notker B-us (EKKEH. IV. cas. 2).

balbus, -a, -um. *script.* balu-: *l. 27.*

1 *adi.: balbutiens – stammelnd, stotternd (cf.* GLOSS. III 179,40 St.-S. 295,28 -us blesus neselenter. 434,44 -us stammolonder. 663,5 -us stammiler. *al.): ALDH.* virg. I 45 p. 299, 11 -is buccarum labellis. NOTKER. BALB. gest. 2,17 p. 84,16 quę ego -us et edentulus . . . explicare temptavi (*cf.* carm. 4, 10,1 p. 150 aeger et -us ... Stephani triumphos Notker indignus cecini). ARCHIPOETA 2,1,1 lingua -us, hebes ingenio . . . sermonem facio. CHRON. Mont. Ser. a. 1206 p. 173,26 nec . . . -us erat *praepositus,* sed prepropere et . . . in gutture loquens. *al.*

2 *subst. masc.: qui haesitantia verba profert – Stammler:* ALDH. virg. II 1087 blessos ac -os (baluos *AS*[2]), qui scaevis verba loquelis fantes corrumpunt. RATHER. epist. 25 p. 137,4 clericum nemo vestrum sine licentia faciat nostra, nullus -um vel ultra mensuram blesum. CARM. Bur. B 60,15,1 si -i more veritus nil ausim fari penitus. *al. in cognomine:* REGINO chron. a. 878 Ludowicus rex . . ., qui B-us appellabatur, eo quod impeditioris et tardioris esset eloquii.

***balbutatio,** -onis *f. verba haesitantia – Gestammel:* BENZO ad Heinr. 3,27 cum . . . blaterando verba perstreperet *Alexander* nullusque -em eius intelligeret.

1. balbutio (-cio, -ttio), -ire. *script.* -put-: *l. 40. depon.: l. 47.*

IV *meton.:* **A** *aqua baptismalis – Taufwasser:* HRABAN. carm. 39,47,4 ab Iohanne in Iordane tinctus erat -te *Iesus.* AMALAR. off. 1,38,1 canuntur quattuor cantica ante -mi consecrationem (*cf.* GERH. AUGUST. Udalr. I 4 p. 392,43 ad -ma consecrandum. EKKEH. URAUG. Hieros. 32,2). RIMB. Anscar. 7 p. 26,32 eum . . . sacro -te perfusum ipse de sacro fonte suscepit. *al. symbolice:* WALTH. SPIR. Christoph. II 6,167 nostram tinxit -ma berillum *eqs.* **B** *lapis baptismalis – Taufstein:* CHART. Xant. 185 p. 125,39 (a. 1258) -mum etiam habeat *capella,* in quo baptizandi baptizentur. **C** *nom. propr.:* CHART. Rhen. med. III 445 (a. 1231) qui *(locus)*

[Schmidt]

dicitur ad B-mum (963. *cf.* 153 iuxta fontem nomine Douf).

***baptismalis,** -e. *script.:* bati-: DIPL. Otton. II. 166 p. 188,20. babt-: *l. 43.*

I *adi.:* *ad baptismum pertinens – zur Taufe gehörig, Tauf-:* **A** *gener.:* **1** *qui in baptismo adhibetur – bei der Taufe verwendet:* AGNELL. lib. pont. 171 vestimenta-ia. GESTA Halb. p. 111,15 lapidem. ANNAL. Prag. I a. 1253 p. 174,30 cereus. *in baptismo datus – in der Taufe verliehen:* GERLAC. annal. a. 1184 p. 698,30 -em tunicam conservasse creditur immaculatam. **2** *ad baptismum ducens – zur Taufe führend:* AMALAR. off. 1,19,15 sunt in ipso introitu hostii -is *catechumeni.* **B** *theol.:* **1** *baptismo effectus vel attributus – durch die Taufe bewirkt oder vermittelt:* AMALAR. ad Hild. 26 -em innocentiam (ALBERT. M. bon. 90. *al.*). HELW. denar. p. 89,10 a perditionis massa -i caractere distinxisti *animam* (ALBERT. M. sacram. 46 p. 34,20. *al.*). ALBERT. M. sacram. 19 p. 15,6 gratia . . . -is configurat nos Christo morienti. *al.* **2** *in baptismo consistens – in der Taufe bestehend:* AMALAR. off. 1,27,19 -ia sacramenta. **3** *qui in baptismo fit – bei der Taufe vollzogen:* ALBERT. M. sacram. 55 p. 39,81 in baptismo . . . est aqua pro materia et est ibi . . . actus -is. **4** *ad legitimum tempus baptismi pertinens – zur vorgeschriebenen Taufzeit gehörend:* AMALAR. off. 4,23,12 dies et noctes -es. ORDO Rom. ant. p. 81ª,29 per VII dies -es. p. 83ª,16 de sequentibus noctibus -bus. **5** *baptismo insignitus – durch die Taufe ausgezeichnet:* ANNAL. Rup. Salisb. II a. 1249 p. 790,21 religionis -is. **C** *canon. i. q. iure baptizandi praeditus – mit dem Taufrecht ausgestattet (cf. Feine, Rechtsgesch. p. 166sqq.):* DIPL. Karoli M. 147 p. 199,34 ut in monastheria et sinodochia seu ecclesias -es . . ., quae ad ipsum episcopatum aspiciunt . . ., nullus iudex . . . ingredere . . . praesumat (NICOL. I. epist. 147,4 plebes, id est -es e. DIPL. Karoli III. 35 p. 61,8 cum . . . eclesiis -bus, quae intra civitatem predictam cardinales habentur. DIPL. Conr. I. 19 unam -em ecclesiam simul cum curte nostra . . . donavimus. FUND. Hild. 2 matres vocari presumpserant et ius -ium ecclesiarum . . . rapuerant. *saepissime*). CAPIT. reg. Franc. 180,8 episcopi in -bus plebibus ut certe propriis . . . curam habere debent (DIPL. Otton. I. add. 374ª. ACTA imp. Stumpf 149 p. 198,11 xenodochia, plebes -es, monasteria). CHART. Stir. I 405 p. 391,24 capellas duas -es. CHART. episc. Hild. I 67 p. 64,9 ut esset bab-e, inunctionis et sepulture, non autem sinodale *monasterium.*

II *subst. plur. neutr.:* *sollemnitates baptismi – Taufeierlichkeiten:* HONOR. AUGUST. gemm. 3,144 in pentecosten . . . nos . . . propter -ia in tribus personis baptizati tribus psalmis laudamus trinitatem.

adv. ***baptismaliter.** *virtute baptismi – durch die Kraft der Taufe:* TRAD. Teg. 267 (a. 1149/55) mortiferum virus opace legis -r exclusum.

baptismus, -um *v.* baptisma. **baptiso** *v.* baptizo.

baptista, -ae *m.* (βαπτιστής) *script.:* papt-: GERH. AUGUST. Udalr. I 4 p. 392,43 *cod. 3.* babt-: *l. 58. adde* DIPL. Ludow. Germ. 41 p. 55,10. *al.* baut-: CHART. Laus. 98 p. 130,7. bati-: CARM. de Frid. I. imp. 210. -tys-: *p. 1354,2.*

baptizator – Täufer, ein Taufender (*cf.* GLOSS. III 182,19 St.-S. -a [bab- *N*] toufer): **I** *strictius de auctoribus baptismi:* **A** *gener. de Iohanne, praecursore Christi:* **1** *nomine proprio adhibito:* RIMB. Anscar. 4 in oratorio beati -ae Iohannis. VITA Odil. 17 (MGMer. VI p. 46,22) reliquias s. Iohannis -ae frequentabat, eo quod in baptismate visum adepta fuerit. GERH. AUGUST. Udalr. I 27 p. 413,3 die . . . nativitatis s. Iohannis -ae. CHART. Heinr. Leon. 54 p. 79,16 celebratum est concilium in decollatione s. Iohannis -e. *saepissime.* **2** *nomine proprio omisso:* VITA Odil. 18 (MGMer. VI p. 47, 19) suffragantibus meritis sancti -ae. RATHER. epist. 16 p. 89,27 quod -a Domini sibi testatur divinitus intimatum. **B** *theol.:* ALBERT. M. sacram. 57 p. 41,78 quare non sint multi -ae sicut multi evangelistae? p. 41,83 non sunt nisi duo -ae, scilicet Christus et Iohannes, sicut non sunt nisi duo baptismi, scilicet Christi et Iohannis.

II *latius de ministris baptismi:* **A** *de apostolo:* AMALAR. off. 4,28,2 venit -ysta Petrus ad . . . Cornelium baptyzandum. **B** *de presbyteris sim. christianis (de puero: l. 5):* CONC. Karol. 20 p. 176,2 adsunt *inquisitioni* praesentes ipsi -ae. WALAHFR. exord. 27 p. 510,8 cognita interrogatione -ae et responsione baptizatorum . . ., quae quamvis per ludum, tamen iuxta nostram religionem gesta sunt. CHRON. Noval. 5,28 ivit ad -am suam *(sic)* Gezonem abbatem. UDALSC. Egin. 24 p. 442,16 episcopo iubente . . . suum *chrisma* . . . -ae offertur. HERM. IUD. conv. 19 p. 119,14 (ed. G. Niemeyer. 1963) blanda -e mei flexus ammonitione. ALBERT. M. miss. 2,10,10 p. 73ª,18 non secundum numerum -arum baptismata numerari. *iron. de eis, qui ecclesias contaminatas abluunt:* SIGEB. GEMBL. apol. 7 (MG Lib. Lit. II p. 444,29) alii . . . aqua superstitiosi lapidum -ae, dum Iudaica revocant baptismata, de stultitia insaniam faciunt.

***baptisterialis,** -is *m. liber ritum baptismi continens – Taufbuch, -agende (de re v. l. 68):* CATAL. thes. Germ. I 84,20 (Dt. Schatzverz. d. Mittelalt. 1966; a. 1051) lectionarius I, -is I.

baptisterium, -i *m.* (βαπτιστήριον) *script.:* bati-: *l. 34.* babt-: *l. 24.* bapter-: VITA Genov. 12 (MGMer. III p. 219,18) *cod. 2a.* -tys-: *p. 1355,5.19sq.* -izar-: *p. 1355,16.* -izer-: MARIAN. chron. a. Chr. 439 babtizerio. -stir-: *p. 1355,15.* -styr-: *p. 1355,8.*

I *de rebus:* **A** *capella, ecclesia sim., ubi baptizatur – Taufkapelle, Taufkirche (cf. LThK. ²I. p. 1232):* **1** *gener.:* BEDA hist. eccl. 2,14 p. 115,13 nondum . . . oratoria vel -a in ipso exordio nascentis ibi ecclesiae poterant aedificari. VITA Genov. 28 (MGMer. III p. 227,6) -um, quod interius *(sc. intra ecclesiam)* erat. HINCM. Remig. 15 p. 296,23 aecclesiae componitur -um. NOTKER. BALB. carm. p. 150 cum hoc -um cavallis improbus quidam stabulum pararet. ANNAL. Crem. a. 1167 (MGScript. XXXI p. 5,20) bat-um Cremonense fuit inceptum. *al. nom. propr.:* VITA Bonif. II 10 quae *(ecclesia)* nominatur B-um Iohannis. TRANSL. Dion. Ratisb. epist. p. 353ª,37 quae *(basilica sancti Iohannis)* B-um vocatur. **2** *canon. de ecclesiis parochialibus (cf. Hinschius, Kirchenrecht. IV. p. 36; H. Schaefer, Pfarrkirche und Stift im dt. Mittelalt. 1903. p. 9):* CAPIT. reg. Franc. 14,7 ut publicum -um . . . esse non debeat nisi ibi, ubi episcopus constituerit, cuius parrochia est. 112,32 ut per omnes dioceses legalia -a constituantur et sacra fons ibidem . . . aedificetur. DIPL. Karoli M. 196 p. 264,37 -a . . . possidere. CHART. Bund. 46 p. 39,31 sex -a et viginti quinque minores tituli ad episcopatum remanserunt. DIPL. Otton. III. 295 corroboramus . . . -a . . . sancti Stephani . . ., sanctae Mariae *eqs.* CHRON. Laet. 4 ecclesiam *(i. monasterium)* . . . ibi construxit, -um autem apud Gociliis locavit. *al.* **B** *fons vel lapis baptismi – Taufbecken, -brunnen, -stein:* LIBER diurn. 29 in basilicam . . . in re mea -um collocavi. LAMB. TUIT. Herib. 1,9 p. 748,6 immergit eum -o et eundem suscipit a -o. HERM. IUD. conv. 19 p. 119,25 (ed. G. Niemeyer. 1963) volebam e -o prosilire *eqs.* HERBORD. Ott. 2,36 p. 743,27 construuntur -a, dolia humo infodiuntur *eqs.* THEOD. TUIT. abb. (MGScript. XIV p. 565,2) qui *(abbas)* ante altare sancti Iohannis baptiste iuxta -um sepultus quiescit. CHRON. Laet. 9 -um, quod erat in nostra ecclesia, illuc transtulit. CAES. HEIST. mirac. I 10,43 -um pagani circumsteterunt et riserunt. *al. locus baptismi – Taufplatz:* ALBERT. STAD. annal. p. 341,24 curre ad -um . . . Christi. *nom. propr.:* CHART. Rhen. med. III 86 (a. 1218) vineam nostram iuxta B-um sitam. *cf. p. 1353,1.* **C** *aqua baptismi – Taufwasser:* AMALAR. off. 1,25,3 trinitas adest in nostro -o per invocationem sacerdotis. FORM. Sangall. II 43 p. 426,14 -um consecrare. ALBERT. M. eccl. hier. 4,14 p. 676ᵇ,6 '-o' (*PG 3,484B* τῷ καθαρτικῷ βαπτιστηρίῳ), id est in aqua baptismi. **D** *liber ritum baptismi continens – Taufbuch, -agende (cf. H. J. Schmitz, Bußbücher und Bußdisciplin der Kirche. 1883. p. 165):* CAPIT. reg. Franc. 177,6 quae ipsis sacerdotibus necessaria sunt ad discendum, id est . . . antifonarius, -um *eqs.* (DECRET. Burch. 19,8 p. 979ᶜ). FOLCUIN. Bert. 117 p. 634,29 -um I, omeliae Gregorii *ibi*

[Schmidt]

sunt. CATAL. biblioth. Ruf 60 p. 181,37 liber officialis cum -o. CATAL. biblioth. Lehm. I 96 p. 485,30 II -a, in quibus benedictio ferri et aquae et alia continentur *eqs. al. remissius i. q. tractatio baptismi – Behandlung der Taufe:* AMALAR. off. 4,3,21 de quibus *(canticis)* scripsimus in -ysterio *(cf. l. 19)*.

II *de actione i. q. baptismus – Taufe:* **A** *proprie:* **1** *gener.:* LIBER hist. Franc. 31 p. 293,5 -yrium preparare. AMALAR. interpr. 51 ad illas ecclesias missam et -um . . . quaerere. RICHER. REM. hist. 1,32 cum de -o *Normannorum* ageretur. CHRON. rhythm. Leod. 316 materia est de misterio, quod tractatur in -o. *al.* **2** *theol.:* **a** *spectat ad doctrinam:* ALDH. virg. I 25 p. 257,6 antequam salutifero lavacri -o mersus ab originali piaculo purgaretur. PIRMIN. scar. 12 qualem pactum in ipso -irio (-erio *AC*) cum Deo fecimus. AMALAR. off. 4,27,15 duo -a (-zaria *T*) leguntur in apostolis, unum per aquam et alterum per baptysmum spiritus sancti. *al.* **b** *spectat ad ritum:* AMALAR. bapt. 1 cur unaquaque res agatur in -o. off. 4,3,23 praetulimus in officio de -ysterio. 4,27,9 in vigiliis pentecostes caelebrat sancta ecclesia -ysterium. *al.* **3** *canon.:* CONC. Karol. 35,7 -i et caticuminorum ventilata est ratio *eqs.* CAPIT. reg. Franc. 303,1 p. 458,24 sine illius *(episcopi)* licentia missas et -a . . . celebrare. **B** *meton.:* **1** *theol.:* **a** *officium vel caerimoniae baptismi – Taufeier, -ritual:* CAPIT. reg. Franc. 23,23 ut audiant episcopi -um presbyterorum, ut secundum morem Romanum baptizent. 116,8 -um quomodo nostis vel intellegitis? 119,3 ut . . . -um memoriter teneat. **b** *tempus baptismi – Tauftermin:* CHART. Bund. 435 p. 329,13 (a. 1186) veniunt pueri illius territorii ad . . . baptizandum ad ecclesiam . . . per legitima -a. *de epiphania i. q. festum baptismi – Tauffest:* WILBR. OLD. peregr. 1,21,1 in die vero epiphanie, quod Hormeni -um appellant. **2** *canon. i. q. ius baptizandi – Taufrecht (accedit notio mercedis, e. g. l. 36):* FORM. Sal. Merk. app. 2 quo . . . tantummodo divinum officium ab ea *(matre ecclesia)* usurpet *ecclesia* et non decimam, non -um, non sepulturam (DIPL. Heinr. II. 392 -um et decimas . . . ecclesie concedimus. ANSELM. GEMBL. chron. a. 1123 p. 379,2 aecclesiola . . . habens privilegii sui dignitatem, scilicet -um, sepulturam et d.). CHRON. Andag. 94 p. 244,1 hec, ut est proprium matris ecclesie, legitimum possidet -um habens . . . subiectionem quatuordecim ecclesiarum. *al.*

baptizatio, -onis *f.* *actus baptismi – Taufakt:* ALBERT. M. sacram. 49 p. 36,15 *(de baptismo Iohannis)* -o non est proprius actus paenitentiae.

baptizator, -oris *m.* *baptista – Täufer:* WALAHFR. hom. in Matth. 9 qui *(Christus)* -i suo Ioanni . . . dicebat. NICOL. I. epist. 88 p. 465,14 sanctus Silvester et magni Constantini -r. RUP. TUIT. spir. 1,24 p. 1595^{D} ut . . . quasi pro optimis -bus suis adversus -es minus bonos inflarentur. GERHOH. ad Innoc. p. 223,5 pravi, immo eretici -is *(sc. Acatii)*.

baptizo, -avi, -atum, -are. (βαπτίζειν) *script.:* pabt-: *p. 1357,67.* papt-: ANNAL. Fuld. II a. 845 *cod. 3.* babt-: *p. 1356,53.1358,65. adde* PIRMIN. scar. 11 *cod. E.* ANNAL. Fuld. II a. 777 *cod. 3. al.* batt-: VITA Erasmi 251. baut-: *p. 1357,39.* -tez-: CONC. Merov. p. 5,20. -tyz-: AMALAR. off. 4,27,15. 4,34,2. *al.* -tisz-: CONC. Merov. p. 52,4.17. -tidio: ERMENR. ad Grim. 13 p. 548,8 pro 'z' *scribebant* 'd' et 'i', ut '-tidio' *eqs.* -tis(o): *p. 1356,4.10.1358,16.24. adde* VITA Liutb. 32. *al.*

sacro lavacro tinguere – taufen: **I** *proprie:* **A** *gener.:* **1** *latius:* ALDH. epist. 6 (8) licentiam dedit -ari illam sanctimonialem. EIGIL Sturm. 4 cum . . . presbyteratus sui praedicando ac -ando officium gereret. WALTH. SPIR. Christoph. I 6 totam se . . . super beati viri caput effudit *nubecula;* -atur ergo Reprobus. ADAM gest. 3,15 p. 155,10 cum -tus esset, non multum de nostra religione curavit *rex. saepe. ioculariter:* COSMAS chron. 2,25 deiecit *episcopus* eum in Reni fluenta dicens: 'denuo te -o, Willehalme' *eqs.* **2** *strictius:* **a** *spectat ad conversionem infidelium:* **α** *paganorum:* EPIST. Bonif. 25 ut vos debeat -are et fidem Christi docere *([cf. Vulg. Matth. 28,19].* HEINR. LETT. chron. 24,3. *al.).* CAPIT. part. Saxon. 8 si quis . . . in gente Saxonorum . . . non -tus . . . ad baptismum venire contempserit . . ., morte moriatur. FORM. imp. 30 p. 309,22 qui *(homines)* . . . suadent mancipia Hebreorum . . . contemnere dominos suos et -sari *eqs.* CHART. archiep. Magd. 28 p. 42,19sqq. decimationem omnium gentium, quas . . . inperator -vit vel per eum . . . -andę sunt. VITA Otton. Bamb. III 2,20 summa . . . -torum haec fuit: in primo suo adventu XXII milia et CLXV homines -vit. HELM. chron. 65 p. 123,6 multi . . . eorum *(Slavorum)* falso -ti (-sa- *2*) sunt. ALEX. MIN. apoc. 15 p. 321,22 qui *(Saxones)* paene omnes cum voluntate -ti sunt. *saepe.* **β** *Iudaeorum:* CHRON. Fred. 4,65 ut omnes Iudeos . . . ad fidem catolecam -andum preciperit. EPIST. var. III 2 p. 132,11 ut ipsum Iudeum transmitterem illi *(imperatori)* ad -andum. DIPL. Heinr. IV. 411 p. 546,38 nullus filios aut filias eorum *(Iudaeorum)* invitas -are presumat *eqs.* (COSMAS chron. 3,4 p. 164,12). *al.* **b** *spectat ad aetatem:* CAPIT. part. Saxon. 19 omnes infantes infra annum -antur (GERH. AUGUST. Udalr. I 6 p. 395,6. CAES. HEIST. Elis. I 22). WALAHFR. exord. 27 p. 512,5 heretici quidam . . . contendebant nulla necessitate parvulos -ari *eqs.* ANNAL. Disib. a. 1106 p. 19,53 cum esset octo annorum et nondum -tus *Heinricus IV.* ALBERT. M. sacram. 59 p. 42,53 nemo potest -ari in utero matris. *al. v. et p. 1349,46.* **c** *spectat ad actionem cognominandi:* BERTH. (?) annal. a. 1077 p. 306,10 ipsum *(caput solitarium)* pro toto homine nomen inponentes ei . . . -bant. CAES. HEIST. Elis. I 2 p. 347,12 cum . . . -retur beata Elyzabeth, cum ipso nomine nominis induit virtutem. *v. et p. 1357,9. de mutatione nominis:* PAUL. DIAC. Lang. 6,15 p. 169,10 a . . . papa -tus Petrusque appellatus *Cedoal.* ANNAL. Lauresh. a. 781 -tus est . . . filius eius *(Karoli)*, qui vocabatur Carlomannus, quem . . . papa mutato nomine vocavit Pippinum. ADAM gest. 2,36. **d** *spectat ad functionem sponsoris:* CHRON. Ebersh. 10 cuius *(matronae)* filium beatus Deodatus -verat ac de sacro fonte levaverat (CHRON. Erf. mod. II a. 1274 p. 265,13). **e** *spectat ad effectum mirabilem:* CAES. HEIST. mirac. I 10,43 adolescens . . . -tus sanissimus exivit. 10,45 quidam scholares . . . canem sub invocatione trini nominis -verunt; canis vero . . . versus est in rabiem. **f** *spectat ad actiones superstitiosas, magicas:* **α** *de campanis (cf. L. Eisenhofer, Handb. der Liturgik. II. 1932. p. 471sqq.):* CAPIT. reg. Franc. 23,34 ut cloccas non -ent . . . propter grandinem. **β** *de imagine cerea (cf. J. Grimm, Deutsche Mythologie. ^{4}1876. p. 913):* GESTA Trev. cont. I 8 p. 182,15 clericum . . ., ut eam *(imaginem ceream episcopi)* -ret, pecunia corruperunt. **B** *theol.:* **1** *spectat ad doctrinam:* **a** *de natura:* HRABAN. epist. 30 p. 453,38 unum est baptisma et solus est Christus, qui per diversos ministros suo baptismate -at. ALBERT. M. eccl. hier. 2,3 p. 517^{a}, 26 iurisdictio -andi descendit a pontifice in alios. miss. 2,10,10 p. 73^{a},33sq. Christus . . . est, qui -at interius, etiam quicumque -et exterius (eccl. hier. 2,6 p. 523^{b},2sqq.). *al. v. et p. 1350, 16.19.* **b** *de virtute, gratia:* CONVERS. Afrae 1 tantum tu crede et -are (bab- *A1b*, -ari *B1.3*) et salva eris. AMALAR. off. 1,27,5 qui -antur, filii sunt Dei. EPIST. Ratisb. app. 1 p. 371,8 his, qui . . . -antur, . . . etiam privata singulorum peccata relaxatis *eqs. al.* **c** *de condicione:* ALBERT. M. sacram. 59 p. 42,77 non potest -ari nisi natus vel in toto vel in parte principali, scilicet in capite. **d** *de statu legitimo, ratihabitione baptismi haereticorum sim.:* EPIST. Bonif. 26 p. 46,18 quosdam -tos absque interrogatione simbuli ab . . . indignis presbiteris fassus es *eqs.* 28 p. 51,5 fuisse -tos . . . a presbytero Iovi mactanti. CAPIT. reg. Franc. 15,12 si quis -tus est a presbitero non -to. WALAHFR. exord. 27 p. 510,2 quicumque . . . ab hereticis in trinitate -antibus vel ab alio quolibet homine . . . fuerit -tus *eqs.* HUMB. Sim. 1,2 p. 105,2 laicus noster . . . per spiritum sanctum -at, quod hereticus quilibet . . . nulli . . . praestat. DEUSD. c. invas. 2,4 (MG Lib. Lit. II p. 323,8) qui apud symoniacos et scismaticos -antur. CAES. HEIST. mirac. II 2,17 p. 97,10 in arena te *(sc. infirmum)* -vimus. *saepe.* **2** *spectat ad ritum:* **a** *de modo exsecutionis:* CAPIT. reg. Franc. 19,8 de vetere *(sc. chrismate)* nullus -are praesumat. 37,8 in nomine sanctae trinitatis debent -ari (RITUALE Rhenaug. 50

[Schmidt]

[Spicil. Friburg. V p. 123,24] '-o te in n. Patris' et intinguat in orientalem plagam, 'et Filii' et ferat secundo in dexteram, 'et spiritus sancti' et mergat tertio in sinistram. *al.*). WALAHFR. exord. 27 p. 509,13 primo simpliciter in fluviis vel fontibus -tos credentes. p. 511,21 non solum mergendo, verum etiam desuper fundendo multos -tos fuisse (HEINR. LETT. chron. 19,8 p. 133,26). EPIST. Ratisb. app. 1 p. 371,7 si . . . more catholico -atis. RITUALE Rhenaug. 49 (Spicil. Friburg. V p. 123,23) eos nominando -et. CHART. ord. Teut. 350 causa necessitatis . . . in pelvi vel alio vase modico -are. CAES. HEIST. mirac. II 2,18 circumeundo illos *(Livonienses)* aspergebant dicentes: '-amus vos *eqs.*' *saepe. v. et p. 1355,26.1358,50. c. notione approbationis:* ALBERT. M. sacram. 39 p. 29,46sq. apostoli -verunt in nomine Christi et -tum fuit. 43 p. 32,9 nihilominus tamen, si tantum semel immergitur, -tum est. *ibid. al. submergere – untertauchen:* GODESC. SAXO theol. 20 p. 282,12 unum est baptisma, quamvis unusquisque christianus ter fuerit -tus, id est trina mersione tinctus. **b** *de tempore exsecutionis:* VITA Elig. 2,8 p. 700,31 copiosum . . . agmen . . . annis singulis in paschali sollemnitate . . . manibus propriis -ans. CAPIT. reg. Franc. 119,10 ut nullus -are praesumat nisi in pascha et pentecosten excepto infirmo. AMALAR. off. 4,29,14 propter mortem Christi . . . ora nona -antur, qui in Christi morte -antur. WALAHFR. exord. 27 p. 510,19 tempora -andi legitima in talibus necessitatibus observanda non sunt, sed . . . aegritudine, persecutione . . . periclitantibus semper est succurrendum *eqs.* p. 510,29 alii . . . in epiphania Domini -are voluerunt *eqs. al. v. et l.34. p. 1355,30.* **C** *canon.:* **1** *spectat ad ius baptismale ecclesiarum:* CONC. Karol. 37,19 familiae . . . ibi dent decimas suas, ubi infantes eorum -antur. CHART. Stir. III 1 iusticia -andi et sepeliendi ac decimarum (CHART. Bund. 435 p. 329,17. *al. cf.* CHART. Stir. I 575 p. 544, 2 ius -andi et funerandi). CHART. Bund. 434 p. 322,26 pueri ipsius territorii veniunt ad plebem de Clavenna ad . . . -andum per pasca et per natale. *al. v. et p. 1352,71.* **2** *spectat ad pretium, mercedem:* CAPIT. reg. Franc. 123,5 ut nullus presbyter pro -andi causa . . . aliquod pretium exactare faciat. CHART. Laus. 320 p. 283,31 (a. 1224) capellanus per se haberet . . . denarium . . . de pueris bautizandis. **3** *spectat ad facultatem, potestatem:* **a** *clericorum:* CAPIT. reg. Franc. 14,7 pro necessitate . . . presbyteri . . ., in qualecumque loco evenerit, licentiam habeant -andi. 16,15 presbiter degradatus . . . pro periculo mortis . . . potest infirmum -are. HRABAN. epist. 25 p. 433,12 ut diaconi absque episcopo vel presbitero -are non presumant. *al. v. et p. 1358,68.* **b** *laicorum:* WALAHFR. exord. 27 p. 510,12sqq. fidelibus plenum baptisma habentibus in necessitate -are permittitur, . . . cum . . . mulieres prohibeantur -are. *remissius:* CONQUEST. Heinr. 70 iura sacerdotum pleps exigit inscia legum, -at vulgus. **4** *spectat ad sponsionem:* STATUT. ord. Teut. p. 51,2 nullus *(frater)* . . . compater fiat nisi ob specialem -andi mortis necessitatem. **5** *spectat ad statum baptismo acquisitum:* LEG. Wisig. 4,2,18 p. 185^{a},20 si filius . . . -tus ab hac vita discesserit, quidquid ei de facultate patris conpetere poterat, mater sibi debeat vindicare. CONC. Karol. 50^{D},8 hi, qui in egritudine -antur, a gradibus arcentur ecclesiasticis. *al.*

II *figuraliter et analogice:* **A** *de tinctione Iohannis baptistae:* **1** *spectat ad sectatores eius:* WALAHFR. exord. 27 p. 509,2 -vit *Iohannes* . . . non in remissionem peccatorum . . ., sed in paenitentiam *eqs.* ALBERT. M. sacram. 49 p. 35, 8osq. quidam erant -ti baptismo Iohannis . . . et iterum -ti sunt baptismo Christi ([*cf. Vulg. act. 19,3sqq.*]. *cf.* 53 p. 38, 37sqq.). *al.* **2** *spectat ad Christum:* CARM. Cantabr. 5,6^{b},2 hunc Iohannes -vit unda pulchri Iordanis. AMARC. serm. 2,95 quo *(Iohanne)* -tus detersit crimina nostra *Christus.* NOTAE Sweig. (MGScript. XV p. 1073,22) de Iordan‹is arena, ubi a› Iohanne pab-tus Christus. *al. v. et p. 1350,15. adde:* WILBR. OLD. peregr. 1,22,21 illum simulatum Iordanem benedicentes crucem . . . -bant (1,22,15). **B** *de ablutionibus sine aqua effectis:* **1** *de effusione vel traditione spiritus sancti (cf. Vulg. Matth. 3,11):* AMALAR. off. 1,27,14 modis duobus -amur spiritu . . ., -amur spiritu sancto, quando abluimur a peccatis . . .; per totum corpus -amur igni, quando ardorem spiritus accipimus. RATHER. epist. 16 p. 89,29sq. hic est, qui -at in spiritu sancto, id est, qui -tis tribuit spiritum sanctum. *v. et p. 1350,16.* **2** *de effusione sanguinis in martyrio sim.:* AMALAR. off. 1,27,7 quamvis eum *(latronem)* -tum credamus fuisse in cruce suo sanguine. PASS. Brun. Querf. 6 (MGScript. XXX p. 1365,27) in suo laureato sanguine -tus *miles.*

III *translate:* **A** *spectat ad usum aquae, liquoris:* **1** *lavare, balneare, abluere – waschen, baden, abspülen* (*cf.* GLOSS. I 484,37 St.-S. -bat padota. II 236,69. IV 197,24 -o uuaskon): **a** *gener.:* NOTKER. BALB. gest. 1,25 frigidissimo fonte ęstuantia membra -ans *sacerdos.* **b** *eccl.:* STEPH. COL. Maurin. 8 (4) pretiosas sancti corporis margaritas vino ex devotione -tas. **c** *alch. c. sensu mundandi:* ROSIN. interpr. 1 p. 296,13 si . . . -sati, id est mundati et abluti usque ad lactis candorem fuerimus. **2** *adaquare – naß machen, wässern:* CARM. Bur. A 179,6,7 nec se Liber -ari sustinuit. **3** *alch. i. q. diluere – auflösen:* ROSIN. interpr. 1 p. 297,30 si . . . in aquam vitae -ti fuerimus, id est imbibiti et contriti. **B** *spectat ad nomen i. q. cognominare – (be)nennen, 'taufen':* ARIBO FRISING. mus. p. 33 -emus eundem modum nominantes eum ypomixolidium. AURORA consurg. 4 p. 198,30 si etiam aliquo alio -satur nomine *muscus aromaticus.*

adi. **baptizatus,** -a, -um. **1** *sacro lavacro tinctus – getauft:* LEG. Wisig. 12,2,10 merito . . . testificari proibiti sunt Iudei, seu -i sive non extiterint -i. GODESC. SAXO theol. 11 p. 219,14 quod omnes reprobi, non solum videlicet pagani, sed omnes etiam christiani -i, filii sint perditionis dicente Domino de Iuda -o. *al. (v. ind.; de re cf. K. Vielhaber, Gottschalk der Sachse. 1956. p. 70sq.). v. et p. 1356,63.* **2** *in baptismo cognominatus – in der Taufe benannt, 'getauft':* TRAD. Frising. 1518 (a. 1098/1137) quedam mulier . . . Dietpirch -a, sed vulgariter Dieza nominata.

subst. **1. baptizans,** -antis *m.* **1** *qui tinguit, baptista – ein Taufender, Täufer:* STEPH. EDD. Wilfr. 38 de manibus -is resoluta cadebant *vincula.* EPIST. Bonif. 26 p. 46,22 non . . . in nomine -is, sed in nomine trinitatis. ALBERT. M. sacram. 56 p. 40,46 oportet -em esse praelatum. *al. v. et l.69. p. 1350,7.* **2** *qui baptismum percipit – Täufling (cf. D. Norberg, Syntakt. Forsch. 1943. p. 187):* PASS. Leod. 10 (MG Mer. V p. 292,17) ad tanti luminis claritatem seu odorem chrismatis, quae illic in -ium (baptizatorum *C4*) sanctificatione gerebantur.

2. baptizatus, -i *m. qui sacro lavacro tinctus est – ein Getaufter, Täufling:* **1** *strictius:* **a** *gener. (saepe de proxime tinctis):* WILLIB. Bonif. 8 p. 49,6 festum confirmationis neobitorum diem et nuper -orum ab episcopo manus inpositionis (*cf.* CHART. episc. Misn. 120 p. 108,11). HRABAN. hom. II 61 p. 263^{B} presbyteris . . ., cum baptizant, chrismate -os ungere licet. RIMB. Anscar. 24 p. 53,9 cum multi inibi -i supervixerint. IOH. VIII. epist. A 306 clericus . . ., qui ecclesię Genevensis nec -us, clericatus . . . umquam extiterat. COSMAS chron. 2,51 p. 159,2 -os crismate pseudoepiscopi non rebaptizari. CHART. Heinr. Leon. 92 p. 141,24 omnibus -is in Christo . . . innotuisse cupimus. HEINR. LETT. chron. 1,6 -i recidivant. *al. v. et l. 43. p. 1350,11.1354,6.1356,7.* **b** *canon.:* CONC. Karol. 50^{D},8 huiuscemodi -os, quos vulgaris sermo gravatarios vocat, canonica auctoritas a gradibus ecclesiasticis . . . repellit. DEUSD. c. invas. 2,4 (MG Lib. Lit. II p. 322, 26) necessitate urgente omni -o conceditur baptizare. *al.* **2** *latius i. q. christianus – Christ:* RATHER. epist. 33 p. 188,7 neque saltem me -um . . . aliquis estimat. IOH. CANAP. Adalb. 22 p. 591,28 extraneis et non -is praedicator missus fuerat. TRAD. Teg. 125 ordo bab-orum . . . percipiat (270.272).

3. baptizandus, -i *m. qui sacro lavacro tinguitur – Täufling:* WALAHFR. exord. 27 p. 511,10 -um semel in aquis mergere. CHART. Xant. 106 p. 83,10 omnes . . . -i a plebano baptizentur *eqs.* ALBERT. M. sacram. 42 p. 31,60 cum baptizans vel -us moritur. eccl. hier. 2,6 p. 525^{b},24 requiritur ex parte -i detestatio posteriorum malorum. *al. v. et p. 1352,71.*

baptysmum *sim. v.* baptisma. *Schmidt*

bar *subst.* (בַּר) *filius – Sohn: v. p. 1418,44.*

***bara,** -ae *f. (langob.* bara, *cf. Meyer-Lübke, REW³ nr. 1038) arca – Sarg:* ALBERT. MIL. temp. 286 p. 546,1 duo . . . sepulti fuerunt . . . et positi fuerunt in -a, quilibet in sua.

***barabas** *v.* *borax.

Barachia(s), -ae *m.* (*hebr.* בְּרָכְיָה) *qui benedictus Domini est – ein Gesegneter des Herrn:* EKKEH. IV. bened. I 51,26 relliquię tanti pausant -ę (gloss.: benedicti Domini). *de sancto Benedicto:* EKKEH. IV. bened. I 14,2.37.45.

***barale** *v.* *barile.

***barataria** (-atta-), -ae *f.* (*baratare) *deceptio, fraus – Betrug, Gaunerei:* THOM. TUSC. gest. p. 502,19 quod hanc -ttariam invenisset comes. p. 502,21 asseruit non -ttariam, sed verum esse, quod . . . sibi revelatum fuerat.

***baratarius,** -i *m.* (*baratare) *deceptor, fraudator – Betrüger, Gauner:* CHART. Tirol. 563 p. 44,18 (epist. Innoc. III.) alius *testis est* aleator et -us. p. 46,4 ludere consuevit ad aleas sicut alii -i.

***baratator,** -oris *m.* (*baratare) *script.:* batrat(or): *l. 30.* barat(or): *l. 27.29.* -atta-: *l. 23.*

1 *deceptor, fraudator – Betrüger, Gauner:* GREG. IX. registr. 750 p. 653,36 iste rex pestilentie a tribus -ttatoribus, ut eius verbis utamur, scilicet Christo Iesu, Moyse et Machometo, totum mundum fuisse deceptum . . . proponens . . . mentiri presumpsit, quod *eqs. (de eisdem:* CHRON. Albr. a. 1239 p. 944,17sqq. [epist. papae] tres . . . baratores sive guillatores fuerunt in mundo; . . . nunquam . . . Machumetus Moysen vel Christum baratores apellavit). WILH. RUBRUQU. itin. p. 239,20 dicebant *Tartari,* quod essem -r (batrator *ABC*). SALIMB. chron. p. 537,24 quidam -r et trufator erat, qui talia simulabat ad lucrum (p. 538,32). **2** *dilapidator – Vergeuder:* SALIMB. chron. p. 62,18 -r et . . . alienator erat *Opizo* episcopalium rerum.

***barathralis** (-tr-), -e. *infernalis – höllisch, Höllen-:* COD. Udalr. 282,56 (vs.) rigidas larve -tralis buccas elide *(sc. Maria).*

barathrum (-tr-), -i *n.* (βάραθρον) *script.:* pa-: GLOSS. II 230,69 St.-S. *cod. b.* 257,9 (ba- *a.f*). *adde l. 46.* va-: CYPR. CORD. carm. app. 5,9,3 (MGPoet. III p. 150) varatro (vatuo *cod.*). -tr-: *praevalet in schedulis nostris. metr.:* -rā- *tantummodo in fine hexametri,* -ră- *in ceteris pedibus occurrit in schedulis nostris. rhythm.* -rá-: *l. 55.56.*

locus immensae profunditatis, vorago, abyssus, fovea – (grundlose) Tiefe, Abgrund, Schlund, Grube (cf. GLOSS. IV 4,51 St.-S. -trum tiufin. 15,23 paratrum hol cruaba. *al.): I proprie:* **A** *strictius:* **1** *de terra:* MILO carm. 3,4,2,776 duces caeci caecorum . . . in -trum lapsi *(cf. Vulg. Matth. 15, 14).* WALTHARIUS 1101 quis tam desipiens . . ., qui saltu -trum sponte attemptarit apertum? **2** *de locis inferni et damnationis (hic illic i. q. gehenna – Hölle; cf.* GLOSS. III 406,77 St.-S. -trum slunt helle. IV 132,54 -trum hellilůch. *al.):* CARM. de conv. Saxon. 12 (MGPoet. I p. 380) in -tri . . . foveam mersisse profundam *genus humanum* (CYPR. CORD. carm. app. 1,6 [MGPoet. III p. 147] nec sinas *me* -tro mergi). RHYTHM. 148,112,2 in tartari -trum . . . obrui. IOH. SCOT. carm. 2,6,5 princeps -tri petit arma sueta. CARM. Cent. 12,2 flammivomum decidit in -trum *gehennae.* HROTSV. Dion. 74 *(in visione)* horrendum -trum conspexit hiare . . . anguibus impletum *eqs.* CARM. Cantabr. 13,2ᵇ,6 corpora multa surrexere -tro. EKKEH. IV. carm. var. I 14,9 expers sis atri . . . -tri. CARM. de Iuda 2,476 (ed. P. Lehmann, Erforsch. d. Mittelalt. II. p. 277) cadit imperium . . . -tri. *saepe. de Orco:* GESTA Bereng. 1,7 hos *(Augustos)* Stigio sorbente -tro. **3** *de mari i. q. gurges – Strudel (cf.* GLOSS. II 199,7 St.-S. -tro uuerbin): PAUL. DIAC. Lang. 1,6 p. 51,1 in illo -tro . . . pereunt *naves (cf.* p. 51,14). ADAM gest. 4,39 inmane -trum abyssi . . . vix salvus evasit *Haraldus (cf. Verg. Aen. 8,245).* **B** *latius:* **1** *venter insatiabilis – unersättlicher Bauch:* NIVARD. Ysengr. 5,378 nescius *lupus* in -tro vincta *dulcia* iacere suo. **2** *palatum – Gaumen:* GLOSS. III 70,74 St.-S. palatus vel -trum slunt (177,67).

II **A** *in imag.:* ALDH. virg. I 11 p. 239,11 quod prius Lucifer . . . in profundum superbiae -um . . . corruisset. ad Acirc. 9 p. 81,7 latebrosum confractae sinaliphae -trum. THANGM. Bernw. 7 p. 761,21 ut . . . -trum irruptionis et hostilis incursionis locum faceret orationis. EPIST. Meginh. 14 p. 207,26 secularis cupiditatis. CHART. Bern. II 179 ne ceco oblivionis sepeliatur -o *actio hominum. al. v. et p. 1157,21.* **B** *per compar.:* VITA Gang. I 1 (MGMer. VII p. 157,15) spectacula veluti -tri profunda respuens. *spectat ad Charybdim:* ALDH. virg. I 10 p. 238,19 velut inter Scillam Siciliae et -um voraginis navigantes (59 p. 320,24 inter S. soloecismi et barbarismi -um). **C** *meton. i. q. perditor – Verderber:* EPIST. Hann. 24 p. 58,1 qui *(praepositus)* rerum suarum sit calamitas et -trum.

***barato,** -avi, -are. *(orig. inc., cf. Corominas, Dicc. etim. castell. I. p. 393sqq.) dissipare – verschleudern:* SALIMB. chron. p. 62,17 multas terras . . . episcopatus -vit *Opizo.*

***barator** *v.* *baratator. **baratro** *v.* balatro. *Schneider*

1. barba, -ae *f. script.:* pa-: GLOSS. III 9,19 St.-S. parba . . . part. ber-: *l. 45. plur. sensu sing.: l. 25.*

I *strictius de anim. i. q. pili in mento (et super labro) crescentes – Bart:* **A** *proprie:* **1** *gener.:* **a** *de hominibus:* BEDA hist. eccl. 4,14 p. 235,18 alius -am habebat prolixam *(cf.* EINH. Karol. 1 p. 3,9 crine profuso, -a summissa. BRUNO QUERF. fratr. 13 p. 729,41 dimissae -ae misericordiam nobis fecimus). HRABAN. carm. 37,21 iam celeres -ae, iam tincti morte capilli. PRUD. TREC. annal. a. 839 p. 17,38 sese Iudaeum professus est *diaconus;* sicque circumcisus capillisque ac -a crescentibus *eqs. (cf.* RYCCARD. chron. a. 1221 p. 96ᵃ,18 [statut. imp.] quilibet *Iudaeorum* . . . -am nutriat . . ., ut hec inter orthodosos et ipsos sit differentia generalis). IOH. CANAP. Adalb. 15 p. 587,40 ut . . . -ae pili testantur, non indigena, sed homo Graecus sum. ROD. GLAB. hist. 3,40ᵘⁿ· histrionum more -is rasi *(cf.* CHRON. Albr. a. 1224 p. 914,4 antiquos ludos . . . -is rasis reducunt ad memoriam). CONSTANT. AFRIC. theor. 2,17 p. 9bʳ solum ornamentum est -a bene apparens. LAND. MEDIOL. hist. I 3,14 p. 82,51 -am, ut usus antiquus exigebat, quasi purpuream gerens *Herlembaldus.* WILH. APUL. gest. 3,17 Diogenes cognomen erat, quia -a bifurcis. ANNALISTA Saxo a. 992 p. 636,58 recondidit . . . -am . . . sancti Petri. BALDER. Alber. 5 p. 246,35 se transformabat . . . -am fuco colorando. TRACT. de chirurg. 574 supercilia depilantur et -a. BURCH. URSB. chron. p. 23,9 erat . . . -a et capillo rufo *Fridericus I.* ALBERT. M. animal. 3,90 non oriuntur mulieribus pili in loco -ae, nisi parum *eqs.* CHART. Hans. I 694 p. 244,47 nec spoelen nec sceren debet nec berbam *(cod.,* barbam *ed.),* . . . radere. *al. in cognominibus (cf. A. Wrackmeyer, Studien zu den Beinamen der abendl. Könige und Fürsten. Diss. Marburg, 1936. p. 56sqq.):* TRAD. Ratisb. 654 p. 321,4 (c. 1083/84) Rodpreht cum -a (CHRON. Reinh. a. 1026 p. 517,38 Ludewicus c. -a. CHART. Friburg. 172 p. 144, 28 comes Egino . . . dictus c. -a). VITA Bertulfi 33 (MGScript. XV p. 638,41) qui postea Prolixae B-ae dictus est Balduinus. GENEAL. Flandr. VI 5 Balduinum cognomento Pulchra B-a. CHART. Otterb. 58 Heinricus de Husen, Waltherus B-a, cives Spirenses. *al.* **b** *de deis, daemonibus:* ERMENR. ad Grim. 24 p. 562,10 Iuppiter ex -a sua dicitur genuisse Minervam *(cf.* EKKEH. IV. bened. I prol. 2,17). VITA Liutb. 26 p. 30,9 qui *(malignus spiritus)* habens ymaginem hirci, . . . -a prolixa ac cornibus oppansis. NIVARD. Ysengr. 7,366 illius . . . dęmonis . . ., cuius ut . . . bovis cornua, -a caprę. **c** *de bestiis:* FRID. II. IMP. art. ven. 2 p. 167,1 inferiores ⟨plumas⟩, quas vocamus -am, habet hirsutas *falco sanus. v. et l. 60.* **2** *spec. de ritibus:* **a** *eccl.:* **α** *in clericorum ordinatione vel monachorum professione:* EPIST. var. III 22 p. 174,50 cur clerici -as radant. VITA Liutw. 8 deposita . . . -a cum seculari habitu heredum Domini tonsuram . . . accepit. THIETM. chron. 7,24 radens -am monachus est effectus. WILH. HIRS. const. 1,2 p. 934ᴮ -a . . . tonsa tirocinio Christi assignatur. STATUT. ord. Teut. p. 40,10 propter sacramentorum reverenciam, que tractant, -as in novacula radant. *al.* **β** *in aliis ritibus:* AMALAR. off. 2,5,6 in tempore ieiunii . . . -am permittimus crescere. VITA Burch. Worm. 22ᵘⁿ· collum ac -am atque coronam radere

[Van Acker]

iussit *Burchardus moriens.* ADEMAR. hist. 3,31 p. 153,33 Grecus episcopus . . . medietatem ipsius provintiae *(sc. Russiae)* . . . convertit et morem Grecum in -a crescenda . . . eos suscipere fecit. GESTA Trev. cont. I 10 p. 183,22 qui, ut tunc moris erat, -am quasi in signum religionis enutrisset. **b** *publ.:* **α** *de ritu senatorum Romanorum:* THIETM. chron. 7,1 rex . . . a senatoribus duodecim vallatus, quorum VI rasi -a, alii prolixa mistice incedebant. **β** *de ritu Germano (cf. H. Bächtold-Stäubli, Handwörterbuch des deutschen Aberglaubens. I. 1927. p. 929):* CHRON. Fred. 2,58 p. 82,13 ut Alaricus -am tangerit Chlodovei, effectus ille patrenus, perpetuam ab invicem pacem servarint. PAUL. DIAC. Lang. 4,38 promittens . . ., ut ei -am . . . incideret eumque sibi filium faceret. **c** *iur.:* **α** *de abrasione poenali:* IULIAN. TOLET. Wamb. 30 incentores seditionum . . . abrasis -is pedibusque nudatis . . . camelorum vehiculis imponuntur. LIUTPR. leg. 47 p. 201,8 post -ae seu capillorum distractionem in mare demergerentur. **β** *de laesione:* LEX Alam. 57,30 si . . . -a alicuius non volentem tunderit, cum VI solidis conponat. DECRET. Frision. A p. 54,7 pro -e raptu decem solidi *eqs. al.* **γ** *de iuramentis:* ANNALISTA Saxo a. 952 p. 608,14 rex affirmat per -am Ottonis, quod suum iurasse fuit *eqs. remissius:* EPIST. Worm. I 25 p. 47,10 dicamne monachum? non, non, per -am Iovis, non. BALDER. Alber. 15 p. 251,45 per coronam suam iuravit se nunquam -am suam rasurum, nisi . . . castrum . . . prius recuperasset. **d** *usu communi:* LIUTPR. leg. 50 ostendunt . . . crinitum caput, prolixa contra morem -a immensum cordi tuo inesse dolorem. **B** **1** *proverb.:* EGBERT. fec. rat. 1,7 ad cuius veniat scit cattus lingere -am. CAES. HEIST. mirac. I 2,25 p. 97,8 mentitus est per mediam -am suam. IOCALIS 202 -a Ruthenorum non est virtutis eorum. NICOL. BIBER. carm. 684 (ed. Th. Fischer. 1870) sub -a ruffa raro fore cor sine truffa. *al.* **2** *per compar.:* ORIGO Lang. 1 crines solutae circa faciem in similitudinem -ae. FRID. II. IMP. art. ven. 1 p. 67,3 galli, qui habent cristam rubeam . . . sub faucibus ad modum -ae. *al.* **3** *in imag. et alleg. (loci fere spectant ad Vulg. psalm. 132,2):* EPIST. Agob. 17 (MGEpist. V p. 231,17) spiritus . . . sanctus, qui descendit a capite Christo in -am, que est apostolorum chorus (*cf.* RANGER. carm. 777 in discipulos quasi -am fluxit *gratia.* CARM. de Cunone 119 toga . . . debuit infundi karismate . . . per -as pontificales). HRABAN. univ. 1,2 p. 22[A] -a Christi, homo assumptus a Verbo, vel perfecti omnes. 18,5 p. 502[A] leprosi in -a, id est haeretici *eqs. al.*

II *latius de rebus usu bot.:* **A** *proprie:* **1** *lanugo – Flaum:* RHYTHM. 146,34,2 me *(sc. rosam)* mater . . . hirsuta -is quinque conplectitur ulnis. *v. et p. 1370,23.* **2** *ramulus, extremitas rami – Ästchen, Spitze eines Astes:* ALBERT. M. veget. 4,153 habent . . . istae arbores . . . in -is ramorum inferiorum humiditatem subtilem aqueam. **B** *translate:* **1** -a Iovis *sim. i. q. sedum – Hauswurz (Sempervivum tectorum L. vel sim., cf. André, Lex. bot. p. 171):* ANTIDOT. Glasg. 10 -a Iobis. BOTAN. Sangall. 18,9 ius -a iol . . . in aurem mittis. RECEPT. Sangall. I 157 modico de herburgione ius . . . in aures mitte. CAPIT. reg. Franc. 32,70 hortulanus habeat super domum suam Iovis -am. GLOSS. III 50,63 St.-S. -a Iovis hvswrz. III 542,24 Iovis -a holloich. ODO MAGD. herb. 741 quam *(herbam)* sempervivam dicunt . . ., -a Iovis vulgari more vocatur (IOH. PLATEAR. simpl. med. p. 36a[r]). ALBERT. M. veget. 6,288 -a Iovis herba est vehementis frigiditatis *eqs.* animal. 23,89 p. 1481,40 caro, qua cibandus est *accipiter bisticosus,* intingatur in iure -ae Iovis. ALPHITA II p. 20,12 -a Iovis vel Iovis -a sticados citrinum, themolus, semperviva. *al. v. et supra p. 20,55.117,27.1117,33.* **2** -a de capra, -a hircina *i. q. ablacta – Bocksbart (Tragopogon pratensis L., cf. Fischer, Pflanzenkunde. p. 286):* GLOSS. IV 98,36 St.-S. sterillum (-a de capra *var. l.*) pokespart. WALTH. AGIL. med. 6 p. 99,2 radicis -e yrcine. WILH. SALIC. chirurg. 5,10 p. 360[c] -a hircina frigida est et sicca. ALPHITA II p. 20,20 -a yrsina assimulatur lingue bovis, asperiora tamen habet folia. *al.* **3** -a a(u)ron *i. q. aron – Natterwurz, Aronstab (Arum maculatum L.):* ALPHITA II p. 21,5 -a aaron, iarus, basga idem. *v. et supra p. 974,5.* **4** -a silvana *i. q. buglossa – Ochsenzunge (Anchusa officinalis L.):* ALPHITA I p. 280,44 -a sylvana, lingua bovis idem. **5** -a anglia *i. q. lamium – Taubnessel (Lamium album L.): v. p. 877,40.* **6** -a elexis *i. q. bardana – Große Klette (Arctium Lappa L., cf. Marzell, Wb. dt Pflanzennam. I. p. 374sqq.):* ALPHITA II p. 20,17 -a elexis, bardana, lappa inversa. **7** -a leporis *i. q. species genistae – Besenginster, Hasenbart (Sarothamnus scoparius L.):* ALPHITA II p. 21,11 -a leporis, rosa passa idem. p. 154,39.

2. *barba *v.* *barbas.

***barbacana,** -ae *f. vel rarius* ***barbacanum,** -i *n. (pers.* bālāḫānā, *cf. Lokotsch, Etym. Wb. d. Wörter orient. Urspr. nr. 197) script.:* -bic-: *l. 15.17sq.* -ann(a): *l. 27.*

propugnaculum exterius, antemurale – Außenwerk, Vormauer: ALBERT. AQUENS. hist. 3,41 muros . . . exteriores, qui erant antemurale . . ., quod Franci barbicanas vocant. THEOD. HIRS. loc. sanct. 3 p. 7,16 vallum . . . extrinsecus muro appositum et propugnaculis atque minis munitum . . ., quod barbicana vocant. 51 p. 111,6 quartum *latus* fossatis, barbicanis . . . communitur. ANNAL. Ianuens. I p. 245,19 alter murus, quod appellabitur -a. BERNH. MAR. annal. a. 1156 consules fecerunt -as circa civitatem Pisanam. CHART. ord. Teut. 50 dono . . . meam -am a muro prope domum senescalci *eqs.* 128 p. 120,18 propugnaculum, quod alio modo appellatur -a. COD. Wang. Trident. 172 p. 365,26 -a facere. ACTA imp. Winkelm. I 1005 p. 774,29 in -o ex parte muri magni *eqs.* SALIMB. chron. p. 6,15 -um fortius construxerat. p. 6,26 Saladinus . . . terrestri bello -am (-annam ALBERT. MIL. chron. p. 645,36) invadit. *al.*

***barbanus** *v.* *barbas. **barbaraismus** *v.* barbarismus.

***Barbarasi,** -orum *m. de nomine factionis Cremonensis i. qui sine barba sunt – die Bartlosen (cf. P. E. Schramm, Herrschaftszeichen und Staatssymbolik. I. 1954. p. 120):* ANNAL. Plac. a. 1249 p. 498,53 que *(pars)* Capelleti appellabatur, alii intrinseci -i dicebantur. CHART. Ital. Ficker 427 p. 438,37. SALIMB. chron. p. 371,8. *al.*

1. barbaria, -ae *f.* (barbarus)

1 *terra barbarorum – Barbarenland:* **a** *gener.:* IOH. PLATEAR. simpl. med. p. 34a[r] in -e regione . . . ut in India et in transmarinis partibus. BENVEN. GRAFF. ocul. A 31[b],2 ex ista infirmitate in -a maxime Saracenos invenimus praegravatos. GESTA Halb. p. 119,26 tempestas . . . navem . . . versus -am *(sc. Africam)* ipsam iactavit. *al.* **b** *c. colore quodam i. q. regio inerudita – bildungsloses Land:* WALAHFR. carm. 61,2 -a emissum vile salutis opus. **2** *populi barbarorum – Barbarenvölker:* ANNAL. Quedl. a. 999 p. 75,18 qua *(pace)* nunc . . . ecclesia . . . fruitur . . . post effrenem -ae motum. *v. et* barbaries.

2. *barbaria, -ae *f.* (barba) *officium barbitonsoris – Gewerbe eines Baders:* ACTA imp. Winkelm. I 938 p. 713,23 (s. XIII.[1]) *iura* -e *valent* tar. trecentos quadraginta. p. 713,31.

1. *barbarica, -ae *f. (orig. arab. ut vid., cf.* *berberis) *oxyacantha – Sauerdorn, Berberize (Berberis vulgaris L., cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. I. p. 575):* GLOSS. III 585,1 St.-S. -a surich.

2. barbarica *v.* barbaricus *p. 1363,51sq.*

barbaricus, -a, -um. (βαρβαρικός)

I *adi.:* *barbarus – barbarisch, Barbaren-:* **A** *spectat ad originem, habitum, mores:* **1** *gener.:* **a** *de hominibus i. q. allophylus, extraneus – fremd(stämmig), auswärts wohnend:* ANAST. BIBL. epist. 15 p. 437,19 non indigenae, sed ex diversis -is gentibus advenae (FROUM. carm. 20,30 -as gentes tibi subditus haud timet ullus. CARM. Cantabr. 9,3[a],3). NOTKER. BALB. gest. 2,12 p. 74,22 ad -as illas nationes . . . exire. CARM. libr. II 20,9 -i populi. GESTA Bereng. 3,159 *Berengarius* patitur repedare volentes -os proceres. THANGM. Bernw. 32 -o procinctu se defendere. ALBERT. M. pol. 3,9[d] p. 287[b],21 regna -a (*p. 1285[a],17* τῶν βαρβάρων). *al.* **b** *de rebus:* **α** *qui barbarorum est – den Barbaren eigen:* LEG. Burgund. const. I 60,2 aut Romanam consuetudinem aut -am *(sc. Burgundionum)* esse servandam. POETA Saxo 2,454 -um . . . tumorem *(sc. Slavorum).* WALTH. SPIR. Christoph. II 2,39 -is cenacula fulta columnis. **β** *a barbaris nominatus –*

[Van Acker]

nach Barbaren benannt: VITA Sadalb. 4 (MGMer. V p. 53,2) Occeano B-o *(sc. septentrionali).* HINCM. Remig. 11 p. 292, 10 per viam, quae . . . propter barbarorum per eam iter B-a nuncupatur. γ *a barbaris effectus – durch Barbaren erfolgt:* TRAD. Patav. 93 p. 81,32 (c. 985/91) ante proximam -am . . . devastationem. ADAM gest. 3,26 p. 168,14 contra incursus -os *(sc. Slavorum).* **2** *c. colore quodam:* **a** *rudis, ferox – roh, wild, ungesittet:* EIGIL Sturm. 5 p. 367,31 locum . . . habitare vos propter viciniam -ae gentis *(sc. Saxonum)* pertimesco (ARNULF. MEDIOL. gest. 5,8 gens Teutonum illa -a). PASS. Sigism. 1 (MGMer. II p. 333,11) *Burgundiones* more -o terras . . . invaserunt (WIDUK. gest. 3,54med. Sclavus -o m. frendens. *al. cf.* HECEL. Clem. 2,10 [MGScript. XXX p. 908,4] quidam . . . -o ritu plurima nefaria prosequens). EPIST. var. III 14 p. 158,27 paganarum gentium -is incursibus. ECBASIS capt. 284 sint hec -is mandenda legumina Francis. ADAM gest. 1,15 p. 21,17 propter crudelitatem -am *Danorum (cf.* OTTO FRISING. gest. 2,13 p. 116,2 -ae deposito feritatis rancore. CHRON. Reinh. a. 1203 p. 566,24 Sarracenorum -is rapinis et cedibus). OTTO FRISING. gest. 2,13 p. 116,33 -ae fecis retinent vestigia. *al.* **b** *bellicosus – kriegerisch:* LIBER diurn. 86 p. 112,16 sive pacis sive -i temporis. PAUL. DIAC. Lang. 6,35 p. 176,31 tempora *Ariperti* fuere -a. **B** *spectat ad linguam, eruditionem:* **1** *gener. i. q. non Latinus, vernaculus – nicht-lateinisch, einheimisch:* AETHICUS ISTER 103 p. 77,28 Sichambriam -a sua lingua nuncupant *urbem* (POETA Saxo 1,334. *al.*). WALAHFR. Gall. 1,6 p. 289,14 ut non solum Latinae, sed etiam -ae locutionis cognitionem . . . haberet *Gallus.* THEOD. TREV. transl. Celsi 16 palatium, quod -o vocabulo Engilenheim vocitatur. EKKEH. IV. carm. Gall. tit. carmen -um . . . in laude sancti Galli canendum. **2** *c. colore quodam i. q. incultus – unkultiviert:* POETA Saxo 5,550 artem ad hanc *(grammaticam)* sermonem cogere -um. EKKEH. IV. (?) prol. Gall. p. 1096,17 videsne . . . illum *(Walahfridum)* passim -o modo et more Latina dixisse? p. 1096,26 contra -am eius latinitatem. **C** *spectat ad religionem i. q. paganus – heidnisch:* BEDA hist. eccl. 5,7 p. 293,16 -am rabiem . . . convertit *Caedualla (cf.* ADAM gest. 1,50 p. 51,10 quod vastacio -a vixdum presbyteros inter se morari consenserit. SIDO ad Gozw. p. 238,12 remotus locus a -a persecucione). VITA Pirmin. I 9 p. 29,16 gentem *Fresonum* . . . ritu gentili atque -o usu valde errantem (CARM. de Lamb. 1,288. *cf.* CHART. archiep. Magd. 130 p. 184,41 -i ritus . . . superstitio). CARM. Salisb. 7,21 docere -as . . . phalanges *Slavorum.* HROTSV. Pel. 32 ductor -ae gentis *Sarracenorum.* DIPL. Otton. II. 112 non modo in christianis, sed etiam -is regionibus. WALTH. SPIR. Christoph. II 5,32 -is . . . aris. BALTH. Fridol. 8 -e plebi spargere semina fidei. ALEX. MIN. apoc. 19 p. 394,31 per Antiochiam . . . -as ubique spurcitias extirpavit. *al.*

II *subst.:* **A** *fem.:* *lingua vernacula – Volkssprache:* EKKEH. IV. bened. I 44,62 *Notker* primus -am scribens. **B** *neutr.:* *expeditio bellica – Kriegszug:* LEG. Lang. p. 217,5 ut . . . -um pro quolibet casu non faciamus. p. 223,26.

adv. **barbarice.** **1** *spectat ad mores i. q. modo barbarorum – nach Barbarenart:* OTTO FRISING. chron. 5,1 p. 229,30 Theodoricus . . . fas . . . nefasque -e commiscens. **2** *spectat ad linguam:* **a** *linguā peregrinā – in fremder Sprache (opp.* Theodisce): VITA Otton. Bamb. III 1,2 ut, si hunc -e *(sc. lingua Polonorum)* loquentem audires, virum esse Theutonicum non putares. CONR. MUR. summ. 6,6p p. 473,35 literis et instrumentis -e *(sc. Gallice)* et Theotonice scriptis. **b** *linguā non Latinā vel vernaculā – in nicht-lateinischer, einheimischer Sprache (opp.* Latine): NOTIT. Arnon. 1,3 de putiatorio . . ., quod -e dicitur galgo *(item de lingua Theodisca:* CAPIT. reg. Franc. 177 p. 363,9 tam Latine quam -e. EINH. Marc. et Petr. I 3,17 non Latine, sed -e . . . loquentem. EKKEH. IV. cas. 41med. -e clamans: au wê!). ADAM gest. 2,79 p. 136,22 Thiadmarus a Dania oriundus . . . -e Tymmo vocabatur.

barbaries, -iei *f. plur.: p. 1364,7.*

I *spectat ad habitum, mores:* **A** *strictius:* **1** *loca inhospitalia – Wildnis:* ALDH. ad Acirc. 3 p. 72,14 qua Scithica regna horrendam incolunt -em. *in imag.:* REGINO chron. a. 868 p. 95,31 qui . . . incultam -em sacris dogmatibus excolentes Christo . . . habitaculum prepararent. **2** *populus vel turba barbarorum – Barbarenvolk, -haufe:* ANNAL. Senon. a. 937 (MGScript. I p. 105,20) effera Ungarorum -es . . . fines Francorum . . . depopulari . . . coepit. BENZO ad Heinr. 6,5 p. 664,47 -es multas contrivit equina facultas. METELL. Quir. 14,12 *Romam* spoliatam reperere furibundis cuneis indomitae -ei *(sc. Sarracenorum).* CHRON. reg. cont. I a. 1198 p. 165,25 multa nefanda . . . inpurissima illa -es *(sc. exercitus Philippi)* patravit. *al. sing. sensu plur.:* BRUNO COL. (?) carm. 23 cecaque secula -es seva *(sc. Nortmanni, Dani, Ungari, Slavi)* premebat. *per compar.:* RUOTG. Brun. 37 p. 39,11 erat . . . velut indomita -es ea, quę videbatur ecclesię proles. **B** *latius:* **1** *ferocitas, saevitia – Wildheit, Grausamkeit:* CHRON. Cas. 6 p. 472,34 sicut est illorum dira -es . . ., stridebant dentibus *eqs. (item de Sarracenis:* LAMB. HERSF. annal. a. 1065 p. 96,21). RUOTG. Brun. 24 p. 25,5 qualem numquam terra nostra sensit -em *(item de Ungaris:* FOLCUIN. Lob. 25 p. 65,35 insita sibi et naturali -e). CHART. Naumb. 148 p. 128,35 quod propter gentis -em . . . successionem ibi religio non haberet *(item de Slavis:* CHART. Heinr. Leon. 76 p. 110,36). SIGEBOTO Paulin. 54 p. 937,32 vitiorum . . . -e distractus *Heinricus. al. adde:* AMADEUS LAUS. hom. 4,20 (ed. J. Deshusses. 1960) feras . . ., id est feros motus et incultam -em moraliter composuit *Christus (sc. ut Orpheus).* **2** *asperitas – Unfreundlichkeit:* GESTA Trud. cont. I 8,19 quorum *(monachorum)* -em et silentium . . . reprehendebant.

beatifico, -avi, -atum, -are. **I** *beatum, felicem reddere – seligmachen, beglücken* (*cf.* GLOSS. IV 40,5 St.-S. -o saligon): **A** *usu christ.: 1 strictius:* FORM. Senon. II add. 1,1 p. 220,36 sanctorum meritis -ando domno . . . Importune. HUGEB. Wynneb. 8 p. 113,25 ut . . . -tus ad vitae aeternae pervenisset brabio. GODESC. SAXO theol. 22 p. 320,17 quae *(Domini pietatis ops)* me . . . benedicat, -et, glorificet, laetificet *eqs.* TIT. metr. IV 13,1,3 tu . . . -es, o Maximine, datores. CARM. Cantabr. 9,1^{a},8 imperatoris Heinrici . . . -a animam, Christe. ARNO REICHERSB. apol. p. 69,10 spiritualis paradisi . . . corpora spiritualia resurgentium -antis. ALBERT. M. resurr. 137 p. 329,74sq. visio lucis et visio -ans; . . . visio -ans animas. *al.* **2** *latius:* **a** *salvare – retten:* CHART. Basil. A I 221 p. 339,12 (a. 1160) helemosinam, qua confisus sum animam meam -are. **b** *sacrare – heiligen:* HROTSV. Gall. II 5,3 *Constantinus, Constans et Constantius* augustalis apicem dignitatis ornabant et -bant insignibus suae probitatis et sanctitatis. **B** *usu saec.: 1 strictius:* ALBERT. M. eth. 8,3,10 p. 555^{a},2 retribuere debet ei, qui eum ex tali -vit amicitia. **2** *latius i. q. (feliciter) perficere – (glücklich) vollenden:* WIPO prov. 15 firmissima spes -at res.

II *beatum, felicem praedicare, magnificare – seligpreisen, glücklich nennen, preisen:* VITAE patr. Iur. 3,20 numquam laudatus ac -tus inflatus est. RIMB. Anscar. 35 p. 68,16 sanctos, qui Deo oboediunt, -at. EKKEH. IV. bened. I 27,1sq. facta beanda (gloss.: beatificanda) lege . . ., rem pande -andam. ARNOLD. SAXO fin. 5,1,4 p. 95,20sq. nullum bonum -andum, usquequo utique vivit, sed oportet finem videre et tunc -are unumquemque *eqs.* ALBERT. M. eccl. hier. 4,3 p. 645^{b},27 'nec gloriam vident a multitudine . . . -tam' (*PG 3,476^{A}* μακαριζομένην), id est positam in beatitudine.

subst. **beatificans**, -antis *n. quod beatum reddit, beatitudo – das Beseligende, Seligkeit:* ALBERT. M. summ. theol. I 3,3 p. 18^{b},9 ut . . . in fide . . . fruatur *theologia* . . . summa veritate, per spem . . . summe -e, per charitatem summa bonitate. p. 18^{b},16 verum . . . inquirit non ut verum simpliciter, sed ut summe -s. *v. et p. 1398,68.*

beatificus, -a, -um. *beatum reddens, beatus – beseligend, selig:* STEPH. EDD. Wilfr. 32 p. 227,14 illam -am vocem mereatur audire . . .: 'venite, benedicti *eqs.*' HERM. AUGIENS. vit. 109 ne vos postposito lumine tanto tamque -is oppido taedis spurcida queratis gaudia noctis. ARNO REICHERSB. apol. p. 69,17 inter spiritus a Deo factam miram et ineffabilem ac -am illuminationem *eqs.*

***beatio**, -onis *f. beatificatio, beatitudo – Beseligung, Seligkeit:* GOSB. carm. 26 (MGPoet. I p. 621; c. 830) est quia vita manens, est summa -o vitae *(sc. Christus).*

beatitas, -atis *f. beatitudo, felicitas – Glückseligkeit* (*cf.* GLOSS. I 54,26 St.-S. -s salida): WALAHFR. Mamm. orat. 15 factor, a quo sanctus habet -em. DIPL. Otton. II. 232 p. 261,9 pro spe futurae -is. ANTON. consecr. (MGScript. XV p. 983,5) -em verae perpetuaeque salutis. *c. sensu mercedis speratae:* HEIRIC. Germ. I invoc. 103 non haec ob meriti -em, Germani peto sed per almitatem.

beatitudo, -inis *f. script.:* -tet-: CONC. Merov. p. 147, 33. -idu-: ALCUIN. epist. 117 p. 173,11 *(var. l.).* beatud-: *l. 15.50.65. p. 1401,27. adde* CHART. Rhen. med. I 25. 31. 34. DIPL. Karoli M. 279 p. 415,26 (spur.). beatidines: ANON. algor. Salem. p. 12,1.

I *proprie i. q. beatitas, felicitas – Glückseligkeit, Glück (cf.* GLOSS. I 54,27 St.-S. -o salichafti [*Pa*], heilhafti [*K*]. *def.:* HONOR. AUGUST. eluc. 3,19 duae sunt -es: una minor paradisi, altera maior coelestis regni. ALBERT. M. summ. theol. II 12,69,1 p. 9^{b},8 -o large dicta consistit in felicitate duplici, scilicet civili et contemplativa. p. 9^{b},23 dicitur . . . stricte -o status omnium bonorum aggregatione perfectus *[cf. Boeth. cons. 3,2]): A usu christ.:* **1** *de felicitate caelesti:* **a** *de Deo, Christo, angelis:* ALDH. virg. I 7$^{in.}$ si . . . virginitatis gloria angelicae -is (beatudinis *B*) germana creditur. HRABAN. carm. 39,12,5 una trium essentia, una est . . . aeternitas, -o, sanctitas. ALBERT. M. resurr. 81 p. 288,60 Christus cum matre . . . secundum . . . modum participandi -em et secundum locum sunt ultra omnes angelos. caus. univ. 1,4,8 p. 431^{b},13 ordines . . . angelorum . . . ordinantur . . . in gratia et -e. summ. theol. II 1,3,3,3 p. 43^{b},19 immutabilitas . . . non pertinet ad -em creatam, sed increatam. *al.* **b** *de hominibus:* **α** *de doctrina:* GODESC. SAXO theol. 22 p. 305,2 quanto quis amplius profecerit in ea fide, tanto maiori donabitur -is remuneratione. HONOR. AUGUST. inev. B (PL 172,1202^{B}) quod rationalis creatura ad -em sit condita *eqs.* HILDEG. scivias 2,6 p. 523^{B} refectionem coelestium dans eis *(hominibus)*, cum qua plenum gaudium omnium felicitatum ac -um . . . satiati adipiscerentur. ALBERT. M. resurr. 42 p. 261,45 resurrectio animae est perfectio sui secundum -em. 126 p. 322,4 quaeritur . . . de -e aeterna *eqs.* 137 p. 330,2 in intimam veritatis contemplationem, quae vere vera -o est. 168 p. 350,9 -o patriae intranea, quae formaliter est in beato, appetitur ut terminus felicitatis per se. *al. v. et l. 22.* **β** *exempla:* ALDH. virg. I 39 p. 291,12 aeternae -is coronam (TRAD. Frising. 13^{a} cogitante me de aeterna -e. HRABAN. epist. 37 p. 472,28 Hludowico regi Rhabanus . . . aeternę -is in Christo optat salutem. DIPL. Zwent. 26 aeterne -is felicitatem. *saepe. cf.* IOH. CANAP. Adalb. 6 p. 583,31 ad littora sempiternae -is. *al.*). TRAD. Ratisb. 9 cogitavimus . . . de futura -e (GERH. AUGUST. Udalr. I 19. *al.*). 48 qualem habeat -is portionem sine fine manentis. DIPL. Arnulfi 12 ad perpetuam -em promerendam (ORD. coron. imp. 2,2 in perpetua -e habitare. DIPL. Conr. II. 2. *al.*). GERH. AUGUST. Udalr. I 9 p. 398,15 spem caelestis -is. ADAM gest. 2,82 p. 141,11 in aeterna tabernacula, ubi cum angelis indeficua laeteris -e. HILDEG. phys. 3,17 datilbaum . . . -em signat. *al.* **2** *de felicitate terrena:* **a** *strictius de statu gratiae vel de actibus beatificatis (saepe accedit ad notionem q. e. virtus perfecta – Vollkommenheit):* ALDH. virg. I 22 p. 253,10 sextum evangelicae -is (beatudinis *B*) gradum consequi. CAND. FULD. Eigil. I 17 p. 231,14 octo -bus, quas ipse Dominus in evangelio comprehendit ([*Vulg. Matth. 5,3sqq.*]. GERH. AUGUST. Udalr. I 9 p. 396,51. ANON. ad Ragimb. p. 533,6 Ragimboldo . . . o. -um cubum. VITA Altm. 27. *al.*). TRAD. Teg. 20 -em iusticię sectantes. CHART. Raitenh. 9 p. 14,31 'beatus, qui intelligit super . . . pauperem'; cuius -is consorcium cupientes adipisci *eqs.* ALBERT. M. sacram. 110 p. 75,90 lugere est actus -is. *actio beatificandi – Seligpreisung:* AMALAR. off. 4,29,6 prima -o dicit: 'beati pauperes *eqs.*' **b** *latius:* **α** *donum gratiae – Gnadengabe:* GODESC. AQUENS. seq. 12,2^{b},4 *spiritus sanctus* doceat nos omnem iustitiam et devotas cor excitans in preces provehat per -es. **β** *sanctitas, virtus – Heiligkeit, Tugend:* HUGEB. Willib. praef. p. 87,31 de tantis talisque virorum beatudinibus. LIUTG. Greg. 3 laudem tantae -is et unitatis. TRANSL. Pus. 10 -o sanctorum in eo constat, ut voluntati conditoris inhaerescant. **B** *usu saec.:* **1** *de felicitate in insulis beatorum degentium:* ALBERT. M. pol. 7,13^{p} p. 727^{a}, 16 in abundantia talium bonorum, -is scilicet. **2** *de felicitate vivorum:* **a** *strictius:* **α** *philos.:* ALBERT. M. sacram. 247 p. 161,80 amicitia est de pertinentibus ad -em, ut dicit Philosophus. pol. 7,1^{c} p. 622^{b},6 sine bonis animae -o sive felicitas

[Payr]

non est. 7,11[f] p. 708[a],7 quod usus bonorum abundantiae et honoris causa sit -is. β *usu communi (plur. i. q. gaudia – Freuden):* EPIST. var. I 7 p. 502,13 propriis . . . -bus et peculiaribus . . ., o rex mi, honoravit te rex tuus. EPIST. Col. 11 papae . . . episcopus omnem prosperitatis -em orat. BRUNO QUERF. fratr. 13 p. 729,8 inter tot pulchras -es, quae animos mortalium capiunt . . ., una sola -o, videlicet timor Domini, . . . animum eius . . . possedit. EPIST. Teg. I 85 supplicamus . . . pro vestra -e hic et in cęlo. **b** *latius i. q. favor – Gunst:* RICHER. REM. hist. 1,15 praecipua . . . -e Haganonem habebat.

II *meton. in allocutione vel titulo honorifico i. q. sanctitas, almitas – Heiligkeit, 'Gnaden':* **A** *eccl.:* **1** *de papa:* LIBER diurn. 10 -is vestrę temporibus. STEPH. EDD. Wilfr. 29 p. 224,25 deprecor vestram pontificalem -em. COD. Karol. 49 p. 568,41 eius *(Stephani papae)* ter -o. EPIST. Col. 5 p. 246,31 scit vestra -o, pater sanctissime. *al.* **2** *de episcopis, abbatibus:* LEG. Wisig. suppl. p. 474,45 obsecro reverentiam -is vestrae. BONIF. epist. 34 p. 59,20 valere dilectionem -is tuae *(sc. abbatis Dudonis)* . . . optamus. DONAT. Trud. 1 (MGMer. VI p. 274,30) -e vestra suggerente, pater beatissime. CONC. Karol. 39[c] p. 459[b],17 tuam . . . providam volumus esse -em, ut *eqs.* HRABAN. epist. 3 p. 386,29 -em tuam opto semper bene valere. EPIST. Teg. I 105 *beneficia* vestrę -i remuneranda. *saepe.* **3** *de clericis, monachis, sanctimonialibus:* ALDH. virg. I 60 p. 322,24 orantem pro nobis -em vestram alma trinitas . . . tueri dignetur. epist. 5 p. 490,5 almitati -is vestrae. ALCUIN. epist. 117 p. 172,7 vestrae -is (beatudinis *K2*) salutationem *(sc. monachorum Murbacensium).* EPIST. Wibald. 129 oramus . . . -em vestram *(sc. monachos Corbeienses).* EPIST. Hildeg. 14 p. 378,13 ad praesentiam tuae -is. **4** *de fidelibus:* CHART. Naumb. 398 p. 359,38 (a. 1197) meminisse debet universa fidelium -o, quod *eqs.* **B** *saec. de rege:* STEPH. EDD. Wilfr. 43 p. 238,3 ego Theodorus . . . episcopus . . . hoc tuae -i suggero.

beatrix *adi. fem. beatifica, felix – selig(machend), glücklich:* WALDO Anscar. 34,11 Corbeia . . ., sanctorum genetrix, monachorum cella -x. *nom. propr.:* EPIST. Hann. 29[tit.] B-x non fortuna, sed solo nomine felix. *v. et p. 1428,49.*

beatudo *v.* beatitudo.

beatulus, -a, -um. **1** *beatus, felix – selig, glücklich:* VITA Norb. II add. 3,2 sancti patris praemium tale qui concupiscis, quod fecit, facito, pransumque -us ito. **2** *beatificus – beglükkend:* HERM. AUGIENS. vit. 643 non est honor -us *eqs.*

beatus, -a, -um. *script.* pe-: TRAD. Frising. 1077.

beatitudinis compos, felix – glückselig, glücklich (*cf.* GLOSS. I 54,24 St.-S. -i salike): **I** *usu christ.:* **A** *de anim. i. q. beatitudinis aeternae vel salutis animae compos – selig:* **1** *strictius:* **a** *de beatitudine caelesti:* α *de Deo, Christo, angelis:* BEDA hist. eccl. 5,12 p. 307,29 -orum mansiones spirituum. WALAHFR. carm. 25[a],19,1 deitas -a patris et nati pariterque sancti spiritus. GODESC. SAXO theol. 22 p. 322,4 Christe . . ., homo . . . super omnes angelos -os incomparabiliter -e, sancte, pie *eqs.* 23 p. 329,2sq. -um pontificem nostrum, -um filium. ALBERT. M. resurr. 155 p. 340,64 vita aeterna est in animabus sanctis et angelis -is. *al.* β *de mortuis:* WALAHFR. Mamm. 26,58 pace Dei fruitur summa, sine fine -us. Wett. 595 vos precor . . . per sanctos . . . viros . . . animasque -as. HRABAN. epist. 9 p. 396,4 qualiter *Deus* me . . . in futura *vita* . . . concedat esse -um. GODESC. SAXO gramm. 2 p. 471,12 quasi . . . electi proposito fiant . . . boni et hoc suo . . . merito reddantur a Deo -i. DIPL. Karoli III. 168 p. 272,16 -issimorum avorum nostrorum augustorum. BERTH. (?) annal. a. 1075 p. 280,1 *Anno* gaudium Domini sui . . ., -issimus o utinam, intravit. *saepe.* **b** *de beatitudine paradisiaca:* WANDALB. creat. mund. 189 hac ut sede -um . . . futurum cultorem . . . lex aeterna teneret. **c** *de beatitudine terrena c. respectu salutis animae vel gratiae:* HRABAN. carm. 81,51 o terque quaterque -a *(patria),* praesule hoc . . . regi digna . . . quae fueras. GERH. AUGUST. Udalr. I 9 p. 396,50 -um . . . dicebat, qui in istis vitiorum pedicis non offendebat. FROUM. carm. 10,8 gratia ⟨per⟩ populos sic fluxit sepe -os *eqs.* THIETM. chron. 6,85 -us est ille, qui eam meretur incedere viam. BRUNO MAGD. bell. 16 p. 23,7 -us et valde -us esset, si munitiones easdem contra paganos erexisset. *al.* **2** *latius c. sensu sanctitatis (saepe accedit ad notionem q. e. sanctus – heilig):* **a** *de sanctis, hominibus iustis (hic illic i. q. pius – fromm, e. g. l. 13.23.35sq.):* TRAD. Frising. 3 (c. 748/50) ad ecclesiam -ę Dei genetricis Marię (THANGM. Bernw. 47 *Christi* -issimae et gloriosissimae genitricis perpetuaeque virginis Mariae. OTTO FRISING. gest. 2,3 p. 104,18 -ae Mariae semper virginis. *saepe. cf.* STATUT. ord. Teut. p. 36,13 -e Virginis. *al.*). WILLIB. Bonif. 5 p. 21,2 limina -i Petri apostoli (HRABAN. epist. 24 p. 430,26 -i Pauli a. RUOTG. Brun. 44 p. 48,4 -us Iacobus a. *saepe. cf.* TRAD. Frising. 19 -i apostolorum principis Petri. THIETM. chron. 8,27 -i Iohannis visionem). 8 p. 47,16 -i viri sanctimoniam (CAND. FULD. Eigil. I 9 p. 226,8 -i v. Dei Benedicti. RIMB. Anscar. 42 p. 78,29 de eo, . . . sancto plane et -o admodum viro. THANGM. Bernw. 56. *saepe*). ARBEO Corb. 12 -am virginem Christi Scolasticam. 23 -i Christi confessoris Valentini (WETT. Gall. 1 Galli. THANGM. Bernw. 53 Martini. *al. v. et l. 37*). Emm. 24 -um et Deo devotissimum episcopum Haimrammum. PAUL. DIAC. Lang. 6,40 ad sacrum corpus -i Benedicti patris (WALAHFR. Wett. 162 vernat uterque pater vita graduque -us. IOH. CANAP. Adalb. 14. *al.*). LIUTG. Greg. 2 p. 69,5 -us puer Gregorius. EIGIL Sturm. 16 -us Sturmi abbas. TRAD. Scheftl. 20 ad sanctum ac sacrum monasterium sancti ac -issimi Dionisii episcopi (*cf.* TRAD. Patav. 6 cum -issimo sancto Stephano). HRABAN. epist. 13 p. 400,24 -issimus Christi martyr Bonifacius (DIPL. Arnulfi 117 ad -os Dei martires. *al.*). 14 p. 402,29 papa -us . . . Gregorius (WIDUK. gest. 1,16 reliquias -i Innocentii papae. *saepe. iron.:* DEUSD. c. invas. 2,11 [MG Lib. Lit. II p. 329,29] XC milia hominum . . . -o papa Guiberto cooperante caesa sunt). 34 p. 468,16 ex -i Hieronimi atque Gregorii, Ambrosii . . . et Augustini . . . tractatibus. WALAHFR. carm. 21,5,1 Thebaeae legio -a gentis. THEGAN. Ludow. 44 p. 600,18sq. qui -o Iob insultabant, reges fuisse leguntur in libro -i Tobiae. HROTSV. prim. 29 baptista Christi referente -o. THANGM. Bernw. tit. vita -i Bernwardi episcopi et confessoris. 42 -am hanc feminam. OTTO FRISING. gest. 1,61 p. 88,6 -us Epiphanius . . . tam eximiae, ut mortuum suscitaret, sanctitatis. *persaepe. nom. propr.:* EBERW. Magner. 34 merito et nomine B-us, -am . . . vitam . . . ducens. *al.* **b** *de ecclesia, communione sanctorum:* ALDH. epist. 4 p. 484,3 *Quartadecimani* alieni a -a orthodoxorum sodalitate. CONC. Karol. 44[B] p. 525,13 ut pax Dei . . . in eadem -a plebe pleniter restituatur. WALAHFR. carm. 1,12 -ae ecclesiae pia membra. *al. remissius de conventu:* TRAD. Frising. 424 (a. 819) -um et memorabilem conventum una cum abbatibus seu presbiteris *eqs.* **c** *in allocutione vel titulo honorifico:* α *de papa:* CONC. Karol. 3[B] p. 11,37 Zaccharias sanctissimus ac ter -issimus episcopus sedis apostolicae (14 p. 80,2. *al.*). 19[D] p. 141,14 -issimi papae. WIDUK. gest. 3,70 (epist. imp.) filius noster . . . coronam a -o apostolico . . . suscepit. *al.* β *de (archi)episcopis:* LEG. Wisig. 12,2,13 p. 418,4 sanctissimis ac -issimis . . . episcopis. ALDH. epist. 1 p. 476,1 fateor, o -issime antistes *eqs.* HRABAN. epist. 5[tit.] domino -issimo ac merito venerabili . . . Haistulfo archiepiscopo (RUOTG. Brun. prol. p. 1,3 d. in Christi gratia -issimo. *al.*). 10[tit.] domino sancto atque -o patri (CONC. Karol. 57[B] p. 769,23 audite, patres -issimi et reverentissimi. *al.*). CONC. Karol. 44[A] p. 476,33 -issimus patriarcha *(sc. Constantinopolitanus).* CHART. Fuld. B 19 p. 38,32 (epist. papae spur.) -issimi fratris nostri Bonifacii. VITA Corb. 33 p. 631,7 *ego Aripo* consilium -orum virorum in medium protuli. ARCHIPOETA 10,21,1 in presentia presulis -i. *saepe.* γ *de fidelibus:* TRAD. Ratisb. 136 (a. 889) cognoscat omnis ęcclesię Dei -issimus ordo, qualiter *eqs.* (164). **B** *de rebus (et partibus corporis: p. 1403,34sq.):* **1** *ad beatitudinem pertinens, beatificus – selig(machend):* **a** *strictius:* α *de vita caelesti:* ALDH. virg. I 20 p. 250,15 sanctus Hieremias . . . -a praedestinatione Domino dicatur. CONC. Karol. 38,17 quibus operibus possit promereri -a vita quibusve excludi (HRABAN. carm. 9,4. RIMB. Anscar. 35 p. 67,39 ad laudem . . . -ae aeternae vitae. *al.*). TRAD. Frising. 353

[Payr]

aeterne felicitatis et -ę inmortalitatis. WALAHFR. Wett. 803 requiem. HRABAN. carm. 19,46 cum Christo et sanctis regna -a tenens. WANDALB. martyr. hymn. 3,2 -a . . . vitae . . . perennis munera. GODESC. SAXO theol. 22 p. 305,13 suae *(sc. Dei)* -issimae contemplationis. THIETM. chron. 4,63 ad aeternae mansionis -am spem. DIPL. Heinr. III. 226 -i fructus spe. *al. divinus – göttlich:* WANDALB. creat. mund. 20 legem. **β** *de morte:* IOH. CANAP. Adalb. 29 Adalbertus . . . -issimo fine praesentem vitam erit terminaturus (THIETM. chron. 6 prol. 24. *al.*). FROUM. carm. 24,11 gaudendum de morte -a (ANSELM. Bis. rhet. 1,14 p. 128,13). *al.* **b** *latius i. q. sanctus, pius – heiligmäßig, fromm:* WILLIB. Bonif. 1 p. 4,14 vere -am sancti Bonifatii . . . vitam (BERTH. [?] annal. a. 1077 p. 304,17 pro tot magnificis vitae tam -issimae remunerandae pietatibus. *al.*). WETT. Gall. 28 p. 273,5 quomodo -um cursum expleverit. WALAHFR. carm. 25^{a},18,2 actibus. 66,1,3 studiis. GUNDR. ad Ermenr. (MGScript. XV p. 155,2) ob -am consuetudinem coenobii. HROTSV. prim. 584 Christina . . . reddens animam factore vocante -am. FROUM. epist. 77 tam -us labor. DIPL. Heinr. III. 370 cum Deo -a negocia gerimus *eqs. al.* **2** *ad beatos pertinens, sacer – selig, (ge)heilig(t):* **a** *strictius:* **α** *spectat ad mortuos:* CONC. Karol. 3^{B},15 p. 19,18 -ae memoriae praedecessor noster Gregorius (ANNAL. Xant. a. 814 -e m. gloriosissimus Karolus . . . de hac luce migravit. FORM. Sangall. II 42 p. 424,28 -issimae m. S(alomo) . . . episcopus. THIETM. chron. 2,3. *saepe. cf.* WIDUK. gest. 3,2 [rec. B] ad augmentum virtutum suarum -aeque m. THANGM. Bernw. 51 p. 780,10 [chart.] -ae m. tradere titulum nominis mei). p. 20,9 -ae recordationis sanctus Gregorius papa (DIPL. Heinr. III. 167 Cunradi imperatoris . . . -issime in evum r. *al.*). **β** *spectat ad sanctos:* ALDH. epist. 4 p. 485,11 Petrus . . . Dei filium -a voce confessus. TRAD. Frising. 398^{b} facultates . . . tenerentur ad -um domum *(sc. sanctae Mariae).* WALAHFR. Mamm. 4,7 dum . . . sacros versus depromeret ore -o. 23,33 -as . . . plantas. Mamm. hymn. 12,3 -is martyrum . . . suffragiis (*sim.* DIPL. Heinr. IV. 83 p. 108,25). carm. 5,62 firma -ae fundamenta petrae *eqs.* THEGAN. Ludow. 1 -issimum corpus apostolorum principis Petri. HROTSV. gest. 95 natam de stirpe -a Oswaldi regis *eqs. al.* **b** *latius de numero:* OTTO FRISING. gest. 1 prol. p. 10,24 ad multiplicationem -i numeri.

II *usu saec.:* **A** *fortunatus, faustus – vom Glück begünstigt, glücklich:* **1** *de anim.:* **a** *strictius:* OTTO FRISING. gest. 1 prol. p. 9,25 hoc tempore scribentes quodammodo iudico -os *eqs.* ALBERT. M. pol. 5,8gg ut *tyrannos* tamquam felices et -os (*p. 1314*^{b}*,32* μακαρίους) admirentur. 7,1^{a} p. 621^{a},11 nullus dicet -um vel felicem eum, qui nullam partem habet fortitudinis. 7,11^{a} p. 705^{b},4 civitas debet esse -a (*p. 1331*^{b}*,25* μακαρίαν). *in allocutione vel titulo honorifico principis:* CAPIT. reg. Franc. 2 epistola clementissimi et -i regis nostri Childeberthi. COD. Lauresh. 747 anno XLV regni domni nostri honoris seculi, magni et -i Karoli . . . imperatoris (*sim.* 776). TRAD. Frising. 419 anno -issimo Hludowico regnum gubernante . . . quinto. WALAHFR. imag. Tetr. prol. 6 p. 829 servitio . . . vestro *(sc. Iudith)* prolisque -ae. NOTKER. BALB. gest. 2,21 p. 92,11 kyrieleyson Hludowico -o (p. 92,16). **b** *latius i. q. dives – reich* (*cf.* GLOSS. I 152,10 St.-S. -us aotac. II 116,29 -us rihher): RUODLIEB I 135 iuvenem . . . arte satis catum venandi satque -um *eqs.* **2** *de rebus:* WALAHFR. carm. 63,3,1 -ae . . . tuae *(sc. imperatoris)* praesentiae. 77,7,2 -um caesaris . . . honorem. VITA Heinr. IV. 2 p. 13,21 -um regni statum. *impers.:* VITA Heinr. IV. 13 p. 41,18 -ius sibi et tutius fore, ut privatus . . . viveret. **B** *liber – frei (ex Vulg. act. 26,2 per pravam interpr.):* RAHEW. gest. 3 prol. p. 163,11 a quorum parte utrimque me -um estimo (3,46 p. 219,21 -um . . . me e. ab his, a quibus vacuos esse decet, qui *eqs.*). 3,20 p. 193,24 ab hoc suam ipsorum conscientiam sese -os facere.

***subst.** masc.: qui beatitudinis compos est, sanctus – ein Seliger, Heiliger:* BEDA hist. eccl. 3,19 p. 165,1 -orum gaudia. TRAD. Frising. 133 ad servitium Dei et -orum ibidem *(in Frisinga)* manentium. RIMB. Anscar. 35 p. 67,11 -orum animae . . . angelico ministerio rapiebantur . . . in caelum. WALTH. SPIR. Christoph. I 1 -us . . . ille, de quo hic futurus est sermo. THIETM. chron. 6,64 -i omnes virtutibus suis cum Christo vivunt. ALBERT. M. resurr. 81 p. 288,67 caelum empyreum est locus communis omnium -orum. 140 p. 331,79 omnis dos est pars gloriae -orum. summ. theol. II 8,31,2,3 p. 350^{b},20 conformitas . . . inter vitam animaliter viventium et -orum. *al.*

adv. **beate.** *feliciter – glückselig, glücklich:* **1** *christ.:* **a** *strictius:* WALAHFR. carm. 9,1,9 cresce valens, augere vigens, firmare -e in Domino semper. DIPL. Heinr. III. 305 p. 414,38 ad illam vitam, qua in aeternum -e vivitur. **b** *latius i. q. pie – fromm:* CAPIT. reg. Franc. 296 p. 426,21 ut hic fideliter credant et -e viventes . . . regnum consequantur aeternum. **2** *saec.:* HROTSV. Gall. I 9,3 vivite -e sub Romana pace. ALBERT. M. pol. 8,2^{d} p. 766^{a},2 vacare . . . videtur ipsum habere delectationem et felicitatem et vivere -e (*p. 1338*^{a}*,3* μακαρίως). *ibid. iterum.* *Payr*

***beb** *v.* *b(e)eb(e). **bebinnum** *v.* bipennis.

bebo, -are. *vocem haedi emittere – meckern: v. p. 1330,58.*

***beborania,** -ae *f. (orig. inc.) genus praestationis – Abgabenart:* DIPL. Karoli M. 217 p. 290,14 *(spectat ad res Cataloniae)* quod . . . -as illis superponatis.

bebulcus *v.* bubulcus.

***becach.** *(orig. inc.) nomen litterae secundae alphabeti inventicium (cf. B. Bischoff, MIÖG 62. 1954. p. 8sq.):* AETHICUS ISTER $113^{app.}$ alamoy becach *eqs. v. et* *berch.

***becarium** *sim. v.* *bicarium.

***becarius** *sim v.* *beccarius. **Becca** *v.* beccus.

***beccaria** (beca-), -ae *f. (cf. ital.* beccheria *a* becco *'Bock') laniena – Fleischbank:* CHRON. Ven. Alt. p. 171,28 Bycicas becariam retinentes erant. CHART. Tirol. 673 (a. 1215/18) de ortis, de becariis. CHART. Tirol. notar. I 475 cui casali cohaeret . . . -a communis. *v. et* *bucheria.

***beccarium** *sim. v.* *bicarium.

***beccarius** (beca-, becha-), -i *m. (ital.* beccaio *a* becco *'Bock') lanius – Fleischer:* CHART. Ticin. 95 (ed. L. Brentani, Cod. dipl. Tic. II p. 32,12; a. 1205) interfuerunt Petrus Moroni . . . et Andreas Pochitinus -us testes (CHART. Tirol. 595. *al.* [*v. ind.*]. CHART. Ital. Ficker 458 p. 465,37 Girardi . . ., Wagnie becario. *cf.* REGISTR. Trident. 49 p. 54,10 dixit Martinus becharius . . ., quod *eqs.*). CHART. Tirol. 557 p. 38,17 iuravit . . . Tardivellus becarius (ACTA imp. Böhmer 933 p. 641,42 consules -orum). COD. Wang. Trident. 75 p. 173,8 Adam becarius. CHART. Tirol. notar. I 395 quod *(fictum)* solvitur per Oldericum -um de uno vignale. 748 p. 376,24 que *(causa)* vertitur in Seauridum carnificem . . . et inter Zuannum -um. *al. (v. ind.).* SALIMB. chron. p. 42,31 quod *Fridericus II. imp.* esset filius cuiusdam -i de civitate Esina. p. 376,18 -i fecerunt ibi macellum. p. 447,2 Ghibertus . . . assumpsit sibi dominium Parme cum adiutorio -orum. *ibid. al. (v. ind.).* *v. et* *bucherius.

***beccharium** *v.* *bicarium.

beccus (becus), -i *m. rostrum – Schnabel:* CHRON. Ven. Alt. p. 52,15 in -is (becius *codd.*) ipsius *(avis)* deporte<n>tur parvis illorum filiis. p. 63,18 aquam . . . expuere per becis bestiarum figuris. *subst. fem. in cognomine porcae magno rostro ornatae:* NIVARD. Ysengr. 7,119 B-a michi cantum sesqualterat. *ibid. al. (v. ind. nom.).*

***becgardus** *v.* *begardus. ***becgina** *v.* *begina.

***becharium** *sim. v.* *bicarium. ***becharius** *v.* *beccarius.

bechicus (ve-, bi-, -cic-, -chichius *sim.*), -a, -um. (βηχικός) **1** *adi.: tussim sedans – Husten-:* THADD. FLORENT. cons. 127,148 pullule sint bichichie (127,226). *v. et l. 70. p. 1405,4.*

2 *subst.:* **a** *neutr.* -on *i. q. medicamentum tussim sedans – Hustenmittel:* PAUL. AEGIN. cur. 169 bi-on (*3,28,11* βηχικόν): gliconos ÷ II *eqs.* AURELIUS 11 p. 705,10 quae *(antidota)* fecicuba *(cod. Bruxell. lat. 1342–50,* fecua *cod. Augiens. CXX)* appellantur, id est ad tussim composita. AESCULAPIUS 8 accipiant antidotum beica *(cod. Bruxell. lat. 1342–50,* bechicon *cod. Augiens. CXX).* 15 p. 19,16 catapotias becicon *(cod. Bruxell. lat. 1342–50,* catapotia bechica *cod. Augiens. CXX).* p. 19,17 antido<tu>m vesocon *(cod. Bruxell. lat. 1342–50,* bechicon *cod. Augiens. CXX)* Asclepiadeum. p.

[Baader]

19,30 catapotias vecicon *(cod. Bruxell. lat. 1342–50)*, id est myrrham *eqs.* GLOSS. Salern. p. 11^{b},16 bithicon, id est contra raucedinem inventum. ALPHITA I p. 280,8 bi-on interpretatur ad tussim; unde pillulae bi-ae. **b** *fem. i. q. pillula tussim sedans – Hustenpille:* GLOSS. Salern. p. 11^{b},22 bichidas contra tussin inventas.

***bechina** *v.* *begina.

***bechinum** (pe-), -i *n. (theod. vet.* beckin, *cf. Ahd. Wb. I. p. 861) aquaemanile – (liturgisches) Waschbecken:* CASUS Petrish. 2,4 p-a duo argentea. *ibid. iterum. v. et* bacinum.

bechion *(n.)* (βήχιον) *salvia – Salbei (Salvia pomifera L. vel sim.):* DYNAMID. Hippocr. 1,59 salvia ... dicitur ... -on.

becicon *v.* bechicus. ***beckina** *sim. v.* *begina.

bectonica *v.* vetonica. **becus** *v.* beccus.

***bedagar** *v.* *bedegar.

***beddemundus** (bede-, bathmundi-), -i *m. (l. 25; ceterum etiam neutr. subesse potest) (theod. vet. inf.* beddemunt, *cf. Mittelniederdt. Handwörterb. I. 1956. p. 156) de re v. Dt. Rechtswb. I. p. 1343sq.*

1 *tributum pro licentia maritandi domino solvendum, abmatrimonium – Gebühr für die Heiratserlaubnis, Bedemund:* CHART. Westph. add. 53 (ed. R. Wilmans. 1877; a. 1163) ut ... femina ... nubilis unum aureum nummum ... pro -o persolvat. III 10 -os de nostris sibi concessos ... hominibus. *ibid. bis.* VII 123 pro -o sex denarii solvantur. HIST. Walc. 30 quatinus ... sine exactione contraria et bathmundii quaestu ... homo ex Walciodorensi potestate mulierem sumens ... sicut sibi parem ducat. CHART. Osn. III 409 p. 280,2 bede-is et omnibus obventionibus ... bona fide gaudebit. 455 nec ... cives dabunt bede-um, ut vulgus dicit. **2** *multa pro copulatione illicita solvenda – Buße für unrechtmäßige Verbindung:* CHART. Xant. 15 p. 9,42 (a. 1122) si ... aliqua sine legitimo thoro cuiquam copulata fuerit, forisfactum suum, quod frequens usus -um vocat, supradicte componat curie.

***bedegar** (beta-, bete-, -dag-, -tag- *sim.*) *indecl. n. (l. 48. 50; ceterum de genere non constat) (pers.* bādawārd, *cf. Lokotsch, Etym. Wb. d. Wörter orient. Urspr. nr. 157)*

1 *de fruticibus:* **a** *Rosa eglanteria (L.) – Weinrose (cf. Hegi, Flora. IV. p. 984[1]):* CONSTANT. AFRIC. grad. p. 352,22 -igar frig(idum) in primo gradu ...; huius arboris cortex et ... rami sunt frigidi et sicci. GLOSS. III 526,37 St.-S. -agar wibedorn. 551,23 -r (-agar *c*) wepedorn *(c)*, wisdorn *(b)*. GLOSS. Roger. III 740 de musco illius arboris, qui dicitur -r, id est rubus (ALPHITA I p. 279,39 -r, r. idem, vulgari nostro dicitur engletier. p. 311,37). NOTULAE Wilh. Cong. 1274sq. ad idem ... valet vino uti decoctionis e⟨i⟩us, quod est superfluitas -r ...; valet ipsum etiam -r. ALBERT. M. veget. 4,114 spinae tribulorum et -r et rosariorum. 6,42 -r ... est de genere arborum. 6,44 est ... -r ... in semine calidum. 6,213 pomum -r. *ibid. al. (v. ind.).* **b** *spina alba – Weißdorn (Crataegus oxyacantha L., cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. I. p. 1216 sqq.):* GLOSS. III 537,8 St.-S. -r (bete- *a*) wizdorn. 537,47 betagar wizdorn. WILH. SALIC. chirurg. 5,10 p. 360^{D} bendegard spina alba frigida et sicca, eius semen ... calidum est *eqs. v. et l. 43.* **2** *de tubere i. q. galla rosae – Rosengalle:* BERNH. PROV. comm. 5,2 p. 286,26 -r, id est nodus rose. WILH. CONG. chirurg. 1514 fiat balneum ... de canno ..., cortice spine nigre, -agar et consimilibus coctis.

bedella *v.* bdellium.

***bedellus,** -i *m. (theod. vet. sup.* butil, bitil, *theod. vet. inf.* bödel, *cf. F. Kluge – A. Götze, Etym. Wörterb. d. dt. Sprache.[19]1963. p. 115.536) script.:* pe-: *p. 1406,35.39. 46sq.* pid-: *p. 1406,43sq.* bid-: *p. 1406,51.53.55.* bud-: *p. 1406,17.29.56.* bued-: *p. 1406,26.* bod-: *l. 70. p. 1406, 27.32sq.40.*

officialis potestate quadam praeditus – bevollmächtigter Amtsgehilfe (cf. Dt. Rechtswb. II. p. 663sqq. s. v. 'Büttel'; nom. propr.: CHART. episc. Hild. II. 310 p. 143,16 [c. 1230] Thomas Bo-us. CHART. march. Misn. III 469 p. 326,37 B-us de Ranstete): **I** *strictius in re iudiciali i. q. praeco, nuntiator – Büttel, Fronbote (cf. J. W. Planck, Das deutsche Gerichtsverfahren im Mittelalter. I. 1879. p. 94sqq.):* **A** *de potestate citandi:* DECRET. Frision. A 4,1 p. 42,8 quod ille bonnerus vel -us actionem non indixit. CHART. Pomm. A 286 p. 614, 27 (a. 1240) ab omni secularis iuris exactione liberi sint, videlicet advocatione -orum nostrorum communis placiti, expeditionis, urbani operis *eqs.* **B** *de potestate in iudicio assistendi vel iudicandi:* CHART. Merseb. 166 p. 142,14 (a. 1219) officiati marchionis tam villici quam -i in hominibus et bonis abbatie sibi nullum ius vendicabunt. CHART. episc. Hild. II 795 quam *(fideiussoriam cautionem)* ... ecclesie fecit ... per Heinricum, villicum ... episcopi, et Iohannem ..., -um episcopi ..., qui promiserunt *eqs.* CHART. Rhen. inf. II 553 ibi *(sc. in wrigedinc)* in iudicio promulgato coram thingravio ... et vimmenotis ... et -o ... resignavimus. *v. et supra p. 276, 59. de testificatione:* CHART. Mar. Magd. 76 (a. 1195) huius rei testes sunt: ... Engelbertus de Meindorp, Heregerus bu-us, qui vulgo dicitur vronebode (CHART. Brand. C I 2 p. 3,33 h. r. t. s. ... Wazmodus de Hekelinghe, -us provincie. *al.*). **C** *de potestate exsequendi:* **1** *spectat ad dispensationem tributorum:* CHART. Pommerell. 163 (a. 1256) libertatem viginti quatuor choros annone emendi ... sine omni contradictione ... advocatorum, -orum thelonei ... donavimus. CHART. Merseb. 349 p. 279,14 advocatorum nostrorum vel -orum ... ius iudicandi vel violenciam faciendi. CHART. Brand. A VIII 100 quod in posterum nec advocati nec bued-i ... aliquod genus exactionis ... requirant. III 15 p. 93,27 ut ... nec nos nec advocati nostri nec bo-i ... habeamus aliquid percipere, exigere vel mandare. CHART. Naumb. 287 p. 277,32 iudex, scultetus, forestarius, bu-us vel quisquam officialium terrae Plisnensis. *al.* **2** *spectat ad actionem deprehendendi:* CHART. Brunsv. I 1 p. 2^{b},15sq. (a. 1227) si viderit *burgensis* eum *(debitorem)* in civitate, assumet secum bo-um et eum detinebit; si autem bo-um habere non possit *eqs.* **3** *spectat ad actionem eligendi:* CHART. select. Keutgen 130 p. 110,28 (s. XIII.) denominabit p-us civitatis ... sedecim viros, qui dicuntur heimburgen. **D** *de remuneratione:* CHART. Rhen. med. II app. 16 p. 445,42 (s. XIII.$^{in.}$) -us habet panem et denar(ium) et cum scabino in vespero comedit. REGISTR. Mog. p. 15,11 Theoderico et Godescalco p-is *tenemur* marc(is) XXII. CHART. Hall. I 353 p. 325,45 bo-is ... seu preconibus tam civitatis quam vallis salinarum ... duo debentur denarii. *al.*

II *latius:* **A** *spectat ad societates artificum:* CHART. select. Keutgen 129 (s. XIII.$^{in.}$) pannifices duos pi-os ... statuant, quibus tantum burgenses obediant et nullo pi-o alii. CHART. Hall. I 224[1],24 magistro pistorum et bu-o ipsorum (CHART. Basil. C I 302 p. 218,14 p-o). CHART. Basil. C I 388 exceptis denariis magistro, receptoribus et p-o *sartorum* dandis. **B** *spectat ad universitatem ('Pedell'; cf. H. Rashdall, The Universities of Europe in the Middle Ages. [2]I. 1936. p. 192):* CHART. Turic. XIII 1301^{b} (a. 1265) Zacharius, bi-us domini Francischi, *legum doctoris Bononiensis (cf.* 1301^{c}. IV 1315). ACTA imp. Winkelm. I 991 p. 742,44 cancellarius ... disponet de stacionariis, bi-is et aliis omnibus. **C** *usu vario:* CHART. Rhen. med. II app. 15 p. 418,16 (c. 1220) per totam messem servient vorstere et bi-us archiepiscopo. III 1063 p. 791,38 bu-us ... a fratribus eligitur.

***bedemundus** *v.* *beddemundus.

***bederagus** *vel* **-um,** -i *subst. (arab.* bādarūǧ, *cf. Freytag, Lex. Arab.-Lat. I. p. 78^{b}) ocimum – Basilienkraut (Ocimum basilicum L.):* ALPHITA II p. 6,6 albederagi, id est basiliconis vel columbine.

bedica *v.* pedica. ***bedigar** *v.* *bedegar.

***bedolach** (dolach) *subst.* (בְּדֹלַח) *crystallus – Kristall (cf. Ps. Philo antiq. 25,11; v. et Encyclopaedia Biblica. I. 1899. p. 964):* ARNOLD. SAXO fin. 4,8,12 in berillo et dolach, i. cristallo, si ponuntur contra solem, accenditur ignis.

***beduinus** (boidewinus), -i *m. (arab.* badawījūn, *cf. Lokotsch, Etym. Wb. d. Wörter orient. Urspr. nr. 164) qui regionem desertam et arenosam incolit – Wüstenbewohner, Beduine:* THIETM. peregr. 8,30 solent eciam Sarraceni boidewini ad locum illum ... accedere. 8,31 artificiose sciunt equitare boidewini.

[Baader]

bedulla *sim. v.* betulla.

***bee** *vel* ***b(e)eb(e)** *vox ovis:* NIVARD. Ysengr. 3,701 rusticus hic Ioseph versus facit atque b.e.b / colligit. *v. et p. 1301,42.*

Beelzebub (Bel-) *subst.* (בַּעַל זְבוּב) *deus muscarum – Fliegenbaal (cf. Vulg. IV reg. 1,2):* EKKEH. IV. bened. I 55,24 Bel-b (gloss.: deus muscarum) in fuscas regem, crux, protere muscas.

Beemoth *v.* Behemoth. ***been** *v.* *behen.

*?**befrola,** -ae *f. (orig. inc., nisi cohaeret c. francog.* breloque, *cf. v. Wartburg, Frz. etym. Wb. VIII. p. 567) species ornatus, fort. i. q. inauris – Schmuckart, viell.: Ohrschmuck:* CATAL. thes. Germ. I 23,16 (Dt. Schatzverz. d. Mittelalt. 1966; s. X.[1]) inter fibulas et lunulas et bef⟨r *?*⟩olas.

***befulcus,** -i *m. (orig. dub.; fort. cohaeret c. slav.* *bylů 'Büffel', *v. Th. Mayer, MIÖG Erg.-Bd. 11. 1929. p. 114 sqq.; ital.* bifolco *cft. ed.) ?miles auxiliaris – ?Kriegsknecht ('Büffelführer', 'Troßmannschaft' Th. Mayer l. c.):* CHRON. Fred. 4,48 Winidi -i Chunis fuerant. *ibid.:* ideo *Winidi* -i (bif- *ex* prę- *corr. 3*) vocabantur a Chunis, eo quod dublicem in congressione certamine vestila *(i.* vexilla *ed.)* priliae facientes ante Chunis precederint.

beganon *v.* peganon.

***begardus** (pika-, becg-, begua-, begga-, beggha-), -i *m.* (*cf.* *begina) *vir religiosus plerumque in collegiis degens – Begarde (de re v. p. 1409,20):* BERTH. RATISB. serm. (ed. A. Schönbach, SBWien 147/V p. 81,38) similiter *sunt* etiam pikardi, Everhardini, lusores *eqs.* CHART. Altenb. 218 inter domum Ricolphi . . . et fratris Engelberti becg-i. 231 Elyzabeth dicta Krich becgina et Wolbero . . . begg-us tradiderunt . . . conventui . . . duas partes . . . domorum. CONC. Mansi XXIII p. 998[B] quod secta et habitus nec non conventicula beguardorum clamantium per plateas . . . 'broth durch gott' . . . sint penitus reprobati. p. 998[C] ut *plebani* . . . beguardos publice . . . ammoneant, ut . . . se teneant sicut alii christiani. p. 32[B] ne *sacerdotes* praedicare permittant aliquos illitteratos, videlicet -os vel conversos. *?nom. propr.:* CHART. Lamb. Leod. 684 p. 268,17 (a. 1276) vos . . . citasse . . . Balduinum de Vico pontis, Remigium Begghardum. *v. et* *bicornus.

***begenies** *v.* *bigenies. ***begg(h)ardus** *v.* *begardus.

***begina,** -ae *f. (potius ab* Albigensis *quam a francog. vet.* bege, *cf. H. Grundmann, Religiöse Bewegungen im Mittelalter.[2]1961. p. 532[19]) script.:* ba-: *p. 1408,26sq.56.65.* -ecg-: *p. 1408,18.20.51. al.* -eog-: *p. 1408,40.* -eggi-: *l.63. 68. p. 1408,6.8.10. saepe.* -echi-: *l. 54.* -eki-: *p. 1408,45.* -acki-, -ecki-: *p. 1408,56.58.65.* -ekki-: *p. 1408,62.* -gui-: *l. 60. p. 1408,13.15.* -ghi-: *l. 57.69. p. 1408,4.* -gyn-: *p. 1408,36.* -inn(a): *p. 1408,38. form. dat. pl.* -abus: *p. 1408,51. mulier religiosa plerumque in collegiis degens – Begine, Reuerin (cf. H. Grundmann, op. cit. p. 319sqq.531sqq.; E. W. McDonell, The Beguines and Beghards in Medieval Culture. 1954; E. G. Neumann, Rheinisches Beginen- und Begardenwesen. 1960):* **I** *gener.:* CHART. Rhen. med. III 1197 p. 882,32 (a. 1253) domum . . . Beatricis . . . et Berthe, bechinarum de Wetflaria. GESTA Vill. 2 (MGScript. XXV p. 227, 23) bonos rumores audierat de religiosis mulieribus, scilicet beghinis ibidem *(sc. Nivellae)* commorantibus. 13 (ibid. p. 234,10) consolator . . . pauperum -arum. RICHER. SENON. gest. 5,1 p. 329,34 vestimentis . . . muliercularum, que in partibus istis beguine, in Alimannia vero ruherin, id est penitentes, apellantur. CHRON. Albr. a. 1177 magister Lambertus Leodiensis . . ., nove religionis, que fervet in Leodio, ⌊que vocatur religio begginarum⌋ (⌊⌋ *add. 1*), . . . ferventissimus predicator. NICOL. BIBER. carm. 1605 (ed. Th. Fischer. 1870) sunt ibi *(sc. Erfordiae)* -e, quarum numerus sine fine, quedam perverse, quedam vivunt bene per se. *al. v. et p. 1409, 25. in convicio de monialibus Cisterciensibus:* CAES. HEIST. mirac. I 2,20 p. 89,23 quid quaeritis videre istas begginas (begi-, beghi- *var. l.*)?

II *spec.:* **A** *de disciplina, privilegiis, praeceptis sim. ad mulieres religiosas pertinentibus:* CHART. Osn. add. 674 p. 431,39 (epist. papae a. 1235) cum . . . magistra et sorores converse, que -e vulgariter appellantur, Osnaburgensis et Padeburnensis civitatum et diocesium . . . ad perversitatis opera . . . stimulentur *eqs.* CHART. Turic. 700 (epist. papae) Innocentius . . . beghinis de Turego . . . apostolicam benedictionem. CHART. scrin. Col. B 476 sorores . . . Deo se offerebant . . . in ecclesia mea, per quod, sicut cetere beggine, facte sunt spirituales *(cf.* CHART. Osn. III 617 p. 436,34 quecumque . . . virgo aut mulier habitum begginarum elegerit ac vestes religiosas induere voluerit, a plebano . . . vestienda sit. *al. v. et l. 66).* CHART. Col. II 301 begginarum civitatis et dyocesis Coloniensis . . . supplicationibus inclinati tue easdem sollercie duximus committendas. CONC. Mansi XXIII p. 998[C] quod . . . non conveniant *begardi* cum beguinis . . ., alioquin *plebani* extra parochias suas eos expellant; idem etiam de beguinis pestiferis statuimus. p. 1089[D] quia iuvenclarum -arum lapsus . . . statum religionis deformat, . . . statuimus, ut nulla . . . admittatur, nisi XL aetatis suae annum excesserit. CHART. Rhen. inf. II 512 in votis habemus, ut status . . . beginarum nostre *(sc. Leodiensis)* diocesis illibatus servetur *eqs. ibid.:* que hoc facere noluerint, privilegio careant becginarum. CHART. Basil. C II 73 p. 42,17 mulieres . . . religiose, que dicuntur -e, possunt conmunicare in ecclesia eorundem *(fratrum praedicatorum).* CHART. Osn. III 617 p. 436,29 omnes beggine antique domus begginarum . . . a plebano . . . communicande, inungende et sepeliende sunt. NICOL. BIBER. carm. 1294 (ed. Th. Fischer. 1870) dicite -e (beggi-, baggi-, bagi- *var. l.*): soror esto domi *eqs. al. v. et s. v.* *bicornus. **B** *de actionibus iuridicis:* **1** *de donationibus, praestationibus sim. a mulieribus religiosis acceptis:* CHART. scrin. Col. (ed. J. Asen, AnnalHistVerNiederrh. 111 p. 86,13; a. 1223) Rigmudi beggine . . . cessit . . . sexta pars domus. CHART. scrin. Col. (ed. J. Greven, Vorreformator. Forsch. 8 p. 35,37) Sela . . . aream . . . tradidit scolastico maioris ecclesie Coloniensis . . . ad manus dominarum, que beggine nominantur, . . . libere possidendam. CHART. Osn. II 393 devotionem feminarum, quas sorores vel beggynas vocant, . . . attendentes . . . partem aree . . . contulimus eisdem. CHART. Rhen. med. III 1141 p. 846,9 vineam . . . lego Elizabet -inne *Trevirensi.* CHART. Hamb. 589 de pomerio nostro in Hammenborg . . . religiosis dominabus beoginis . . . partem concessimus. CHART. Traiect. 1351 cum . . . beggine in Grevensande . . . structuras inchoaverint. CHART. Gosl. II 203 domunculas . . . vendidit begginis inhabitantibus hospitale sancti Lodewici. CHART. Worm. 375 p. 240,27 *legaverunt* quadraginta mulie-[b]ribus bekinis vigilantibus et orantibus ad funus XL solidos. CHART. scrin. Col. B 990 quod . . . sex -e devote secundum consilium et ordinationem gardiani fratrum minorum . . . domum . . . inhabitabunt. 1386 Arnoldus . . . dedit . . . magistre et conventui sedecim begginarum . . . unam marcam hereditarii census. *al. (v. ind.).* CHART. Col. III 179 omnibus becginabus in subsidium . . . trium marcarum redditus . . . donavit. CHART. eccl. Werd. 66 p. 85,21 tribus . . . beggynis sex marcas *dedimus. saepe.* **2** *de donationibus sim. a mulieribus religiosis factis:* CHART. Wirt. III 934 (a. 1239) Betta . . . -a . . . bona altari sancti Stephani . . . donavit. CHART. Brem. 345 sorores, que backine vocantur volgariter, . . . aream . . . emerunt. CHART. ord. Teut. (Hass.) 266 ego, Hilla beckina, relicta Rudolfi . . ., civis in Marpurg, . . . notum esse cupio . . ., quod . . . agros . . . sum elargita. CHART. Port. 238 Gerdrudis -a . . . hereditariam portionem . . . conventui . . . tradidit. CHART. Chil. 342 (ed. P. Hasse, Kieler Stadtbuch. p. 37,5) Alheddis bekkina domui sancti spiritus assignavit precium domus sue. CHART. Eberb. 457 p. 248,3 Mechthilde -a . . . ecclesie contulit se et sua bona. CHART. Brand. A V 4 p. 303,32 backine . . . domum suam . . . resignarunt. CHART. scrin. Col. B 1235 Gertrudis -a consecrata sub testimonio sacerdotis sui . . . tradidit . . . sororio suo . . . partem hereditatis. *saepe. v. et p. 1407,30.*

***beginagium** (-ghi-), -i *n. domus beginarum – Beginenhaus:* GESTA Vill. 16 (MGScript. XXV p. 235,25; s. XIII.) persone nostre a Domino auxilium petentes, ad beghi-a mittebant et orationes . . . impetrabant.

[Baader]

***beginalis** (becki-), -e. *ad beginas pertinens – Beginen-:* CHART. scrin. Col. (ed. J. Asen, AnnalHistVerNiederrh. 111 p. 89,27; a. 1274) Hadewigis . . . confessa est . . . se velle servire Domino Iesu sub veste et habitu beckinali.

***beginna** *v.* *begina.

***beginus** (beggi-, -gen-), -i *m.* (*cf.* *begina) **1** *de haereticis:* **a** *haereticus Albigensis – Albigenser (cf. H. Grundmann, Religiöse Bewegungen im Mittelalter. ²1961. p. 181[26]):* CHRON. reg. cont. II a. 1209 p. 185,22 in civitate Tolŏsa heresis quedam, cuius cultores beggini denominabantur, emergens. III a. 1209 p. 229,16 abbates *Cistercienses* . . . a papa in Proventiam convertendi gratia begginos ad fidem mittuntur. a. 1210 p. 230,36 multitudo . . . cruce signati ad eosdem begginos (-enos *C 1*) profecti sunt. *ibid. al. (v. ind.).* **b** *haereticus Amalricanus – Amalrikaner (cf. H. Grundmann, op. cit. p. 378):* CHRON. reg. cont. III a. 1211 p. 187,16 cum diabolica persuasione eorum, qui beggini dicebantur, execrabilis doctrine semen paulatim irreperet. **2** *de viris religiosis plerumque in collegiis degentibus i. q. begardus – Begarde (cf. H. Grundmann, op. cit. p. 351sqq.):* EMO chron. p. 517,10 multe . . . novitates . . . pulularunt: prima est religio predicatorum . . .; item quorundam simplicium, qui dicuntur beggini (begi- *var. l.*), item collegia communium feminarum. CAES. HEIST. hom. exc. p. 28,35 tales defectus *corporis* in hiis, qui -i et begine dicuntur, satis generales sunt. BERNH. GEIST. palp. 1,93 aut es begginus, Bernharde, vel es Ka⟨tha⟩rinus.

***beguardus** *v.* *begardus. ***beguina** *sim. v.* *begina.

Behemoth (Vehe-, Bee-, Boe-) *subst.* (בְּהֵמוֹת) **1** *genus serpentis – Schlangenart:* ARNOLD. SAXO fin. 2,10 p. 66,33 serpens Beemoth, quod, cum animal cinxerit cauda, ligat ipsum. **2** *daemon quidam – ein Dämon (cf. Vulg. Iob 40, 10):* LIUTPR. antap. 4,19 (vs.) impie Leviathan -th (Beem-, Boem- *var. l.*), paras antiquum renovare . . . duellum. EKKEH. IV. bened. I 55,30 insidiis vehemens V-th (gloss.: gigas demonum) cruce corruat ingens.

***behen** (been) *indecl. m. (l. 41) vel n. (l. 39.44) (arab.* bahman, *cf. Freytag, Lex. Arab.-Lat. I. p. 168[b])* **1** -n albus (-um) *i. q. radix herbae q. d. Centaurea cerinthaefolia (Sibth.) – Behenwurzel:* MATTH. PLATEAR. gloss. p. 381[B] been album et rubeum . . . calidum est et siccum. BERNH. PROV. comm. 5,4 p. 288,4 -n albus et rubeus. THADD. FLORENT. cons. 22,160 recipitur . . . been albi et rubei . . . ana drachmam I. 132,104 -n albi et nigri . . . ana unzie dimidium. ALPHITA I p. 279,41 been album et est aliud been rubrum. **2** -n rubeus (-um) *sim. i.q. radix herbae q. d. Limonium vulgare (Miller) – Widerstoßwurzel: v. l. 39sqq.*

beica *v.* bechicus. **beina** *v.* bema.

***beinberga** *v.* *bainberga.

***beinstercza** (beyn-) *f. (orig. theod.) motacilla – Weiße Bachstelze (Motacilla alba L., cf. H. Suolahti, Die dt. Vogelnamen. 1909. p. 90):* HILDEG. phys. 6,58 -a (beggesterz *G* [*p. 518,15*]) calida et humida est *eqs.*

***bekarium** *v.* *bicarium. ***bek(k)ina** *v.* *begina.

***belegna** *v.* *belina.

***belenum** *n. (ex arab.* labaḥ *corruptum, cf. Freytag, Lex. Arab.-Lat. IV. p. 80[a]) Balanites aegyptiaca (Del.) – Zachunbaum (cf. Fischer, Pflanzenkunde. p. 261):* ALBERT. M. veget. 1,191 -um (bol-, hel- *var. l.*) natum in Perside venenosum est *eqs. (cf. notam ed.).*

beleuterion *v.* buleuterium. ***belfredus** *v.* *berfredus.

?*belgico, -are. *(orig. inc.) ?sonare, significare – ?tönen, bedeuten:* NOTKER. BALB. ad Lantb. p. 106,16 (codd. BE.BA.SG) secundum litteras, quibus adiungitur *littera b*, ut bene . . . extollatur vel gravetur sive teneatur, -at *(BA. SG,* -e *BE). cf.* VERS. cod. Trev. (ed. B. Bischoff, Mittelalterl. Studien. I. 1966. p. 82) quam pulchre ymnizat fondens vox belgika cantum. *v. et* *baligo.

Belial *subst.* (בְּלִיַּעַל) **1** *diabolus – Teufel (cf.* GLOSS. I 427,44 St.-S. vir -l diufales sun): EKKEH. IV. pict. Mog. 525 -l homines rapiunt lacerantque leones *(cf. Vulg. Dan. 14,42).* **2** *homo indisciplinatus – zuchtloser Mensch:* GLOSS. IV 168,7 St.-S. -l vngizoginer (*cf.* I 396,31).

***belina** (-legn-), -ae *f. (theod. vet.* belina, *cf. Ahd. Wb. I. p. 1052)* **1** *hyoscyamus – Bilsenkraut (Hyoscyamus niger L., cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. II. p. 926sqq.):* RECEPT. Sangall. I 150 herba, quae dicitur auguria, quae vocatur -a, commiscis cum oleo. **2** *veratrum – Germer (Veratrum album L., cf. Fischer, Pflanzenkunde. p. 287):* GLOSS. III 474,7 St.-S. gentiana maior i. wizwrz, quam nos dicimus belegnam. *Baader*

***belircus** *v.* *bellericus. ***bella** *v.* *balla.

1. bellaria, -orum *n.* **1** *proprie i. q. cupediae secundae mensae – zum Nachtisch gegebenes Naschwerk:* GODESC. GEMBL. gest. 48 p. 543,14 placentas et oblatas cum aliis -is ad cenam amministrare praecepit *abbas. per compar.:* WIBALD. epist. 208 p. 327,24 si quando meliori cibo satiatis aliquid libet, sic ex eo *(Cicerone)* sumimus, sicut secundis mensis solent apponi -a. **2** *translate i. q. nugae – Kleinigkeiten:* WALTH. SPIR. Christoph. II praef. 115 id rogitans, ne te modici -a scribae offendant.

2. bellaria *v.* ballaria.

***bellatio,** -onis *f. (a* bellum*?) ?armatura – ?Kriegsausrüstung:* ALBERT. M. princ. 7,3 p. 363[a],26 quod circa corpus existit, multas habet divisiones . . . formales, ut secundum armationem, vestitionem, -em, ornationem *eqs.*

bellator, -oris *m. script.* belatur: GLOSS. I 56,35 St.-S. *cod. a.*

I *subst.: miles, pugnator – Krieger, Kämpfer (nom. propr.:* HRABAN. epist. 20 p. 426,12 presbiter . . . B-r): **A** *proprie:* **1** *gener.:* IULIAN. TOLET. Wamb. 12 p. 512,11 lectum numerum -um ad expugnationem Narbonae . . . mittit. VITA Pard. 15 (MGMer. VII p. 33,15) paganis -bus. WALAHFR. carm. 5,6,33 nunc doctor miles, praesul -r habetur. WALTHARIUS 175 -um confortat corda. WIDUK. gest. 1,27 -r intolerabilis. 3,53 Sclavus -es et ab opere et ab itinere prohibens. NARR. de rel. Scafhus. 2 Christi . . . -es *(item de crucigeris:* CONST. II 119,7 noveritis nos cum . . . multitudine -um, Christo duce, . . . movisse versus Suriam. STATUT. ord. Teut. p. 25,30 sunt . . . milites et -es electi. *al.). al. de ducibus:* OTTO FRISING. chron. 2,38 p. 112,23 duo clarissimi -es *(sc. Scipio et Hannibal).* CHRON. Magni cont. a. 1240 dux Fridericus, strenuus -r Austrie. **2** *spec.:* **a** *antrustio – Gefolgsmann der Frankenkönige (cf. Brunner, Rechtsgesch. II. p. 136):* VITA Aldeg. I 2 (MGMer. VI p. 86,16; s. IX.) Gundelandi et Landerici nomina praefiximus, qui primatum pugnae istius regionis tenuisse memorantur, quos Greci scolares, nos quoque -es vocamus. **b** *in certamine singulari i. q. pugnatbr – Zweikämpfer:* AGOB. epist. 3,14 interrogo, utrum causa utrique mala fuerit, pro qua -r uterque occumbit? **B** *translate et in imag.:* **1** *de militibus Christi:* ALDH. virg. I 34 p. 275,8 celeberrimos spiritalis militiae -es, . . . Cosmam et Damianum. RHYTHM. 57,2,1 -es mei estis, ego rex vester caelestis. WALAHFR. Gall. 1,7 tam cautos -es nostrae *(sc. daemonum)* non superabunt versutiae. HELM. chron. 101 p. 200,8 unus de -bus Domini. *al.* **2** *de vitiorum vel haeresium impugnatoribus:* RHYTHM. 9,2,1 -r contra vitia tumorem mentis deprimat *monachus.* TRANSL. Corn. 1,28,2 (MGPoet. IV p. 239) scismatum -r.

II *adi.:* **A** *spectat ad homines i. q. belliger – streitbar:* STEPH. EDD. Wilfr. 13 p. 207,30 Gedeon . . . cum CCC viris -bus (CHART. archiep. Magd. 193 p. 250,46 venite omnes viri -es). RIMB. Anscar. 30 p. 61,3 quindecim milia hominum -um. **B** *spectat ad res i. q. ad proelium pertinens – Schlacht-:* GESTA Bereng. 2,131 -em . . . campum.

bellatorius, -a, -um. *bellicus – den Krieg betreffend, Kriegs-:* GESTA Camer. 1,75 p. 428,9 Hungari . . . -am disciplinam preferentes. BERTH. (?) annal. a. 1077 p. 294,46 sese in occursum illius *(regis novi)* manu -a promovebat *Heinricus.*

bellatrix, -icis *f.* **I** *subst. i. q. pugnatrix – Kämpferin:* **A** *proprie:* EPIST. Wisig. 9 p. 675,38 -x (ball- *cod.*) . . . Iudith. **B** *translate et in imag.:* **1** *de sanctis:* EKKEB. SCHON. opusc. 1 p. 236,24 caput eius *(serpentis)* . . . triformi victoria a nostra -e comminutum est *(item de Maria:* CONR. SAXO

[Van Acker]

spec. 11 p. 161 o qualis -x fuit Maria cum sancta zeli sui lancea). VITA Hildeg. Bing. I 2,29 (PL 197,111^{C}) -x egregia . . . se doctrinae apostolicae armavit custodia. **2** *in conflictu virtutum et vitiorum:* HILDEG. scivias 3,13 p. 734^{D} o dulcissima -x *(sc. humilitas).* ABSAL. serm. 4 p. 33^{B} -x quaedam, quae dicitur carnis concupiscentia.

II *adi. i. q. bellicosa, pugnax – kriegerisch, kämpferisch:* **A** *proprie:* ERMOLD. Ludow. 2,15 dextera -x . . . tremebunda cadit. ADEMAR. hist. 3,34 omnis Frantia -x eo conflixit. LIGURINUS 3,236 -x Tuscia (*cf.* 8,479 -x . . . Alemannia). **B** *translate et in imag.:* PASS. Mauric. 82 -x . . . libido. HILDEG. epist. I 47 p. 221^{D} fortitudo iustitiae Dei . . . -x contra iniustitiam existit.

bellax, -acis. **1** *bellicosus – kampflustig:* ARNULF. delic. 279 conde cruorivoram, -x homicida, macheram. BERTH. (?) annal. a. 1075 p. 278,49 viso . . . hostium incursu -ium. a. 1080 p. 325,4 Roudolfus . . . se . . . -x nimis et horrendus promovens. **2** *militiae idoneus – kriegstüchtig:* MILO carm. 3,4,1, 65 iste *(Nabuzardan)* sacerdotes . . . -esque viros . . . iugulavit *(cf. Vulg. Ier. 52,25).*

***bellericus** (belirc-, -iri-), -i *m. (vel adi.) (arab.* balīlag, *cf. Siggel, Arab.-dt. Wb. d. Stoffe. p. 21) [false ed. ut vid.: p. 1412,18]*

semen arboris q. d. Terminalia bellirica (Roxb.) – Myrobalanenart: IOH. PLATEAR. simpl. med. p. 27a^{v} myrobalanorum species sunt v bonorum: citrinus, kebulus, -us, emblicus, indus (*sim.* THADD. FLORENT. cons. 1,78 belircorum). MATTH. PLATEAR. gloss. p. 382^{C} -irici eandem virtutem habent *(sc. atque emblici).*

Bellerophon (Belloroifon) *subst.* (Βελλεροφόντης) *species lapidis – Steinart:* ARNOLD. SAXO fin. 3 p. 76,7 hic *lapis* etiam preest arieti et vocatur Belloroifon, id est bellorum fons.

***bellicatio** (-cio), -onis *f.* (*orig. inc., nisi cohaeret cum* vellicare, *cf. ital.* vellicazione) *?titillatio – ?das Kitzeln:* ANTIDOT. Glasg. p. 143,3 -ciones ita adsidua firmitatem hec varia cura ostendunt.

bellico, -are. *bellare, pugnare – Krieg führen, kämpfen:* CHRON. Cas. 4 tropeum . . . -ans sumpsit . . . victoriae. LAND. MEDIOL. hist. I 3,33 qua *(spe auri)* secum Romanos tenuerat -antes *Gregorius.*

subst. **bellicans,** -antis *m. bellator – Krieger:* GESTA Karoli M. p. 151,12 transacto . . . tempore expedicionis -ium.

***bellicositas,** -atis *f. fortitudo – Tapferkeit:* GESTA Ern. duc. II 36 p. 243,20 a viro, cuius -em ipse expertus fuerat.

bellicosus, -a, -um. **I** *de anim.:* **A** *fortis (in bello) – kriegstüchtig, tapfer* (*cf.* GLOSS. IV 4,43 St.-S. -us chuoni in uuige): **1** *proprie:* ANSO Ermin. 12 (MGMer. VI p. 465,29) Karolus . . . paucorum -a manu vallatus (*cf.* BERTH. [?] annal. a. 1075 p. 278,47 cum cohortibus suis -is). NOTKER. BALB. gest. 1,17 cum -issimus Karolus in bello contra Hunos esset occupatus. REGINO chron. a. 741 Carolus, . . . -issimus dux Francorum. WIPO gest. 16 p. 36,33 Berengarius . . ., multum nobilis et -us nimis. CHRON. Pol. 1,22 Boleslaus . . ., vir largus et -us. *al. in cognominibus:* CHRON. Epternac. (MGScript. XV p. 1305,17; c. 1035) Karolus cognomento Martellus B-us (ANNAL. Magd. a. 742 K. . . ., qui dictus erat B-us). **2** *in imag.:* ALDH. virg. I 12 principalium . . . vitiorum duces . . ., qui contra . . . -as virginum cohortes . . . certare non cessant. **B** *belli vel pugnae avidus – kriegslüstern, kampflustig:* **1** *proprie:* **a** *de hominibus:* ALDH. virg. I 38 p. 289,8 quidam -us incentor et fautor certaminis. BERTH. (?) annal. a. 1077 p. 303,7 per Alemanniam . . . -ae nimis . . . phalanges . . . debachantur. HILDEG. scivias 3,11 p. 711^{A} -os homines . . ., multa quidem bella moventes, sed in eis rectitudinem Dei non inspicientes. **b** *de bestiis:* EPIST. Bonif. 105 p. 231,14 qui *(accipitres)* . . . ad supradictam artem *(sc. venandi)* animo agiles ac -i educantur. ALBERT. M. animal. 1,49 quaedam *animalia* . . . sunt multum impetuosa, -a. **2** *in imag.:* CARM. Aldh. 2,33 -us in agone Christi *(sc. diabolus).*

II *de rebus i. q. bellicus – den Krieg betreffend, Kriegs-:* CARM. Cantabr. 7,4^{a},6 ecclesiis . . . tempestate -a . . . devastatis. IOH. VEN. chron. p. 109,6 -as naves. BERTH. (?) annal. a. 1080 p. 324,22 ipsi obviam sese -o terrore audacter promovens (*cf.* p. 325,30 vi -a). *al.* DIPL. Heinr. IV. 421 p. 563,28 Romani decus imperii . . . ruinam pateretur, nisi a nobis . . . -i laboris exercitio sustineretur. CHART. march. Misn. II 73 -is propugnaculis munire.

adv. ***bellicose.** **1** *pugnā – im Kampf:* BERTH. (?) annal. a. 1077 p. 300,39 ut . . . ipsi -e qualitercumque congredi conaretur. **2** *ad pugnam – zum Kampf:* BERTH. (?) annal. a. 1077 p. 301,49 more militari -e loricatus. **3** *arti militari convenienter – strategisch geschickt:* ALBERT. M. eth. 1,7,13 p. 126^{a},17 qui *(bonus dux)* . . . exercitu . . . utitur optime et maxime -e (*p. 1101^{a},4* πολεμικώτατα).

***belliculus,** -i *m.* (*cf. ital.* bellico *ab* umbilicus) *lapillus – Steinchen:* IOH. PLATEAR. simpl. med. p. 3a^{r} accipe bellericos (belliculos *cod. Erlang. recte, v. H. Wölfel, Circa instans. 1939. p. 6*) marinos. p. 9a^{v} -i (umbilici MATTH. PLATEAR. gloss. p. 395^{D}) marini frigidi sunt et sicci . . .; sunt autem quasi umbilici *eqs.* GLOSS. Salern. p. 4^{b},40 -i vel umbilici marini. ALPHITA I p. 279,42 -i marini lapides sunt purpuri et albi *eqs.*

bellicus, -a, -um. **I** *gener. i. q. ad bellum pertinens – den Krieg betreffend, Kriegs-:* **A** *proprie:* **1** *de rebus:* LEG. Wisig. 9,2,9 p. 374,10 dum . . . de -a profectione se differunt. LEX Thuring. 27 vestis -a, id est lorica. NOTKER. BALB. gest. 1,1 p. 2,16 cum ad expeditiones -as urgeretur *Karolus.* DIPL. Arnulfi 121 p. 178,31 Bergomensi castello armis -is . . . capto. HROTSV. Pel. 21 -a . . . virtus (*cf.* CONST. II 116,6 per -am potentiam . . . subicere). WIPO gest. 37 p. 58,1 iuvenis . . . in rebus -is strenuus. BERTH. (?) annal. a. 1077 p. 299,41 quibusdam machinis et instrumentis -is. p. 300, 37 iterato impetus -i accursu. CHART. Hersf. 112 -ae tempestatis rabie . . . attriti. CHRON. Pol. 2,15 bellatores . . . sentencie -e redegit. CHART. Traiect. 306 p. 281,10 in -is navibus (OTTO FRISING. gest. 1,34 p. 53,15 n. -is onerariis). SUMMA dict. Saxon. 11,102 p. 340,11 nomen castri Raab . . . in signum -um . . . exclamarunt. *saepe.* **2** *de bestiis:* ALBERT. M. animal. 22,53 sunt . . . inter domitos equos quatuor modi equorum, -i videlicet, qui dextrarii vocantur *eqs.* **B** *in imag.:* ALDH. virg. I 11 p. 240,10 armorum instrumenta -a . . ., hoc est divini macheram verbi et loricam fidei. virg. II 2462 virtutes . . . gestantes -a signa.

II *c. emphasi i. q. fortis (in bello) – kriegstüchtig:* CHRON. Pol. 3,23 p. 153,13 -a gens Bohemorum (CARM. de Frid. I. imp. 2866 g. -a Mediolani). *subst. neutr. plur. i. q. res strenue gestae – tüchtige Taten:* ADALB. MAGD. chron. a. 939 p. 160,34 ubi quam plura . . . fortia et -a gesta sint.

***bellificus,** -a, -um. *bellicus – den Krieg betreffend, Kriegs-:* BURCH. URSB. chron. p. 23,15 ut ad expugnandas maxime Italicarum gentium virtutes -as (bellicas *var. l.*) posset efficacius insistere. p. 34,29 -a virtute.

belliger, -era, -erum. *script.:* ve-: *p. 1413,16.* beli-: *l. 68.* -ier: *l. 60. p. 1413,11. superl.: l. 67.*

I *adi.:* **A** *bellum vel pugnam committens – Krieg führend, kämpfend:* **1** *gener.:* CHRON. Pol. 3,1 p. 128,5 alterum agmen rexit ipse -r Bolezlauus, alterum vero eius signifer Scarbimirus. *per compar.:* ALDH. epist. 5 p. 493,7 Theodorus . . . utpote -r (bellier *S*) in meditullio campi arcister . . . saeptus. *alch.:* ALLEG. sapient. 19 p. 476^{a},2sq. -um est corpus citrinum et minus -um est fugitivum (*antea:* pugnans contra ignem). **2** *c. emphasi:* **a** *fortis (in bello) – kriegstüchtig:* **α** *proprie:* ALDH. ad Acirc. 56,2 non sum torpescens, oris sed -r armis *(sc. fiber).* 60,5 -r impugnans elefantes vulnere sterno *(sc. monocerus).* BENED. ANDR. chron. p. 32,6 Rotharius rex, vir . . . -rrimus. ACTA imp. Winkelm. I 687 p. 542,17 nostrates beligeri et prudentes . . . locum . . . intraverunt. **β** *translate et in imag.:* ALDH. ad Acirc. praef. 30 -o . . . qui vires tradidit Iob. HUGEB. Willib. 3 p. 90,16 ille -r Christi miles. **b** *belli avidus – kriegslüstern: v. p. 1416,49.* **B** *bellicus – den Krieg betreffend, Kriegs-:* ERMOLD. Ludow.

[Van Acker]

3,142 -um . . . decus. VITA Burch. Worm. 9ex. domum -am mutaverat in . . . ecclesiam. CARM. de Frid. I. imp. 2445 -os . . . furores. LIGURINUS 7,516 carmine -o longeque sonantibus hymnis. *al.*

II *subst. masc.:* **A** *gener. i. qui bellum committit, bellator – ein Kriegführender, Krieger:* **1** *proprie:* HUGEB. Willib. 4 p. 94,25 qui *(Deus)* . . . suos . . . inter barbaros et -os . . . protegere . . . dignatus est. HROTSV. gest. 50 -r ut fortis . . . ecclesiam praemuniret *Heinricus.* **2** *in imag.:* ALDH. virg. II 2850 qui *(timidus dictator)* propriis numquam confidit -r (bellier *S*) armis *eqs.* *in ludo scachorum:* CARM. Bur. A 185,13,1 p. 247 -r insignis . . . currit eques . . ., qua patet . . . locus. **B** *c. emphasi i. q. vir (in bello) fortis – Kämpe, Held:* **1** *proprie:* WALTHARIUS 805 -r . . . nil territus intulit ista *eqs.* 905. 1376. **2** *translate et in imag.:* PAUL. ALBAR. carm. 12,1,49 adest intrepidus velliger . . ., tundunt quem alapis. MILO carm. 1,6,4,62 adivit -r insignis terras *Amandus,* ut proelia Christi bellaret.

***belligeratio,** -onis *f.* *belli gerendi actio, pugna – Kriegführung, Kampf:* HINCM. annal. a. 876 p. 134,7 Karlomannus . . . occupatus in -e contra Winidos. RATHER. epist. 16 p. 85,13 ut . . . unus eorum affectaverit mulierositatem, alter -em. EPIST. Teg. I 99 -is inique stimulos renovare.

belligerator, -oris *m.* *script.* -ur: *l. 31.*

bellator, pugnator – Krieger, Kämpfer: **1** *proprie:* **a** *gener.:* ERCHEMB. CAS. hist. 60 cum trecentis -bus. BERTHA Adelh. 3 p. 757,36 -r insignis et fortis. METELL. Quir. 15,49 -es . . . suos *(sc. Omnipotentis).* ISINGR. annal. I a. 1155 dux Hainricus, qui et ipse fortissimus in illa expeditione -r. *per compar.:* VITA Lamb. Traiect. 29 (MGMer. VI p. 363,14) fremitum gentilium quasi signifer -ur (belliferator *2a*[1]) . . . inermis . . . ingerebat *Lambertus.* **b** *c. emphasi i. q. vir (in bello) fortis – Kämpe, Held:* CARM. libr. III 81,31 tu quoque -r, ave, fortissime princeps. **2** *translate et in imag.:* ERMENR. Sval. prol. cur . . . taceamus gloriosorum -um pro fide Christi . . . decertantium? VITA Galli II 1368 e mundi tenebris . . . tollere . . . -em invictum *(sc. Gallum).* SYRUS Maiol. 3,2 (MGScript. IV p. 652a,49) beatus Maiolus, -r optimus, scutum fidei arripiens *eqs.*

belligero, -atum, -are. *script.* -iie-: *l. 45.* *form.:* -ebant: *l. 46.* *depon.: l. 48.*

bellare, pugnare – Krieg führen, kämpfen: IULIAN. TOLET. Wamb. 9 p. 509,5 -andi . . . esse victorem. ANNAL. Lauresh. a. 778 ibi invicem -antes, Saxones in fugam versi sunt *(a Francis).* ERCHEMB. CAS. hist. 39 cum Guaiferio belliierare coepit *Sergius.* GESTA Ern. duc. I p. 24,5 -ebant ut viri fortes virtutis. p. 31,4 graviter -tum est. *al.* *de dea:* CARM. Bur. B 101,26,1 Iuno -atur.

adi. **belligerans,** -antis. *bellicosus – kriegerisch:* CHRON. Reinh. a. 1201 p. 565,15 -e lingwa nubibus eciam insultare videbatur *Lupoldus.*

subst. **belligerans,** -antis *m.* *bellator, pugnator – Krieger, Kämpfer:* BERTH. (?) annal. a. 1080 p. 325,18 donec nox adveniens fugitantes et persequentes . . . -es diremisset.

***belligerosus,** -a, -um. **1** *fortis (in bello) – kriegstüchtig:* **a** *proprie:* RHYTHM. 79,18,2 (auctore Auspicio) noster *Arbogastes* strenuus, -us, inclitus et . . . cultor divini nominis. **b** *translate:* HUGEB. Wynneb. 7 p. 111,35 -us atque beatus barilion. **2** *bellicus – den Krieg betreffend, Kriegs-:* IULIAN. TOLET. Wamb. 11 p. 511,5 -is incursibus gradiens (27 p. 524,5. iudic. 3 p. 531,21).

***belligraphus,** -i *m.* *rerum bellicarum scriptor – Kriegsschriftsteller:* HUGO TRIMB. registr. 162 -us Romanus, describens bella Punica, grandiloquus Lucanus.

***bell(i)o,** -onis *m.* (*cf.* bellum) **1** *vir belliger – ein Kriegführender:* ROD. GLAB. hist. 1,4 p. 6,9 hi *(sc. Karolus et Ludowicus)* . . . quosque in giro belliones . . . proprio subiugavere dominio. **2** *bellator – Krieger:* ALBERT. AQUENS. hist. 4,18tit. Godefridus et Robertus electos in hoc bellones . . . exhortantur.

bellipotens, -entis. *armipotens, bellicosus – waffengewaltig, kriegstüchtig:* **1** *proprie:* WALAHFR. carm. 88,32 magne Lothari, -s David. CARM. de exord. Franc. 32 (MG Poet. II p. 142) -s . . . dura . . . Hlotharius arma sceptraque . . . retinebat. VITA Deic. 31 comes quidam -s . . . locum illum invasit *eqs.* THEOD. AMORB. Bened. I 2 tota Francorum -s proceritas. METELL. Quir. 11a,2 fratrum -s ac locuples divitiis honos. CHRON. Albr. a. 1190 p. 865,18 exercitus christiani -s acies. *al.* *subst. masc.:* SEDUL. SCOT. carm. 2,12,36 rex pie, rex sapiens, inclite -s. WALTHARIUS 917 dum -s recidisset colla iacentis. **2** *translate de anachoreta:* ALCUIN. carm. 1, 1326 in quo *(loco)* -s . . . miles . . . aerias vincebat Balthere turmas.

1. bello, -avi, -atum, -are.

I *intrans. i. q. belligerare, pugnare – Krieg führen, kämpfen:* **A** *proprie:* LEG. Wisig. 9,2,8 p. 371,3 hostilis surgit -andi necessitas. WALTHARIUS 1067 me genus infandum prohibet -are parentum. HROTSV. Pel. 279 -antes saxis . . . hostes. WIDUK. gest. 1,8 p. 9,30 manus ad -andum pigras. 2, 11 p. 76,3 Thancmarus . . . -andi peritus. BERTH. (?) annal. a. 1077 p. 300,19 pro regni sibi inpositi et christianae religionis defensione -turus. *saepe.* **B** *translate et in imag.:* **1** *spectat ad militiam christianorum:* WALTH. SPIR. Christoph. I 13 creatori nostro potius quam tibi -are proponimus. II 6,33 qui . . . -are oppositosque iubes *(sc. Christus)* proscindere montes *eqs. ibid. al.* **2** *spectat ad vitia impugnanda:* ALDH. virg. II 2470 virginitas . . . contra -antes studeat certare catervas *(sc. vitiorum).* ALBERT. M. bon. 70 p. 44,11 'Heraclitus dicit, quod difficillimum est -are (*Arist. p. 1105a,8* μάχεσθαι) delectationi' (71 p. 44,50sq.).

II *trans.:* **A** *impugnare, adoriri – bekämpfen, angreifen:* **1** *proprie:* ANNAL. Mell. Claustr. II a. 1213A Leupoldus . . . ad terram sancti Iacobi ad -andum (debellandum *B*) paganos transierat. **2** *translate:* SEDUL. SCOT. carm. app. 1,1 lex mala menbra regens animum per crimina -at. **B** *gerere – führen:* STEPH. COL. Maurin. 4 fortiter dominica bella -asse. *v. et p. 1413,18.*

subst. **bellans,** -antis *m.* *bellator – Krieger:* ALDH. ad Acirc. 91,6 frondigeris tegitur -tum turma coronis. BERTH. (?) annal. a. 1075 p. 279,3 vim et impetum -ium, utpote ad pugnam omnimode instructorum.

2. *bello *v.* *bell(i)o.

Bellona, -ae *f.* *Dea belli. meton.:* **1** *bellum – Krieg:* BERNH. GEIST. palp. 1,154 tempore -ae ferior fervente Leone. **2** *tumultus belli – Kriegsgetümmel:* WALDO Anscar. 24,15 insonuere a clamore poli, fremit -a.

Belloroifon *v.* Bellerophon.

bellosus, -i *m.* *vir bellicosus – ein Kriegerischer:* CARM. Bur. A 193,6,5 p. 252 secta nostra recipit . . . -os, pacificos *eqs.*

***bellota,** -ae *f.* *(arab.* ballūt, *cf. Lokotsch, Etym. Wb. d. Wörter orient. Ursprung. nr. 206) glans – Eichel:* Ps. AVIC. anim. 6,15 p. 296 quod accipiat . . . de -is et de castaneis *eqs.* 7,5 p. 436 -e, id est glandes.

bellum, -i *n. (? m.: p. 1415,71sq.; f.: p. 1415,30) plur. sensu sing.: l. 62.71. p. 1415,70.*

I *latius i. q. actiones pugnandi continuae – Krieg, Feindseligkeiten* (*cf.* GLOSS. III 216,5 St.-S. -um urlůge. 225,59 -um wîch): **A** *proprie:* LIUTG. Greg. 2 p. 70,14 in . . . -orum certamine *(cf.* HROTSV. gest. 1489 invicti duro luctamine -i. CONST. I 391,7 p. 558,32 in omni congressione -i. *al.).* WALAHFR. Blaithm. 107 per publica -a ministros temnere daemonicos (DIPL. Heinr. IV. 310 p. 408,37 pro nostro honore defendendo in publico -o corruerunt. *al.*). Wett. 822 -a movet Karolus *(cf.* DIPL. Heinr. IV. 351 p. 464,1 cum . . . gens Saxonum . . . -um adversum nos . . . sumeret. *al.).* EINH. Karol. 3 p. 5,18 finito Aquitanico -o *(cf.* 11 p. 14,3 Baioaricum . . . -um. POETA Saxo 3,344 Saxonica -a. IOH. CANAP. Adalb. 8 rediens . . . de Sarracino -o. *al.).* FORM. Sangall. II 42 p. 425,13 quotienscumque -um contra paganos illis *(provincialibus)* fuerit indictum (ANNAL. Erf. Loth. a. 1125 rex . . . duci . . . publice -um indicit. *al.*). POETA Saxo 1,124 qui *(Desiderius)* -a parabat. CAPIT. reg. Franc. 252 p. 248,22 quicunque clericus aut in -o aut in rixa . . . mortuus fuerit.

[Van Acker]

ANNAL. Xant. a. 867 p. 25,1 ingens -um inter Gallos et paganos geritur. ORD. coron. imp. 2,9 ut pax ecclesiarum nulla turbetur tempestate -orum *(cf.* THIETM. chron. 2,13 sedatis -orum assperitatibus. *al.)*. LIUTPR. antap. 1,27 -orum paraverant instrumenta. WIDUK. gest. 1,6 p. 7,12 loca iure -i obtinent. 1,38 p. 55,6 civilibus discordiis et externis -is . . . attriti. 3,63 finis civilis -i terminus sit libelli (BERTH. [?] annal. a. 1066 multi nobiles civili -o perierunt. *al.*). WIPO gest. epist. p. 3,4 imperatori Heinrico . . . ad pacem et -um idoneo (1 p. 12,18 -o et pace . . . Burgundiam temperavit. *al.*). CHRON. Pol. 3,11 p. 139,15 ipse . . . cum paganis -a gerit licita; sed nos contra christianos gerimus illicita *(cf.* ALEX. MIN. apoc. 19 p. 399,24 apparet, quod . . . christiani . . . iustum -um habeant contra infideles. *al.)*. OTTO FRISING. gest. 2,51 Mediolanenses . . . renovant -um. CARM. de Frid. I. imp. 1362 dicunt -um se non cepisse profanum. *persaepe. proverb.:* WIPO prov. 27 incendium -orum corruptio est morum. *expressius i. q. militia – Waffendienst:* LUP. FERR. epist. 83 in litteras relatum est nequaquam invitos ad -um esse cogendos. **B** *meton. i. q. exercitus, copiae – Heer, Truppenmasse:* ALBERT. AQUENS. hist. 10,11 christiani, licet hoc -um a Babylonia transmissum aestimaverint, nequaquam formidine concuti potuerunt.

II *strictius i. q. pugna, certamen – Kampf, Streit:* **A** *proprie:* **1** *spectat ad homines:* **a** *gener. (saepe i. q. proelium – Schlacht):* ALDH. ad Acirc. 85,6 amo *(sc. fundibalus)* cum tereti -um decernere saxo. EIGIL Sturm. 23 contra Saxones -um inire. ANNAL. regni Franc. a. 782 p. 60,15 commiserunt -um cum Saxonibus. ANGILB. carm. tit. (MGPoet. II p. 138; cod. L) versus de -a, quae fuit acta Fontaneto. RIMB. Anscar. 30 p. 61,8 ut . . . a mane usque ad vesperam dimicantes -o instarent. POETA Saxo 1,115 gemino Langabardos invadere -o decrevit *Carolus (item de impetu:* GERH. AUGUST. Udalr. I 12 p. 401,24 porta . . . a densitate Ungrorum -o occupata est). ANNAL. Xant. a. 840 vix sine -o discesserunt a se *Lotharius et Ludewicus.* ANNAL. Fuld. Ratisb. a. 891 p. 120,22 pedestre -um aggredere. REGINO chron. a. 860 p. 79,12 nox superveniens -um (prelium *B*) diremit. HROTSV. gest. 285 subiit validum forti luctamine -um. RUOTG. Brun. 36 p. 37,7 barbari -um vitantes. WIDUK. gest. 2,11 p. 77,9 in Biertanico . . . -o. 3,30 audit, quia Avares . . . disponerent . . . publico -o eum temptare. DIPL. Otton. II. 280 p. 326,5 in die -i, quod fuit inter nos et Sarracenos. GERH. AUGUST. Udalr. I 12 p. 402,11 -um viriliter . . . agere. THIETM. chron. 2,6 rebelles assiduo multum fatigavit -o *(item de oppugnatione:* 7,61 milites Bolizlavi urbem . . . aggressi et -o . . . inpugnantes diutino). BERTH. (?) annal. a. 1080 p. 325,14 -i conflictatio . . . ad usque noctem . . . perduravit. ADAM gest. 2,5 quos *(populos Sclavorum)* pater eius *(Ottonis)* uno grandi -o domuerat. 2,30 -a navalia. CONST. II 215,9 per -a campestria (CHART. Brixin. 218 p. 208,17 quibusdam . . . campestri -o devictis). *persaepe. expressius i. q. fortuna pugnandi – Schlachtenglück:* WIDUK. gest. 1,9 p. 13,1 pugnatum est ancipiti -o (3,35). *de trucidatione martyrum:* WILLIB. Bonif. 8 p. 49,25 cessate, pueri, a conflictu pugnaeque deponite -um *(cf.* VITA Bonif. II 9 p. 101,4). BRUNO QUERF. fratr. 13 p. 730,42 aderant facili -o canes ad sanguinem. **b** *spec.:* **α** *de inimicitiis privatis i. q. faida – Fehde:* RUP. MEDIOL. Adalb. 26 p. 20,5 sevo exemplo parricidale exoritur -um. WIDUK. gest. 1,22 p. 31,17 (rec. B) nec ullus regum tam ingens -um inter eminentes viros *(sc. Cuonradum et Adalbertum)* potuit sedare. EPIST. Hann. 70 vos arma fremere, -a serere. DIPL. Otton. I. 438 p. 592,18 (spur.) qui *(subadvocatus)* et si aliquando habuerit -um contra aliquem de paribus suis, quod -um nonnisi ad ipsum pertineat *eqs.* CHART. Hohenloh. 92 p. 59,13sq. statuerunt, quod, si unus fratrum intrabit aliquod -um a parte una, alter idem -um a parte altera non intrabit. *al.* **β** *de certamine singulari i. q. duellum – Zweikampf:* WALTHARIUS 923 metuenda virum tum -a videres. 1400 qua duo magnanimi heroes . . . steterant in fulmine -i. *ibid. al. remissius:* RHYTHM. 40,4,1 -um crudilem inter duos geritur, Cain occidit Abel. *iur.:* BRUNO MAGD. bell. 19 sollicitavit, ut . . . hoc se . . . singulari -o probaturum promitteret. GALB. Karol. 7 p. 565,21 contigit, quod miles . . . ad singulare -um alium quemdam in presentia comitis appellaret militem. ANNAL. Ianuens. I p. 200,5. **2** *spectat ad bestias:* ALDH. ad Acirc. 20,4 semper acuta gero *(sc. apis)* crudelis spicula -i *(cf.* 75,8 socias in -um clamo cohortes. WANDALB. mens. 134 alis . . . -um stimulisque lacessunt). ECBASIS capt. 367 his *(sc. apro et cervo)* cornu -um cum dentis acumine sevum. ALBERT. M. animal. 8,8 causa -i continua non est *(sc. animalibus)* nisi cibi defectus. *al.* **B** *translate et in imag.:* **1** *eccl.* **a** *de martyrum passione:* WALAHFR. Mamm. 11,23 languet -is audacia coeptis. carm. 13,71 stemmate iam gaudet, -i qui scammate vincit. WANDALB. martyr. alloc. 63 qui . . . recursus nunc anni memorent -a piorum. HROTSV. Gong. 16 qui post -a tuis grata dabis famulis praemia. WALTH. SPIR. Christoph. II 5,236 perpetui -um factura triumphi martyrium capitale subit. BRUNO QUERF. Adalb. 24in. (rec. A) quos *(duos socios)* cogitat fortiores sacro -o. *al. v. et p. 1415,54.* **b** *de virtutum et vitiorum colluctatione:* ALDH. virg. II 2571 post philargiria producit tertia -um. 2643 tristitiae . . . grassantia -a . . . virtutum muros . . . frangunt. WALAHFR. carm. 5,20,54 cum vitiis mens pia -a gerat. WALTH. SPIR. Christoph. II 4,111 num -um molita sitis concurrere mecum *(sc. pudicitia)?* IOH. CANAP. Adalb. 17in. contra -a temptantium viciorum. *al.* **c** *de controversiis dogmaticis sim.:* BEDA hist. eccl. 1,10capit. ut . . . Pelagius Bretto contra gratiam Dei superba -a susceperit. 1,17 p. 34,2 auxilium -i spiritalis. SALOM. II. epist. 30 p. 415,32 qui *(coniuges iniuste coniuncti)* . . . contra ecclesiasticam normam iurata -a susceperunt. ANDR. STRUM. Ioh. 75 p. 1099,33 dignamini . . . arma contra hostes Petri . . . movere . . ., sancta -a committere *eqs. al.* **d** *de militia christianorum:* WALAHFR. Blaithm. 67 lorica preces, patientia -um, mucro Dei verbum. **2** *iur. i. q. lis – gerichtliche Streitigkeit:* BERTH. ZWIF. chron. 36 p. 256,2 tali modo -um nostrum est finitum. DIPL. Otton. III. 406 p. 840,35 (interp.) ante quem *(publicum missum)* placita, leges et omnia iura et -a more comitum diffiniantur. CHART. select. Keutgen 147 p. 168,21 de -is . . ., que diebus festivis vel in emunitatibus fiunt *eqs. al. fort. add.:* HEINR. WIRZ. cur. 350 que littera Marte triumphans vicerit, ad bullam post sua -a datur. **3** *usu communi:* **a** *de concubitu:* VITA Agnet. 219 secum nocturna vocans ad -a sodales. **b** *de ludis:* ANSELM. MOG. Adalb. 465 ludo plebs tota vacabat, mutua -a geri statuit cum concio cleri. CARM. Bur. A 185,4,1 p. 247 rochus committere -a minatur *(item de ludo scachorum:* 185,10,1). *in aenigmate:* WALAHFR. carm. 74,3 cano -a fortis astu cito sillabae peracta. **c** *de discordia i. q. altercatio, rixa – Zank, Zwist:* FROUM. carm. 2,9 si *dii* infundunt animum, qui nescit nil nisi -um, belliger aggredior patronum. LAMB. HERSF. Lull. 14 p. 325,15 cum per biennium grave utrimque -um gessissent *archiepiscopus et abbas.* BRUNO MAGD. bell. 92 p. 86,20 miserunt . . . iuvenes, ut . . . aliquam . . . materiam -i construerent. WERR. (?) Albert. 3 (MGScript. XXV p. 141,1) aliud ei *(Heinrico)* . . . ducit -um sine armis *Balduinus. al.*

bellus, -a, -um. *script.* bill-: *l. 71.*

1 *de forma i. q. formosus – schön, wohlgebildet:* **a** *de hominibus:* ALDH. virg. II 604 -a puella (FORM. Senon. II add. 3,20). BREVIAR. Erchanb. cont. (MGScript. II p. 330,15) -issimum et bellicosissimum iuvenem. TIT. metr. IV 9,2 coniunx. RAIN. GAND. Gisl. 9 (MGScript. XV p. 582,55) faciem. EPIST. Hann. 107 p. 179,7 (vs.) veni, -e et tenelle. CARM. Bur. B 61,4a,3 o decora super ora -i Absalonis. *al. de Musa:* HERM. AUGIENS. vit. 44 formosa . . . -aque psaltria. *in agnomine:* CHRON. Ved. p. 709,1 Iohannes agnomine B-us. CHART. Ticin. 31 (ed. L. Brentani, Cod. dipl. Tic. I p. 72,33) Iohannesbellus. **b** *de rebus:* CARM. Aldh. 2,118 vestium velamina -a produnt ornamina. AIMON. carm. 4,3 (MGPoet. IV p. 140) ad Castrum, -am patris cellam Benedicti. CHRON. Ven. Alt. p. 57,14 pavimentum ecclesie fecerunt roda medium -issima (bill- *var. l.*) operatione. *in nomine locorum:* DIPL. Karoli III. 152 p. 246,3 extra loco, qui Campusbellus

[Van Acker]

('Champbeau') dicitur. LEO MARS. chron. 2,31 p. 647,34 Mons B-us. ARNOLD. LUB. chron. 5,28 p. 208,38 unum *castrum* Baufort Gallice, Latine vero B-a Fortitudo *(sc. vocatur)*. CHART. Rhen. med. III 1047 cum . . . appendiciis sitis apud B-um Ramum *('Beaurain')*. *al.* **2** *de praestantia i. q. bonus, iucundus – gut, angenehm:* BONIF. epist. 94 p. 215,29 turris evangelicae aedificium . . . in senectute -a . . . perficias. ECBASIS capt. 505 nil mihi tam -um, carum, quam vivere sanum. EPIST. Worm. I 21 p. 41,4 nigro theta -um 'euge' . . . designare. HUGO TRIMB. registr. 491 libelli utiles scolaribus clericisque -i. *al.*

adv. **belle.** *bene, pulchre – gut, schön:* ARNULF. delic. 792 euge vocor belle. *Van Acker*

belo *v.* balo.

belone (belloni, beleny *sim.*) *f.* (βελόνη) **1** *acus marina – Seenadel (Syngnathus rubescens Risso, cf. RE II A. p. 1034sq.):* ALBERT. M. animal. 6,75 animal *marinum* . . ., quod belee sive blacce (*p. 567*^{b}*,23* βελόνην) Latine vocatur, concipit ova *eqs.* 6,93 piscis . . ., qui dicitur beleny (*p. 571*^{a}*,2* βελόνη). *ibid.:* belenyz, belloni. **2** *aculeatus – Hornhecht (Esox belone L., cf. RE l. c.):* ALBERT. M. animal. 8,32 animalia, quae in mari congregantur . . ., sunt ista: . . . abatyno, cerehybalino (*p. 610*^{b}*,6* σαργῖνοι, βελόναι). 8,78 ex spinis animalis dicti belloniz (*p. 616*^{a}*,32* βελόνης), hoc est aculeati.

belta *v.* 1. beta. ***beltrescha** *v.* *britisca.

belua, ae *f. script.:* ve-: *l. 51.* bil-: *l. 35sqq.64. adde* AETHICUS ISTER 36 p. 23,6. bellu(a): *l. 52. adde* GESTA Frid. imp. A p. 27,17. *mensuratur per duas vel tres syllabas, cf.* ERCHANB. FRISING. (?) gramm. p. 112,3sq.

bestia, fera immanis vel horrenda – wildes Tier, Untier, Ungeheuer: **1** *proprie:* **a** *de animalibus terrestribus:* ALDH. virg. I 28 horrendos -arum barritus (*item de elephantis:* HEIRIC. Germ. I 5,217 Maura . . . -a. METELL. Quir. 3^{a},10 Indica). II 1570 vident . . . -is (bil- *var. l.*) effossum funesto corpus ab antro. CARM. Aldh. 2,59 -ae (biluę *V*) vibrantibus rabidi rostri rictibus. GLOSS. I 58,18 St.-S. -e (bilue *b. c*) uuolf. ERMENR. Sval. 4 saevis serpentibus ac -is dirissimis locus . . . refertus est. HROTSV. Mar. 741 -ae praecedebant bene laetae demonstrando viam. EKKEH. IV. pict. Mog. 530 *Nebuchadnezar* in -am versus per silvas pascitur ursus. cas. 136 feris et -is. *al. nota:* VITA Conr. Const. 20 p. 439^{b},42 aperto . . . ore egressum -ae *(sc. araneae)* patefecit. *de animalibus fabulosis, draconibus:* ALDH. virg. II 551 cum strinxisset -am collaribus artis morbida pestiferi compescens flabra draconis. 2491 latebram, qua horrens -a latebat. HRABAN. carm. 16,86 qui conteris ora leonis, immanis -ae *(cf. Vulg. psalm. 90,13). al.* **b** *de animalibus marinis:* ALCUIN. carm. 1,711 mare cum -is sancto servire solebat. ERCHEMB. CAS. hist. 7 ut *Grimoaltus,* dum . . . profundum fluctibus marinis immergeretur, esset veluis in pastum. -a marina *i. q. cetus – Walfisch:* ALPHITA II p. 8,20 sperma bellue marine, i. cete. ALBERT. M. animal. 24,3 nisi maximi sint *pisces* et terrestris naturae, sicut illa, quae -ae marinae a nonnullis vocantur. *ibid. al.* **2** **a** *in imag. et per compar.:* **α** *de hominibus:* WALAHFR. imag. Tetr. 70 signat se pectore -a *(sc. Tetricus)* duro, corde pigro . . . regnare superbiam. PASS. Kil. II 17 ipsa -a *(sc. uxor ducis),* de qua loquimur. GESTA Bereng. 4,3 -a (gloss.: -am vocat dominatricem Tuscię) . . . fundens fera sibila. RADBOD. carm. 4,27 -a *(sc. rex)* . . . inquit. CAES. HEIST. hom. exc. 315 p. 188,18 -e illius *(sc. feminae litigiosae)* mirantes seviciam. **β** *de vitiis:* ALDH. virg. I 11 p. 240,1 contra . . . superbiae bestiam simulque contra has . . . septenas vitiorum -as (bil- *var. l.*). II 2534 hanc -am *(sc. ebrietatem)* . . . superare. 2743 caelicolas ista prostravit -a superbos. **b** *proverb.:* WALTH. SPIR. Christoph. II 5,232 semel elapsum vitabit -a nodum.

belualis (bellu-), -e. *naturae bestiae conveniens vel similis – tierhaft, -artig:* INNOC. IV. registr. B 278 p.242,14 *Ezelinus* sub humani vultus effigie -em animum retinens.

adv. ***belualiter.** **1** *naturae bestiae convenienter vel similiter – wie ein wildes Tier:* ARNOLD. LUB. chron. 1,3 p. 118,18 *Servi* iuxta locorum qualitatem bell-r vivendo bestiis etiam agrestiores. **2** *crudeliter – brutal:* VITA Serv. 35 p. 108,6 *iuvenis* sonipede quospiam ipsorum *(sc. ex familia Servatiana)* proterere -r calcibus voluit.

beluinus (bellu-), -a, -um. *bestialis – tierisch:* **1** *proprie:* **a** *strictius:* TRANSL. Libor. 21 coepit *mulier* . . . mugire, sibilare atque per omnia -os imitari sonos. **b** *latius i. q. naturae bestiae conveniens vel similis – tierhaft, -artig:* GODESC. SAXO carm. II 1,16,2 mutare nunc -um in humanum animum (*cf.* GUNZO epist. 8 p. 36,13 humana facie tales -a mente monstrantur). REGINO chron. a. 901 *gentis Hungariorum* violentiae ac -o furori . . . resistere. LEX fam. Worm. 30$^{in.}$ *homicidia* quasi cottidie fiebant . . . more -o (bell- 1). OTTO FRISING. gest. 2,25 p. 131,3 qui -a feritate, hominem se non recognoscens, humanum sanguinem primo fudit. HELM. chron. 108 p. 212,23 rabie. *al.* **2** *translate:* **a** *ferox – wild:* FUND. Brunw. 2 p. 126,15 contra -am Ungariorum gentem. **b** *incultus – roh:* CHRON. Thietm. 7,37 Scite . . ., genus hominum ferum, moribus -um *eqs.*

belvis *v.* pelvis.

***belus** *vel* **-um** (boel-), *abl. pl.* -is *(n.)* (βέλος) *telum – Geschoß:* LIUTPR. antap. 2,4 boelis, id est sagittis.

Belzebub *v.* Beelzebub.

bema (bima, beina), -atis *n.* (βῆμα) **1** *gener.:* **a** *vestigium – Fußspur:* EPIST. var. III 33 p. 202,23 *(in imag.)* bimata eius *(Hieronymi)* in hoc opere sequi. **b** *gradus – Stufe:* **α** *in imag.:* IOH. SCOT. carm. 8,3,6 gnostica dum scandit -ta mentis iter. **β** *translate i. q. ascensus – Aufstieg:* IOH. SCOT. carm. 9,69 carnis . . . in verbum sublimia bimata (*opp.* descensum). **2** *spec. apud Manichaeos i. q. locus sacrificii (gradibus instructus) – (erhöhte) Opferstätte:* ANSELM. HAV. dial. 3,12 p. 1225^{B} quasi aliud Manichaeorum -a aedificas . . .; sicut . . . illi haeretica pravitate ab ecclesia ⟨se⟩ dividentes . . . in Africa suum -a, videlicet sequestratum sacrificandi locum, erexerunt. *meton. de festo ('Bemafest'):* EKKEB. SCHON. cath. 1,2 p. 16^{A} festum . . ., quod beatus Augustinus . . . beina *(sic)* appellari dixit.

***bemia,** -ae *f. (arab.* bāmija, *cf. Lokotsch, Etym. Wb. d. Wörter orient. Urspr. nr. 210) fructus herbae q. d. Hibiscus esculentus (L.) – Okraschote:* TRACT. de aegr. cur. p. 151,15 accipe -am tritam et imple ollam *eqs.*

1. ben *subst.* (בֵּן) *filius, pullus – Sohn, Junges:* HYMN. abeced. B 1 (ed. W. Bulst in: Britannica, Festschr. H. M. Flasdieck. 1960. p. 82) beatus bonus ben bar pius nos amavit. ARNULF. delic. 410 ⟨b⟩en *(corr. Voigt add. p. 384;* slen *var. l., cf. Werner add. p. 419)* aquile pasces, nisi partum matris honestes *(cf. Vulg. prov. 30,17).*

2. ***ben** *subst. (arab.* bān, *cf. Siggel, Arab.-dt. Wb. d. Stoffe. p. 19*^{a}*) myrobalanum – (arabische) Behennuß:* WILH. SALIC. chirurg. 5,10 p. 360^{C} ben est semen album, magnum ad modum ciceris *eqs.*

***benda** *v.* *binda. ***bendegard** *v.* *bedegar.

bene *v.* bonus.

benedicibilis, -e. **1** *adi.:* **a** *strictius i. q. laudabilis – preiswürdig:* FROUM. epist. 89 predigni abbatis tui -i licentia. VITA Berth. Garst. 53 -is memoriae et perpetuae venerationis. **b** *latius i. q. salutifer – segen-, heilbringend:* HRABAN. hom. I 28 p. 54^{D} post illud -e praesagium. LAMB. TUIT. Herib. 1,2 enixa beata mater -e puerperium. **2** *subst. neutr.:* *quod praedicandum est – etwas Preiswürdiges:* ALBERT. M. miss. 1,3,8 p. 27^{a},13 modum collationis, quo Deus confert et laudabilia et -ia.

***benediciuncula** *v.* *benedictiuncula.

benedico, -dixi, -dictum, -ere. *inf.:* -ire: PONTIF. Rhen. sup. 169. *depon.: p. 1419,44. adde* FORM. Marculfi 1,6. *struct.: acc.: passim. dat.: l. 70. p. 1419,4sqq.15.34.64. 1420,13.21.1423,13.*

I *laudare, praedicare – loben, preisen (fere Deum; homines: l. 70sq. p. 1419,3sq.; res: p. 1419,2):* **A** *gener.:* VITA Galli I 6 *paralyticus* exiliens -bat Deum (Deo WALAHFR. Gall. 2,6) et virum Dei. AMALAR. ord. antiph. 15,13 -ere Dominum et laudare (HRABAN. epist. 33 p. 466,22 creatorem. HROTSV.

[Payr]

Agn. 377 te [*Deum*] solum laudo, te laudando -o. WIDUK. gest. 3,74 p. 150,20 divinam clementiam). HROTSV. Pafn. 7,1 -tus tui adventus, dilecte Dei. VITA Greg. Porc. I 10 ceperunt ei -ere et sanctitatis nomen ubique . . . apponere. ECBASIS capt. 418 ut bene sunt pransi, -unt Omnipotenti. HUGO FLAV. chron. 2 p. 394,13 virtutis Domino. *saepe.* **B** *liturg. in formulis vel initiis:* **1** *de cantico trium puerorum (Vulg. Dan. 3,57sqq.):* AMALAR. ord. antiph. 57,19 in eo ymno, id est '-ite'. COSMAS chron. 1,38 p. 69,32 'miserere mei, Deus' aut '-ite' cantat. *fort. add.:* ORD. iud. Dei B 1,3[b] oratio cum '-ite'. **2** *de cantico Zachariae (Vulg. Luc. 1,68sqq.):* AMALAR. off. 4,45,2 ante ymnos 'magnificat' et '-tus Dominus Deus Israel' (CONSUET. Trev. 43 p. 62,26 ad ewangelica cantica, 'm.' et '-tus'). **3** *de conclusione officii vel missae:* BERNOLD. CONST. microl. 34 in natali Domini . . . missa . . . cum '-amus Domino', non cum 'ite, missa est' completur (*cf.* 46 p. 1011[D]). LIBER ordin. Rhenaug. p. 93,22 ad '-amus' alleluia terminamus. *v. et p. 1423,13.*

II *salutem, gratiam divinam (precando) largiri – segnen:* **A** *gener.:* **1** *de benedictione a Deo (sanctis: l. 23.34) data:* ORD. iud. Dei A 1[a] -c, Domine . . ., hoc genus metalli *(cf.* B 1,3[c] hanc creaturam panis et casei. *ibid. al.).* B 17,4[f] sanctus Iohannes baptista -at aquam istam. EIGIL Sturm. 4 Christum sibi locum illum ad inhabitandum -i poposcerunt. GODESC. SAXO theol. 23 p. 337,1 *sanguis* Domino . . . -ente creatur consecratus in calice. CAPIT. reg. Franc. 301 p. 455,22 Deus . . . -at te et illam futuram uxorem tuam. PONTIF. Rhen. sup. 49 -at vos Dominus et custodiat semper. CARM. Cent. 56,8 sanctificet potum Christus nostrum ac -at. VITA Vincent. 7 (MGMer. V p. 117,38) indulgeat tibi Dominus et -at te. ORD. coron. imp. 2,8[b] -c, Domine, hunc principem nostrum. HROTSV. Theoph. 455 quod sumus et quod gustamus vel quicquid agamus, dextera factoris -at. WALTH. SPIR. Christoph. II 1,252 nostrę voci -ito, mitis Hylari. EKKEH. IV. bened. II 71 omne natans trinus licitum -at et unus. STATUT. ord. Teut. p. 129,11 ut hunc famulum tuum, qui . . . militari ense . . . precingitur, -ere dignare. p. 129,33 hoc genus vestimentorum. *saepe.* **2** *de benedictione per homines (plerumque clericos vel monachos) cum oratione, signo crucis (aliter: l. 47. 54) data:* **a** *spectat ad miracula, curationem:* IONAS BOB. Ioh. 17 *puteum.* ALDH. virg. II 914 exorcizans lichinos -xit aquosos. BEDA hist. eccl. 5,6[tit.] ut clericum . . . orando ac -endo a morte revocaverit *episcopus.* VITA Filib. 19 (MGMer. V p. 594,13) rogans eum cellarium ingredi et vas vinarium . . . -i (-ere *var. l.*). ALCUIN. carm. 1,1198 imposita . . . manu capiti -xit *puerum infirmum.* TRANSL. sang. Dom. in Aug. 26 aquam pelvi infusam ipsa crucicula intincta -ere. THIETM. chron. 8,25 cultellum . . . ex animo -tum sumere coactus quasi ignitum . . . proiecit. CAES. HEIST. hom. exc. 189 scolasticum . . . per esum -ti piscis convertit . . . et milites . . . per potum cervisie ab eo -te . . . convertit. CHRON. Erf. mod. a. 1227 p. 227,19 sacerdos . . . -endi ac curandi oculos graciam se habere dicens petivit . . . licenciam -endi. *al. de superstitione:* ANNAL. Hamb. a. 1218 *rusticus* cepit -ere infirmos cum verbis quibusdam rustice compositis. **b** *spectat ad salutationem, valedictionem (accedit ad sensum q. e. salutare – grüßen: l. 59sq.62):* EIGIL Sturm. 6 p. 368,23sq. salutato pontifice se -i poscebat; cui -to et resalutato *eqs.* 8 alterutrum se invicem -xerunt *vir Dei et vir saecularis.* VITA Mathild. II 22 p. 297,44 omnibus caput inclinans regalem conventum -xit. THIETM. chron. 3,16 cum ab eodem . . . ad matutinam ioculariter -retur: 'saciet te . . . Deus.' ECBASIS capt. 438sq. intro caput flexit, domnum -ere poscit; quę -itur *eqs.* 775 se sociant regi, -unt suscipienti. *al.* -ite *i. q. da(te) benedictionem, salve(te) – gib (gebt) den Segen, sei(d) gegrüßt:* NIVARD. Ysengr. 2, 329 frater, -ite. 4,141 pax vobis, heremita iubet, -ite, fratres. 5, 451 dat commune vale, nondum '-ite' doctus dicere fraterne. **c** *spectat ad remissionem peccatorum:* THIETM. chron. 6,71 advenere . . . coepiscopi omnes hunc . . . -entes et indulgentiam ei facientes. **d** *spectat ad orationem mensae:* STEPH. EDD. Wilfr. 49 si quispiam . . . refectionem . . . signo crucis Dei -ret. EKKEH. IV. bened. II 36 sit noster victus virtute crucis -tus. COSMAS chron. 1,41 p. 76,22 *pauperibus* procurans cibum et potum ipse -xit *episcopus.* LIBER ordin. Rhenaug. p. 126,2sq. abbate . . . in loco, ubi . . . panem -xit, expectante, ut et potum ibi -at. *al.* -ite *i. q. oratio mensae – Tischgebet:* NIVARD. Ysengr. 1,1029 '-ite' ruminat illud, quod solet astantes sanctificare cibos. 1,1041 presbiter . . . crispat '-ite' longum. 4,627. *ibid. al. expressius i. q. orationem mensae dicere – das Tischgebet sprechen:* NIVARD. Ysengr. 1,1031 numquam -ret alter, ni prius oblatas cerneret esse dapes. 5,835 -ite multum. **e** *usu vario:* BEDA hist. eccl. 3,26 p. 191,10 flexa cervice vel manu signari vel ore illius *(clerici vel monachi)* se -i gaudebant. ADEMAR. hist. 3,57 barbam electo -i iubet et detondi. OTTO FRISING. gest. 1,41 p. 59,35 *abbas* -ens ei in orationes recepit *ducem. al. adde:* THIETM. chron. 3,25 imago Dominica . . . venientes quosque . . . -it. **3** *de incantatione sim.:* HILDEG. phys. 1,47 p. 1147[D] interdum . . . homo per factam imaginem -itur. 3,20 per novem dies ipsa *aqua* eodem modo *(sc. incantatione)* -atur. **B** *in missa vel officio:* AMALAR. off. prooem. 16 p. 17,8 in oratione, quam dicit sacerdos post communionem, dicit . . . Agustinus -ere sacerdotem populum. 3,36,1 ut post omnia sacramenta consummata -at populo atque salutet *sacerdos.* THIETM. chron. 6,61 p. 350,11 *episcopus* audivit missam ipse presentes -ens. THANGM. Bernw. 17 p. 766,19 missam . . . peragit, deinde populum alloquitur, -it et corroborat. BERNOLD. CONST. microl. 51 p. 1015[A] hinc *(sc. ex oratione super populum)* . . . consuetudo apud modernos . . . inolevisse videtur, ut . . . etiam presbyteri post finem missae -ant *eqs.* ORD. coron. imp. 14,11 *responsorio* completo dominus papa -it. *al. remissius:* AMALAR. off. prooem. 18 p. 18,3 qui . . . communicant, -untur ipsa communione. **C** *in ritibus liturg. specialibus (de re v. p. 1424,67sqq.; de benedictionibus q. d. constitutivae, consecrationibus i. q. sanctificare – weihen):* **1** *obi. homines:* **a** *de ordinatione (plerumque consecratione) clericorum:* VITA Wandr. 13 (MGMer. V p. 19,15) eum ad onus subdiaconati -ere (FORM. Sal. Merk. 56 ad o. sacerdotum ad titulum sancti illius. *al.*). FORM. Marculfi 1,6[tit.] indecolum regis ad episcopum, ut alium -at. FORM. Flav. 44 p. 482,25 sacros ordines -i. EPIST. Col. 4 p. 246,13 Willibertum canonice -endo consecrare Coloniae archiepiscopum. THIETM. chron. 2,24 hic a suffraganeis postea -tus *eqs. al.* **b** *in professione religiosorum, institutione abbatis(sae):* CONC. Merov. p. 130,25 vidua, quae -ta non fuit. CHART. Carinth. III 205 p. 87,36 archiepiscopus . . . Hiltipurgam . . . electam -xit ad abbatissam (*cf.* THANGM. Bernw. 39 Sophia . . . a palligero -i . . . expetit). CHART. Raitenh. 75 p. 76,33 (epist. papae) si vero episcopus . . . abbatem -ere . . . rennuerit. p. 76,35 licitum sit . . . abbati, si tamen sacerdos fuerit, proprios novitios -ere. *al.* **c** *de unctione, coronatione principum:* ANNAL. Amand. a. 800 (MGScript. I p. 14,17) Leo -xit eum *(Karolum)* ad imperatorem *(cf.* ORDO Rom. 46[tit.] ordo Romanus ad -endum imperatorem. ORD. coron. imp. 13,2 ante evangelium imperator consecratur et -itur. ANNAL. Sangall. IV a. 962 *Otto rex* a papa Octaviano -itur. OTTO FRISING. chron. 4,3 p. 187,34 ab eis [*pontificibus*] . . . se [*sc. Constantinum*] ac successores suos -endos *esse. al.).* CAPIT. reg. Franc. 283[D] episcoporum, qui adfuerunt apud Compendium, quando -xerunt Hludowicum *(item de rege:* ANNAL. Ved. a. 879 p. 45,17 Hugo . . . Hludowicum et Karlomannum per manus Ansegisi archiepiscopi -i fecit in reges. THIETM. chron. 2,1 *Ottonem* Hillibertus . . . -xit. *al.).* 301 p. 453,30 ut . . ., sicut ipse in regem est unctus et consecratus . . . unctione sacra et benedictione . . ., ita uxorem suam . . . in nomine reginae -amus *(cf.* ANNAL. Quedl. a. 1024 p. 90,5 Gisila . . . honore regio -itur ac coronatur. *al.).* **d** *usu vario:* ANNAL. Weiss. a. 1065 Heinricus quartus . . . gladium cinxit Wormaciae Heberhardo archiepiscopo . . . -ente. CHART. Laus. 235 p. 224,32 *oblationes* fiunt in sponsis et sportis -endis. *al.* **2** *obi. res:* **a** *in usum cultus divini, sacramentorum:* FORM. Marculfi 1,1 altare in ipso monasterio . . . episcopus -at (TRAD. Patav. 18 altarem atque ecclesiam. *al. cf.* CAPIT. reg. Franc. 112,30 basilicas. GERH. AUGUST. Udalr. I 7[capit.] aecclesias noviter aedificatas. THIETM. chron. 1,12 p. 18,3

[Payr]

ecclesiam senio dirutam renovans -xit. 7,52 capellam. *al.*). DIPL. Karoli M. 118 p. 165,36 tabulas. CONC. Karol. 37,48 infirmi oleo, quod ab episcopis -itur, a presbyteris ungui debent (HRABAN. inst. cler. 2,55 p. 168,21. *cf.* THIETM. chron. 7,8 in cena Domini crisma . . . -xi. BEBO ad Heinr. 1 p. 493,31 ad -enda crismatis oleique sacramenta. *al.*). ORDO Rom. 28^{A},1 ad fontes -endum. PONTIF. Rhen. sup. 124 ad signum ecclesiae -endum. VITA Hildulfi 10 ecclesiam . . . consecravit atque circum hanc cimiterium -xit. *al.* *expressius i. q. consecrare – konsekrieren:* CONC. Karol. 44^{B},76 p. 506,34 *corpus et sanguis* Domini crucis signaculo -untur. RIMB. Anscar. 27 p. 57,29 dum sacerdos altari astans mysteria sancta -ret. *v. et p. 1426,4.* **b** *in (pium) usum fidelium:* VITA Hugberti 13 (MGMer. VI p. 491,8) -c aqua et sal ad spargendum super nos (HRABAN. inst. cler. 2,55 p. 169,1 -itur sal et a. ad diversos usus fidelium, ad homines infirmos, contra phantasiam inimici, ad pecorum sanitatem *eqs.* WALAHFR. exord. 30. *al.*). FORM. Sangall. II 42 p. 424,30 velamina *monialium.* AMALAR. off. $1,18^{tit.}$ de cereo -endo *([subesse potest etiam sensus praedicandi, v. LThK. ^{2}VII. p. 1276]. cf.* WALAHFR. exord. 31. CAES. HEIST. hom. exc. 48 cum in vigilia pasche in veste levitica cereum -ret *monachus. al.).* WALAHFR. exord. 19 p. 491,31 diversarum species rerum. GERH. AUGUST. Udalr. I 4 p. 391, 27 ramos palmarum diversarumque frondium. p. 393,12 carnes agni et particulas lardi inter missarum solemnia -ti. LIBER ordin. Rhenaug. p. 84,19 officinas. p. 97,25 cineres. p. 193,23 novę uvę sunt -endę. HONOR. AUGUST. gemm. 1,181 quaslibet res ad cibum pertinentes. STATUT. ord. Teut. p. 51, 13 professo pallium, per quod ordo crucis karactere pretenditur, oracione solita -tum . . . offeratur. *saepe.* *ad iudicium Dei:* ORD. iud. Dei A 7^{a} *ignem.* 8^{d} exorcizet et -at *sacerdos* aquam . . ., antequam fervescat. 10^{e} vomeres. 27^{k} panem et caseum. B $9,1^{d}$ domus. *al.*

III **A** *orare – beten:* RUODLIEB V 513 quin, ecclesias ubi cernas, sanctis committas illis te vel -as. **B** *bona loqui – Gutes reden:* BRUNO QUERF. fratr. prol. iube mihi, Domine, -ere, iube et benefacere; da et adiuva, . . . ut -am et bene agam. HERBORD. Ott. 1,11 pluris est benefacere quam -ere *eqs.*

adi. **1. benedictus,** -a, -um. **I** *laudatus, laudabilis – gepriesen, preiswürdig:* POETA Saxo 1,189 o pietas -a Dei. WALTH. SPIR. Christoph. II 5,79 o -a meę spes atque refectio vitę. 6,242 -a . . . adoptio Christi *v. et p. 1422,26.*

II *gratiam divinam expertus, supernae virtutis plenus – gesegnet, segensreich:* **A** *eccl.:* **1** *strictius i. q. sanctificatus – geweiht, Weih-:* BEDA hist. eccl. 5,4 p. 287,19 de aqua -a, quam in dedicationem ecclesiae consecraverat (ORD. iud. Dei A 10^{n} usque ad comprobationem iudicii in omni cibo et potu suo salem et aquam -am admiscere bonum est. PONTIF. Rom.-Germ. p. 156^{a},39 omni die dominico ante missam aquam -am facite. ANTIDOT. Cantabr. p. 166,32 aquam -am bibat. THIETM. chron. 7,68 domum reliquiis sanctorum et a. lustravit -a. STATUT. ord. Teut. p. 32,21. *saepe*). EKKEH. IV. bened. I 20,1 vox -a pias Salomen legat atque Marias. DESID. CAS. dial. 2,17 cui *(sc. energumeno)* vir Dei panem -um dedit. BENVEN. GRAFF. ocul. B 27 p. 46,12 ponatis in occulis . . . albumen ovi -um. ALBERT. M. animal. 23,96 palmam. *al.* **2** *latius i. q. sanctus, beatus – heilig, selig:* BEDA hist. eccl. 4,28 p. 277,22 in sepulchro -i patris Cudbercti. WOLFHARD. Waldb. 2,14 (8) limina Walpurgis adiit -ae. HROTSV. asc. 86 animam . . . -am *Mariae.* WALTH. SPIR. Christoph. II 4,109 stella maris. 5,134 Dei vernacula. CHART. Austr. sup. II 175 p. 263,7 -issime recordationis. HEINR. WIRZ. cur. 452 Urbs. *al.* **B** *bot. de herbis saluberrimis:* **1** herba -a *i. q. caryophyllata – Benediktenkraut, Nelkenwurz (Geum urbanum L., cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. II. p. 683sqq.):* BOTAN. Sangall. $20^{tit.}$ nomen herba -a. ALBERT. M. animal. 22,69 duae mensurae suci herbae -ae sive gariofilatae. 22,81 herba -a, quam quidam cicutam vocant. **2** carduus -us: **a** *carduus sanctus – Benediktendistel (Cnicus benedictus L., cf. Marzell, op. cit. I. p. 1062sqq.):* ROGER. SALERN. chirurg. 2,372 accipe . . . cardonem -um, senationes. BENVEN. GRAFF. ocul. B 33 p. 53,3 ad ipsam sanctissimam herbam, que apud quosdam vocatur cardus -us, aput Romanus inspina. WILH. CONG. chirurg. 771 ad maturandum apostema . . . cardus -us, malva . . . coquantur. ALBERT. M. veget. 6,326. *al.* **b** *senecio – Kreuzkraut (Senecio vulgaris L., cf. Marzell, op. cit. I. p. 1065):* GLOSS. III 527,40 St.-S. cardus -us cruceminc (538,48 cardus -us senecion cruceworz. 552,32). ALPHITA I p. 313,31 senecio vel senecium, id est terrestris -a vel cardo -us. II p. 34,5 cardo -us, carduncellus, cressiones, senecio idem. **C** *pharm. de medicamento saluberrimo:* BENVEN. GRAFF. ocul. A p. 24^{a},37 medicinam . . . vocamus pulverem -am *(sic, an subst.?)*, quia, cum intrat in oculum . . ., paciens . . . recepit sanitatem benediccione Domini et . . . pulvere[m] -a[m] (B 5 p. 23,12 p. -um). **D** *alch. de fermento sim.:* PLATO TIBURT. tab. 2 p. 493,9 accipite lapidem -um (Ps. ARIST. magist. p. 656^{a},14 occultus noster lapis -us de re animata est). ANON. tab. p. 155,20 aurum sapientum, quod seminant in terra sua alba, stellata, . . . -a. GEBER. clar. 2,77 distillabitur inde oleum sanctum, oleum -um (Ps. ARIST. magist. p. 653^{b},48 o. -um sic facias *eqs.*). *al.* **E** *medic. per euphemiam de morbo malitioso:* BENVEN. GRAFF. ocul. A p. 36^{a},13 Tuscii vocant ipsum humorem -um . . ., ultramontani . . . maledictam vocant (B 25 p. 43,2).

2. benedicendus, -a, -um. *laudandus, venerabilis – preis-, verehrungswürdig:* EPIST. Hann. 27 p. 61,31 tibi, benedicte ac -e pater.

subst. **1. benedictus,** -i *m.* **1** *de Deo i. qui laudibus elatus est – der Hochgepriesene:* CARM. de Iuda 2,243 (ed. P. Lehmann, Erforsch. d. Mittelalt. II. p. 271) detege . . ., si natus es ex -o *(cf. Vulg. Marc. 14,61).* **2** *qui divinam gratiam expertus est, sanctus – ein Gesegneter, Heiliger:* VITA Liutg. I 1 avum -i huius. WALTH. SPIR. Christoph. II 6, 235 o -e, tuis tellus quęcumque beetur reliquiis *eqs.* GERH. AUGUST. Udalr. I 9 p. 397,33 Dei . . . -is *(cf. Vulg. Matth. 25,34)* . . . quanta gaudia . . . maneant. *al.*

quasi -am (-um, p-um *var. l.*) Deo inrogasset, qui hoc reus sit. URSIN. Leod. 14 (MGMer. V p. 336,6) ut, dum . . . labiae essent incisae, . . . per hoc cideret (*i.* cederet) -e (*cf.* VITA Leod. 1,488 [MGPoet. III p. 19] -is Dominum quo carperet acris). MIRAC. Genes. Hier. 4 iudicio ad eum ob plasfemiam caelitus perlato ex equo corruit. RIMB. Anscar. 29 p. 60,3 quantas . . . -as in Deum illatas ibi sustulerit. EPIST. Hann. 21 p. 51,7 adversus ipsum apostolorum principem novo et inaudito -ę genere insurgunt. EPIST. Ratisb. 8 p. 310,18 quorum *(doctorum)* dictis contraire spiritui sancto, qui per eos locutus est, p-am est inferre. DONIZO Mathild. 1,1287 o -a *(sc. in papam)* non hic neque post abolenda. HELM. chron. 84 p. 162, 11 corripuit eum dux de verbo -ae. *al. v. et l. 68. p. 1502,37. 1504,42sq.* **b** *de haeresi vel incredulitate:* LEG. Wisig. suppl. 3 p. 474,42 ut detestabilior inveniatur in eis *(Iudaeis apostatis)* profanatio -ae. CONC. Karol. 23 p. 203,24 peiores hereses vel maiores -femias, quam ante in eius *(Felicis episcopi)* scriptis vel dictis umquam audissemus, ibidem cognovimus. HRABAN. univ. 18,5 p. 502^{B} -am suam in omnem scripturarum seriem permiscentes *haeretici*. NOTKER. BALB. notat. p. 64,17 defensionem creatoris . . . contra p-as calumniatorum. EPIST. Ratisb. 10 p. 321,6 ut ita verba Dominica accipiantur, ut a spiritu sancto sunt prolata, ne p-ę nota inuratur. CAES. HEIST. hom. exc. 40 in tantum turbavit eum spiritus -e, ut inciperet dubitare. *al.* *de repudiatione deorum paganorum:* BEDA hist. eccl. 1,7 p. 19,9 ut contemtor divum *(sc. confessor Christi)* meritam -ae suae poenam lueret. **B** *usu communi:* **1** *in univ.:* CAPIT. reg. Franc. 33,35 lites et contentiones adque -a, sive in conviviis sive in conplacito, omnino devitentur. VITA Leod. 1,441 (MGPoet. III p. 18) Ebroinus . . . -is fratrem variis irrisit utrumque. RUOTG. Brun. 15 hinc -ę maledicta, probra et multimoda impietatis commenta *(in Brunonem)*. GERH. AUGUST. Udalr. I 9 p. 396,49 octavum *vitium* superbia cum sua prole, contemptu, invidia . . ., -a (p- *1*), murmuratione. CAES. HEIST. hom. exc. 135 -as in alterutrum evomentes *obsessi. al.* **2** *c. colore quodam:* **a** *plur. i. q. loquacitas turpis – schandbares Schwätzen:* THIETM. chron. 1,24 p. 32,1 etsi mea *(sc. diaboli)* nunc sit voluntas tuis frustrata -femiis. **b** *exsecratio – Verwünschung: v. p. 1504, 25.* **c** *inculpatio – Anschuldigung:* GEBER. summ. 1,7 p. 507 si . . . ęs tuum perdideris, non . . . nobis -as iniungas.

II *usu pass.:* **A** *rumor adversus, crimen – üble Nachrede, Vorwurf:* CHRON. Fred. 4,51 liberare potebas de -eo causam hanc. FORM. Sal. Merk. 64 non invenimus de eius opinione nulla mala nec nulla -a. CAPIT. reg. Franc. 33,13 a quibus *(praepositis damnosis)* magis nos -a vel detrimenta oriantur. LEO III. epist. 10 p. 102,31 blasfemati fuerunt *missi mortui* et de ipsis, qui vivunt, nullus iam sine -femio esse videtur. **B** *ignominia – Schande:* VITA Leod. 29 (MGMer. V p. 310,4) ut -am suae crudelitatis valeret ab oculis humanis afferre. *iur. i. q. infamia – Verruf:* CAPIT. reg. Franc. 64,11 de latronibus, qui magnam habent -am: quicumque aliquem ex ipsis conpraehenderit, nullum dampnum exinde patiatur.

blasphemo, -avi, -atum, -are. (βλασφημεῖν) *script.:* pl-: *p. 1504,22.* -sfe-: *l. 47.61.63. p. 1504,36.42. struct.: acc.: passim. dat.: p. 1504,10. acc. c. inf.: p. 1504,2sq. metr.: semper* -phē- *in schedulis nostris (cf. p. 1504,49sq.).*

I *conviciis, insultationibus, probris afficere – beschimpfen, verhöhnen, schmähen (cf.* GLOSS. I 711,40 St.-S. -at uber spirihitsih [*d*], bosod [*c*]. 759,2 -amur picigen werden. 782,15 ostentui habentes i. fingar ceihan vel -femare): **A** *eccl.:* **1** *in univ.:* LEX Raet. Cur. 9,3 probare . . ., quid . . . patronus contra Deum -femasset. WALTH. SPIR. Christoph. I 25 -ando *rex* subsequitur: *'eqs.'* EKKEH. IV. bened. I 16,46 -at flatum, qui non vult flere reatum *(cf. Vulg. Luc. 12,10. al.).* ALBERT. M. summ. theol. II 23,140,3,2 p. 476^{b},47 quod dicuntur damnati -are, potius est ex amaritudine . . ., quam sit ex aliquo spiritu blasphemiae. CHART. Babenb. 232,38 si *quis* autem Deum aut sanctos -verit, huic lingua precidatur. *al. v. et p. 1502,35.* *de Christi abdicatione sollemni:* HROTSV. Theoph. 230 praesumpsisti . . . -ando mei *(sc. Mariae)* sanctum contempnere natum. 288 Christum . . . scriptis -vi. **2** *de haeretice docendo:* CONC. Merov. p. 57,12 qui *(haeretici)* Dei filium non semper cum patre fuisse, sed a tempore coepisse -ant. LIBER diurn. 84 p. 95,21 concilium . . . Arrium deitatem -antem . . . expulit. HRABAN. univ. 18,5 p. 502^{A} haeretici Dominum Iesum Christum -antes. HERM. IUD. conv. 16 p. 113,11 (ed. G. Niemeyer. 1963) os eorum *(Iudaeorum)*, quod Christum -ando et sancte eius ecclesie derogando in celum ponere . . . presumunt. *al. v. et p. 1505,66.* *de deis paganorum repudiandis:* AUDRAD. carm. 3,4,19 -antur . . . per vos pia numina divum. HROTSV. Pel. 57 -are diis auro fabricatis. *fort. add.:* VITA Norb. II 15$^{in.}$ *(in imag.)* si videris hominem rebus visibilibus irretitum, . . . -antem Mercurium, noli ab eo quaerere, quare homines sancti . . . mala . . . patiantur. **B** *usu communi:* **1** *in univ.:* CHRON. Fred. 4,42 p. 142,15 Chlotharius fuit . . . puellarum suggestionibus nimium annuens; ob hoc quidem -atur a leudibus (*cf.* 4,80). LIUTG. Greg. 4 coeperunt . . . eum -are, quantum potuerunt. HROTSV. Gong. 139 -are ducem tacitis coepere susurris. RUOTG. Brun. 17 nec . . . quisquam tam demens inventus est, qui maiestatem regiam *(sc. Ottonis)* -ret. EPIST. Hann. 19 p. 45,29 ordinem clericorum inverecunde -are. MANEG. ad Gebeh. praef. p. 311, 12 catholice religionis duces . . . publice p-ando acerrima reprehensione derisit *episcopus. al. v. et p. 1503,47.* **2** *c. colore quodam:* **a** *exsecrari – verwünschen:* GEBER. summ. 1,12 -ti sint ergo in ęternum, quia blasphemias et maledictionem posteris reliquerunt . . . et ego -andus sim, nisi errores illorum corrigam. **b** *male tractare – schlecht behandeln:* CHRON. rhythm. Austr. 358 clericus per hunc *(Ottonem imperatorem)* -atur. **c** *noxium dicere – als schädlich bezeichnen:* CONSTANT. AFRIC. theor. 5,15 p. 21b^{v} quicumque comesturus est azimos panes vel alios superius -tos, comedat cum calidis eos.

II *de iudicio i. q. reprehendere – anfechten, 'schelten' (cf. Brunner, Rechtsgesch. II. p. 473sqq.):* CAPIT. reg. Franc. 44,8 de clamatoribus vel causidicis, qui nec iuditium scabinorum adquiescere nec -femare volunt, antiqua consuetudo servetur, id est, ut in custodia recludantur, donec unum e duobus faciant. LEG. Lang. p. 421^{a},15 in custodia recludatur, donec . . . aut consentiat aut -et iudicium.

subst. **blasphemans,** -antis *m.* *sacrilegus – (Religions-)Frevler:* IULIAN. TOLET. insult. 2 nutricem te scandali recognosce *(sc. Gallia)*, fomitem mali, matrem -femantium (blasphemiae *var. l.*), novercam infidelium.

blasphemus, -a, -um. (βλάσφημος) *script.:* pl-: *l. 56.67sq.* -sfe-: *l. 63.70.* *metr.: fere* -phē- *in schedulis nostris (cf.* LUP. FERR. epist. 20 p. 27,26sqq. Graecus quidam Graecos '-us' dicere correpta paenultima . . . asseruit . . .; Prudentius [*ham. 2*] . . . id nomen sic posuit: 'divisor -e Dei'; hinc . . . manavit, ut '-us' et 'blasphemo' accentum in paenultima sillaba sortirentur). -phĕ-: PAULIN. AQUIL. carm. 1,107.

I *adi.:* **A** *usu act. i. q. invectivus, insultatorius, probrosus – beschimpfend, höhnisch, schmähsüchtig:* **1** *theol. i. q. maledicus – lästernd, Läster-:* **a** *in univ.:* AUDRAD. carm. 3,3,77 vox -a meas . . . ne scalperet aures. THEOD. AMORB. comm. p. 32,8 noli . . . tam p-a verba in mea *(sc. episcopi)* presentia proferre. HERBORD. Ott. 2,35 p. 742,41 -us *est hostis antiquus*, quia serviliter metuens etiam odit eum, a quo se dampnatum . . . novit. CAES. HEIST. hom. exc. 263 in dyalogo beati Gregorii de puerulo -o. **b** *de haereticis et incredulis:* LIBER diurn. 84 p. 98,10 -us Dioscurus simul et delyrus Eutyces. CONC. Karol. 24 p. 204,13 per suum *(sc. Felicis)* -femum libellum. IOH. SCOT. carm. 4,1,72 omne meum virus fundam *(sc. diabolus)* -a per ora *Iudaeorum eqs.* *de repudiatione deorum paganorum:* HROTSV. Pel. 259 ni . . . -am respuant rationem. **2** *usu communi:* PURCH. Witig. 35 p-as . . . me contra mittere voces. CARM. pro schola Wirz. 96 tu cultor furni teneas sortem taciturni . . ., turpis, p-us. VITA Ermin. 35 p. 497,6 dyabolus . . . verba per eam *(mulierem)* -fema et turpia proclamavit. **B** *usu pass. i. q. infamis – verrufen:* CAPIT. reg. Franc. 183,3,61$^{tit.}$ de nimium -is latronibus *(cf. p. 1503,52).*

[Humperdinck]

II *subst.:* **A** *masc.:* **1** *usu act. i. q. conviciator, insultator – einer der beschimpft, verhöhnt, Lästermaul:* **a** *theol. i. q. homo maledicus, sacrilegus – Lästerer, (Religions-)Frevler:* **α** *in univ.:* AUDRAD. carm. 3,2,43 audisti, -e, tibi . . . quae tenebris poenae maneant. MIRAC. Germ. 30 (MGScript. XV p. 16,28) quando iam dictus -us *(antea:* blasphemator, *v. p. 1502,41)* ab ipso sancto percussus est viro. CHART. Naumb. 111 eum *(depraedatorem praeposituae)* . . . ut rebellem et -um compellite ad satisfactionem. **β** *de haereticis et incredulis:* WALAHFR. imag. Tetr. 36 -um . . . Dei *(sc. Tetricum Arrianum)* ipsius sententia mundi ignibus aeternis . . . addicit. ANNAL. Fuld. II a. 887 p. 106,18 rex regum . . . concitavit animos imperatoris in -um *(sc. Liutwartum haereticum).* STATUT. ord. Teut. p. 86,17 si . . . ad -os nominis christiani . . . abscesserit. ALEX. MIN. apoc. p. 334,6 beatus Albertus . . . ab ipsis -is *(sc. Prutenis)* est martyrio coronatus. *de repudiatoribus deorum paganorum:* HROTSV. Pel. 257 nostri -os urget cultus . . . subdere mox morti. **b** *usu communi:* WALAHFR. carm. 1,35 ut sine labe suae graderentur ad omnia vitae, -is ne forte locum vis sancta dedisset. **2** *usu pass. i. q. homo infamis – ein Verrufener:* CAPIT. reg. Franc. 278,3 p. 344,30 si . . . iudex noster . . . talem -um (*syn.:* infamis, clamosus) comiti in mallo suo non praesentaverit. **B** *fem. i. q. sacrilega – (Religions-)Frevlerin:* GESTA Trev. cont. I 15 p. 188,15 praeposuit *episcopus monasterio* quandam neptem suam . . . arte magam, veneficam, incantatricem, -am. *de repudiatione deorum paganorum:* HROTSV. Dulc. 11,3 capite -as has et in ignem proicite. 12,5 fallacibus huius -ae praesagiis.

***blasso,** -are. *(ital. vet.* biasciare, *fort. a* *blaesiare, *cf. S. Battaglia, Grande Dizionario della Lingua Italiana. II. 1962. p. 211) inf. praes. usu subst. i. q. depastio (molesta) – das (mühsame) Abweiden:* MOSES PANORM. marisc. 1 p. 145,1 quando bene non nascuntur dentes, non poterunt *equi* ipsi bene pascere . . . et -are eorum est per dentes masselarios.

blata *v.* blatta. **blateola** *v.* bratteola.

***blateramentum,** -i *n. garritus – Geplapper:* VITA Ermin. 35 p. 497,8 cum . . . sacerdotes super eam dicerent exorzismos, 'vestra', inquit demon, 'verba non curo nec adtendo -a'.

blateratus, -us *m. balatus – das Blöken:* ALBERT. M. (?) animal. quaest. 4,8 p. 143,17 vox diversa est in animalibus, sicut . . . hinnitus in equo et -us vel balatus in ove.

blatero, -avi, -are. *script.:* pl-: *l. 59. p. 1506,2.* bra-: *p. 1506,3.* -act-: *l. 59.71.* -atte-: *l. 59.62. metr.:* blā-: *l. 62.* blă-: *l. 51.58sq.64.*

1 *de hominibus:* **a** *strictius i. q. haesitantia vel blaesa verba proferre – stottern, lispeln* (*cf.* GLOSS. III 350,46 St.-S. -o vel balbucio lispen): NOTKER. BALB. Gall. 1^{h},10 omnigenarum murmure vocum vix -ando fessus abibo. gest. 2,17 p. 83,10 hęc vix egre . . . Desiderius singultando -vit: *'eqs.'* **b** *latius i. q. garrire, stulte loqui vel affirmare – schwätzen, dumm daherreden oder behaupten* (*cf.* GLOSS. III 225,37 St.-S. -o blebbezen): **α** *absol.:* VITA Dalm. 7 (MGMer. III p. 547, 24) frustra -antem demonem ab hominibus archana dispellit *sanctus.* SEDUL. SCOT. carm. 2,55,13 ore hians patulo *mendosus* -at . . .; credas septenos verba sonare viros. WARN. paracl. 200 voces has iterat vir malus et -at (p-, blatt-, blact- *var. l.*). HUGO TRIMB. registr. 594 Avianus in . . . suo carmine -ans ut anus. *de ebriis:* ABBO SANGERM. bell. 3,93 blatterat (gloss.: stulte loquitur) . . . indignum referens brancho prorsusque brutescit. EKKEH. IV. bened. I 26,105 ebrietas variis facit hos -are loquelis. **β** *c. acc.:* AMALAR. off. 4,32,14 divisionem *personarum patris et filii,* quam -at (blasfemaverat *var. l.*) Arrius. *in fabula:* CARM. Otton. III. 20,3,45 lingua dolosa *vulpis* sed -vit, post quod aperta causa probavit. **γ** *c. inf.:* CARM. pro schola Wirz. 85 fictis hunc rosisti maledictis te se doctorem -ando tenere priorem. **δ** *seq.* quia: PETR. DAM. grat. 9 p. 29,11 quomodo ridenda fatuitas hominum impudenter blacterat, quia symoniacus sacramenta non habet?

2 *de arietibus i. q. balare – blöken:* ALDH. ad Acirc. 131 p. 180,1 arietes crissitant vel -ant (p- *F*). CARM. Bur. B 132,3^{a}, 11 aries braterat ovis atque balat. *Humperdinck*

blatinus *v.* blattinus.

1. blatta, -ae *f. script.:* pl-: *l. 14.* -act(a): *l. 10.* -at(a): *l. 9. ?form. nom. sg.* -is: *l. 13.14. metr.* blāt(a): *l. 9.*

1 σίλφη, *tinea – Schabe, Motte (cf. W. Pfeifer, Wörterbuch der deutschen Tiernamen. Beiheft 2. 1965. p. 305qq.):* AMARC. serm. 3,367 lucifugeque volant acclini vespere blate *(cf. Verg. georg. 4,243).* ALBERT. M. animal. 26,11 blactae vermes sunt a colore sic vocati, quia manum tangentis tingunt blacteo colore, qui niger est *eqs. (cf. Isid. orig. 12,8,7).* **2** *vespertilio – Fledermaus:* GLOSS. III 458,25 St.-S.-is fletharmus. 672,21 vespertilio vel p-is fledirmus (720,59 v. vel -a). *ibid. al.*

2. blatta, -ae *f.* (βλάττη) *script.:* pl-: *l. 37sq.* bra-: *l. 24.32.* -acc(a): *l. 29.46. p. 1417,18.* -anc(a): *l. 31.* -act(a): *l. 24.26.34.39. al.* -at(a): *l. 24.38.40. form. nom. sg.* -e: *p. 1417,18. metr.* blāt(a): *l. 40.*

1 a *color purpureus – Purpur(farbe), Purpurfarbstoff (cf.* GLOSS. III 312,44 St.-S. -a species purpurę blatera *[cf. Ahd. Wb. I. p. 1186]):* **α** *gener.:* ABBO SANGERM. bell. 3,14 brathea -a (gloss.: purpura) . . . militię Christi . . . nullatenus absint. 3,47 fulgeat ecclesiis ostrum (gloss. cod. Q p. 122: brata). DYASC. p. 149^{b} purpura marina, quam alii blacta Bizantiam appellant eo, quod in Bizantio primum est inventa, que ideo blacta appellatur eo, quod quasi blactula sanguinis apparet. MATTH. PLATEAR. gloss. p. 370^{A} blacta Bizantia est quaedam superfluitas, quae invenitur in ore vel brancis cuiusdam piscis, qui Bizantium dicitur. ALPHITA I p. 280,14 blaccca *(sic?)* est squamma piscis et invenitur in fronte piscis degentis in concha . . .; sed nos utimur blanca Bisantia *eqs.* **β** *pharm.:* ANTIDOT. Augiens. p. 50,33 bracta Bisantea nova ustulata. THADD. FLORENT. cons. 12,143 fiat . . . mixtura cum pulvere blacte Bizancie *eqs.* **b** *pannus purpura tinctus – purpurfarbiger Stoff:* CONC. Karol. 44^{A} p. 480,6 misimus . . . tyrea II, -as veras II, dirodina II. ANGILB. eccl. Cent. 3 p. 177, 30 casulas . . . de p-a XV (HARIULF. chron. 3,3 p. 88,17 ex plata). AGNELL. lib. pont. 119 fecit thecam super . . . altare ex blacta alithino (155). SALOM. III. carm. 1,29 p. 299 dulcius hoc . . . blatis eborique fuisset. *latius i. q. pannus pretiosus – kostbarer Stoff:* GLOSS. II 5,22 St.-S. bis coctis -is mit zuri uaruun fellolum *(spectat ad Alc. Avit. carm. 3,223).* 770,25 -is fellolunt. **c** *purpura vel murex – Purpur- oder Stachelschnecke (Purpura Brug. vel Murex L.):* ALBERT. M. animal. 4,56 hoc . . . convenit . . . generibus ostreorum, quae laha dicuntur, quae sunt blaccae quaedam. 4,60 concae . . . redolentes sicut redolent -ae Bysantiae (veget. 6,168).

2 *acus marina – Seenadel: v. p. 1417,18.*

blatteus, -a, -um. *script.:* pl-: *l. 55.* -act-: *l. 11.* -ate-: *l. 55.*

1 *purpura tinctus – mit Purpur gefärbt, purpurfarben:* GESTA Font. 17 p. 53,32 -am . . . casulam. SIGEB. GEMBL. chron. a. 510 Ludowicus rex ab Anastasio imperatore . . . tunicam -am accepit. **2** *croceus – goldgelb:* CARM. lyr. 3,1 (NArch. 50 p. 582; s. X.) plateo collo . . . in quercu canet *aureolus.* **3** *niger – schwarz, dunkel: v. l. 11.*

blattinus (blati-, balatti-), -a, -um. *purpura tinctus – mit Purpur gefärbt:* CHRON. Barth. (MGScript. XXXI p. 193,21; s. XII./XIII.) Nero . . . piscabatur retibus aureis, que blatinis (balattinis *A*) funibus extrahebantur (*item spectat ad Eutr. 7,14,1:* CHRON. Tiburt. [MGScript. XXXI p. 230,4]).

***blattula** (blact-), -ae *f.* (2. blatta) *guttula – Tröpfchen: v. l. 26.* *Pape*

***blava, *blauda** *v.* *bladum.

***blaveo,** -ere. (*cf. theod. vet.* blao) *caeruleum esse – blau sein:* CONR. MUR. clip. 22^{b} dux Schlesie tres pavones habet, ex his hic viret, hic -et.

***blavetinus,** -a, -um. *caeruleus – blau:* CHART. Tirol. notar. II 47 (a. 1242) observare . . . I warnaciam -i panni.

1. blavum *v.* blavus. **2. *blavum** *v.* *bladum.

blavus, -a, -um *vel* ***blaveus** (-ius), -a, -um. *script.:* pl-: *b. 1507,13.14. al.* breve: *p. 1507,4.5.*

[Rudolph]

1 *adi.:* *caeruleus – blau:* **a** *strictius:* CARM. Aldh. 2,162 colore . . . -eo (CONR. MUR. clip. 45[a] Rotenburg -ius color est a posteritate. 57[b] -vus color *delphini.* MOSES PANORM. marisc. 2 p. 147,20 quando color oculi est breve [*sim.* p.148,1 si oculi . . . fuerint breve]. *al.*). MAPPAE CLAVIC. praef. p. 187, 14 quando videris fumum exire . . . -vum. GLOSS. Roger. I A 2,21 qui *(pulvis)* fit de attramento et panno -vo. WALTH. AGIL. med. 3 p. 91,18 duo frustra filtri -vi. CONR. MUR. clip. 17[b] clipeo . . . -eo (53[a] -ium clipeum. *cf.* 50[a]). CHART. LUX. III 396,4 vestes mee -ee. *spectat ad vestimenta liturgica:* CATAL. thes. Germ. I 31,3 (Mittelalterl. Schatzverz. I. 1967; s. XIII.[1]) una capsula . . . cum cindato -io. 31,12 due cappe de -io examito (111,21 de plavo e.). 31,31 subtile -eum (111, 14sq. unum plavum . . ., item plavum distinctum cum croceis flosculis). *ibid. al. (v. ind.).* **b** *latius i. q. maculis caeruleis affectus, contusus – blaue Flecken habend, blau geschlagen, 'verbleut':* CHART. Biel. 4,38 (c. 1214) qui proclamaverit ad arma non vulneratus et non -eus et non spoliatus. **2** *subst. neutr.:* *infector sucus caeruleus – blauer Farbstoff:* GLOSS. Roger. I A 3,20 p. 693,31 qui *(pulvis)* fit de . . . aceto et panno tincto in -vo vel glauco. *Rudolph*

blechon (bledio, leluon), -onis *f.* (βλήχων) *puleium – Polei (Mentha Pulegium L., cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. III. p. 161sqq):* DYASC. p. 156[b] *pulegii genus* florem purpureum proferens . . . comuni nomine pantagatio vocatur . . ., ab aliquibus etiam bledio nominatur. ALBERT. M. animal. 8,42 polegium cervinum sive agreste, quod Avicenna leluon Arabice vocat. *cf.* glechon.

bledo *v.* blitum. **bledona** *v.* blandonia.

***blefaraticus** *sim. v.* *blepharocatochon.

***blepharocatochon** (blefaraticus *sim.*) *n. (an adi.?)* (βλεφαροκάτοχος) *ferramentum, quo palpebrae retinentur – Instrument zum Festhalten der Augenlider:* ARS med. 6 ut . . . feramentorum nomina describam: . . . obthalmositum, blefaraticus (blofaracatucos *G*, blefarocatochon *P*), acus.

***blepharoxystum** (blefaroxistu) *n.* (βλεφαρόξυστον) *ferramentum, quo palpebrae raduntur – Instrument zum Abschaben der Augenlider:* PAUL. AEGIN. cur. 88 convertentes palpebram radamus . . . cum instrumento blefaroxistu (*3,22,12* τοῦ . . . βλεφαροξύστου) appellato.

blesus *sim. v.* blaesus. **bleta** *sim. v.* blitum.

***blicka** (plika), -ae *f.* (*theod. vet.* blicke) *piscis quidam (sc. ex familia Cypridinarum) – Güster, Blicke (Blicca björkna L., cf. H. Fischer, Münchner Beitr. z. Gesch. d. Naturw. 1927. p. 462):* HILDEG. phys. 5,25 -a (plika *G p. 462,5*) . . . in summitate aquarum libenter versatur.

blicus *v.* blitum.

1. *blida, -ae *f.* *(orig. dub., cf. theod. vet.* blide, *v. et M. Lexer, Mittelhochdeutsches Handwörterbuch. I. 1869/72. p. 307) script.:* bidd(a): *l. 53.* -it(a): *l. 59.* *ballista – Schleudergeschütz (cf. K. Huuri, Zur Geschichte des mittelalterlichen Geschützwesens. 1941. p. 11sq.):* RYCCARD. chron. a. 1239 p. 203,18 ingenia, que bidde dicuntur. CONST. II 338 p. 447,10 pro -is faciendis XVIII marcas. ALBERT. M. meteor. 4,3,5 p. 779[b],22 proiectoria -arum et maganorum vulnerata per telum . . . plus non valent. phys. 8,2,4 p. 570[a],4 vecti in machinis, qui dicuntur . . . manganelli vel tribuchi vel -ae, movent lapidem. somn. 2,1,5 p. 163[b],17 movetur lapis, postquam non tangitur chorda blitae. NICOL. BIBER. carm. 1732 (ed. Th. Fischer. 1870) iste *(carpentarius)* parat -am. *al.*

2. blida *v.* blitum. ***blisciduS** *v.* *blixidus.

***blisso,** -are. (blaesus) *balbutire – lallen:* MIRAC. Bert. 4 p. 511,24 ille *(mutus surdusque)* . . ., quia aliud loqui nescivit, -ando respondere temtabat.

blitum, -i *n. vel* **blitus,** -i *(m.) vel* ***blita,** -ae *f. vel* ***blitis,** -is *f.* (βλίτον) *script.:* ble-: *l. 69. p. 1508,4.7.18.24. al. adde* GLOSS. III 549,50 St.-S. bleta (*a*, bleca *b*). belta: GLOSS. IV 40,23 St.-S. -c-: GLOSS. III 536,21 St.-S. blicus. *v. et l. 68.* -d-: *p. 1508,5.13. form.:* *nom. sg.* -e: ROGER. SALERN. chirurg. 3 p. 212,44. *gen. sg.* bledonis: *p. 1508,13. metr.* blē-: *p. 1508,10.*

1 *amarantus – Liegender Fuchsschwanz, Amarant (Amarantus viridis L., cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. I. p. 242sq.):* AESCULAPIUS 12 olera, quae non sunt utenda, id est bletas, olorstordes et betas (CAPIT. reg. Franc. 32,70 habeant . . . b., . . . -das). PAUL. AEGIN. cur. 249 p. 190,20 lactuce et malve et -us *(3,74,4* βλίτου *[βλίτα D]).* DYNAMID. Hippocr. 1,29 bletus virtutem habet frigidam et glutinosam. GLOSS. III 522,29 St.-S. -um stur. DYASC. p. 43[b] bleta iecore laborantibus . . . esui datur. Ps. ODO MAGD. herb. 300 caput ablutum reddat decoctio bletae. BERNH. PROV. comm. 2,3 p. 280,9 succus et semen malve, -is vel -us. WILH. CONG. chirurg. 1794 ad spinam extrahendam . . . -is decoquatur. MOSES PANORM. marisc. 19 p. 187,18 accipe . . . radices bledonis. *al.* **2** *seucla – Runkelrübe, Mangold (Beta vulgaris L., var. Rapa Dum. vel var. Cicla L., cf. Marzell, op. cit. I. p. 583sqq.):* CONSTANT. AFRIC. theor. 5,44 -is, quae et sicla dicitur (Ps. GERH. CREM. sal. I 10. ALPHITA I p. 280,18 bleta, s. idem). ALBERT. M. veget. 2,109 caulis et -us. 6,379 *mandragora* habet folia similia foliis -i (-is *A*). *al. v. et p. 1458, 50.53.* **3** *dictamnus – Diptam (Dictamnus albus L., cf. Marzell, op. cit. II. p. 122sqq.):* GLOSS. IV 364,5 St.-S. -us (ble- *cod. a. corr.*) dictamnum wiswrz. **4** *chrysolachanum – Gartenmelde (Atriplex hortensis L., cf. Marzell, op. cit. I. p. 512sqq.):* ALPHITA II p. 22,5 beta maior vel bleta . . ., atriplex agrestis vel domestica idem. *fort. add.:* ALPHITA I p. 280,19 -us, ortus, coxalidas idem. p. 304,39 orcus, -us idem.

blityri (blicteri). (βλίτυρι) *vox nihil significans: v. p. 1301,40.*

***blixidus** (blisc-, plex-), -a, -um. (*cf.* βλιχώδης) *glutinosus, mucosus – klebrig, schleimig:* FRAGM. mul. IV p. 47,3 matrice carnate sunt et hos humaectum habent et sputum multum et -um (*sim.* VI p. 604,8). TRACT. de caus. mul. 69 p. 45,10 si . . . rustrum matricis . . . -us et male olidus est. 79 si . . . menstrua . . . est plexida. 83 in ipsa matrice tumorem habent bliscidus.

***bloio,** -ire. *(cf. francog. vet.* esbloir, *v. et v. Wartburg, Frz. etym. Wb. I. p. 404)* *cilia filo constringere, ciliare – die Augenlider zusammenschnüren, aufbräuen:* FRID. II. IMP. art. ven. 2 p. 146,32 sunt oculi ipsorum *(falconum)* contegendi et claudendi . . . et huiusmodi opus appelatur ciliare seu -ire. p. 147,9 quamvis sint nidasii, tamen sunt ciliandi et -endi.

***blolus, -um** *v.* *brogilus.

***blondus,** -a, -um. *(orig. germ., cf. v. Wartburg, Frz. etym. Wb. I. p. 415) flavus – blond:* ACERB. MOR. hist. p. 168,25 (rec. M) frater imperatoris . . . erat . . . capillis -is.

blucus *v.* bruchus. ***bluda** *v.* *bluta.

***blula** *v.* *brogilus. **blumbum** *v.* plumbum.

***bluta,** -ae *f.* (abluta, *cf. ital.* biuta, *v. et Meyer-Lübke, REW[3] nr. 32) script.:* brit-: *l. 58.* blat-: *l. 54.* -d-: *l. 57.* -tt-: *l. 54.58. form.* blut(t)i: *l. 54.56.* *gluten – Leim, Bindemittel:* COMPOS. Luc. K 7 cum -am de obum gallinacium (COMPOS. Matr. 78,3 quale laborem deaurare volueris cum blutti de ovo gallinaceo). K 9 -a (bla- *L*) faciatur corius taurinum crudum *eqs.* (COMPOS. Matr. 78,4 -i de corio taurino cappilatum minutatim). K 26 de -am taurotica. MAPPAE CLAVIC. 91 adicies gummi et blude siccum. COMPOS. Matr. 81 de britta taurium . . . pannum unge et inaura. *al.* *v. et* abluta.

***bluttaon.** *(orig. inc.) vox incantationis:* FRAGM. mul. I 60 scribes in carta . . . 'ur non bur non -n' et legas in coxa dextera.

***blutto** (bluto), -avi, -are. *(orig. lang., cf. W. Bruckner, Die Sprache der Langobarden. 1895. ind. s. v.) despoliare – ausplündern:* LEG. Lang. p. 124,23 si casam cuiuscumque -verint (bluta- *5.9*, debluta- *6*). *Pape*

boa (boba, boas), -ae *f.* **1** *draco, hydrus – (Wasser-)Schlange:* ALDH. virg. I 29 p. 266,14 draconem . . ., quem boam vocant ab eo, quoniam tantae inormitatis existat, ut boves . . . gluttire soleat *(cf. Hier. vita Hilar. 39).* VITA Magni Fauc. 37 vermis magnus, cui vocabulum erat a vocis sono boas. ALBERT. M. animal. 25,20 boa de genere draconum est

[Payr]

tertii ordinis *eqs.* **2** *morbus papularum rubescentium – Rote Blattern:* ALBERT. M. animal. 25,30 dicit . . . Plinius *(nat. 28,244)*, quod antiqui dolorem contingentem ex morsu eius *(hydrae)* vocaverunt boam eo, quod fimus bovis multum valet ad curam ipsius. *inde per errorem i. q. vehemens – stark:* ABBO SANGERM. bell. 3,10 sistere sincophanta verere, boba (gloss.: vehemens, robustus; *cf. Corp. gloss. Lat. ed. Goetz V 8,9* boba vehemens rubor) tamen adsis.

***boal** *v.* *bal.

boalca (-e) *subst. buglossa – Ochsenzunge (Anchusa officinalis L., cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. I. p. 262):* GLOSS. III 470,3 St.-S. -a i. hosenzunga (486,21 -e ohsenzunga. 494,16. 603,43).

boao *v.* boo. **boarius** *v.* 1. bovarius. **boas** *v.* boa.

boatus, -us *m. form. abl. sg.* -o: *l. 32.*

1 *de hominibus et vocibus eorum:* **a** *vociferatio, clamor – Geschrei:* NICOL. BIBER. carm. 1701 (ed. Th. Fischer. 1870) *textores* primatum per ineptum sepe -um obtinuere. *c. sensu detrectandi de sermone poetico:* CARM. Cenom. 5,63 sermo . . . incultus torvo garrire -u exsequitur passim coeptus amore tuo. GODESC. SAXO carm. I 7,55 *poesis* sancto flatu, non vili inflata -u . . . demulcet mentem. **b** *cantus – Schall:* WALAHFR. Wett. 846 *visa* manifesta voce canenda et cunctis liquido citius dicenda -u (gloss. R: sono). **c** *praedicatio – Verkündigung:* VITA Altm. 18 aereae . . . columnae erant doctores, doctrinae -u dulciter ut aes sonantes. *expressius de concilio:* CARM. libr. II 26,5 pontifices Gangren quinto coluere -u. **d** *sonus – Laut:* ERMENR. ad Grim. 11 p. 545,29 *verbum* dictum est . . . a verbere et -u, id est ab ictu et sono. **2** *de rebus:* **a** *strepitus magnus vel obtusus, fragor, rumor – dumpfer Lärm, das Dröhnen, Grollen:* AETHICUS ISTER 37 p. 24,26 *bastarma* -o ingentissimo organorum atque draconum sonitum reddit. 75 p. 58,19 flamma cum strepitu . . . prorumpit et flante ventu -um et mugitum magnum emittit. NOTKER. BALB. gest. 2,7 *organum* rugitum quidem tonitrui -u, garrulitatem vero lyrę . . . dulcedine coęquabat. POETA Saxo 4,67 tetri sonitus . . . variique -us. *al. per compar.:* ALDH. epist. 5 p. 490,9 praeconio . . . ceu tonitruali quodam -u fragore nimboso emergenti auditus nostri quatiuntur. **b** *sonitus – Klang:* ERMOLD. Ludow. 4,435 tuba . . . clare dat rite -um.

boba *v.* boa. **bobalus** *v.* bubalus.

***boberella,** -ae *f.* (*theod. vet.* puparella) *vesicaria – Blasen-, Judenkirsche (Physalis Alkekengi L.):* HILDEG. phys. 1,58 de -a: . . . -am in fumo . . . aridam fac . . .; furfures tritici . . . in patella cum -a calefaciat. 1,201 (cod. G p. 499,16) omnia alia de borith et de -a similia sunt.

bobilinus *v.* bubulinus. **bobinus** *v.* bovinus.

***bobio** grailin, gobia guue GLOSS. III 369,50 St.-S. *(inter pisces; orig. et signif. inc.).*

***bobitus,** -a, -um. *(a* bos, *nisi subest vox slav.) de curru fort. i. q. bobus iunctus – viell.: Ochsen-:* CHART. Sil. C 21 p. 304,4 (a. 1241) ab omni . . . vexatione castrensium sint immunes, scilicet powoz -o, mirza, strosa *eqs.*

bobolinus *v.* bubulinus. **bobulcus** *sim. v.* bubulcus.

***bobulus** siua GLOSS. III 486,22 St.-S. *(inter herbas; orig. et signif. inc.).*

1. boca, -ae *f.* (βῶξ) *phoca – Seehund (Phoca vitulina L. vel sim.):* GLOSS. III 202,28 St.-S. -as merohsun . . ., item phocas *(cf. Isid. orig. 12,6,9). adde:* ALBERT. M. animal. 8,32 animalia, quae in mari congregantur sicut greges ad invicem, sunt ista: . . . bokydez (*p. 610b,4* βῶκες) *eqs.*

2. boca *v.* 1. bucca. **3. boca** *v.* 1. beta.

1. *bocca *subst. (tatar.* baghtak, *inde ital.* bautta, *cf. J. v. Hammer-Purgstall, Gesch. der Ilchane. 1842. p. 45) ornamentum capitis mulierum – Kopfschmuck der Frauen:* WILH. RUBRUQU. itin. p. 232,18 habent ornamentum capitis, quod vocant -a, quod fit de cortice arboris . . . et est grossum et rotundum *eqs.* p. 233,13 illud . . . -a apparet galea et virgula desuper lancea. *ibid. al.*

2. bocca *v.* 1. bucca. ***boccerius** *v.* *bucherius.

***boccularius** *v.* *buticularius.

***bocelatus** *v.* *buccello. **bocella** *v.* buccella.

bocetum *v.* bucetum.

***bocharia** *v.* *bucheria.

***bocium** *v.* *botium. ***bocran** *v.* *buccaranus.

***boctica** (but-), -ae *f. (arab.* būtaqa, *cf. Siggel, Arab.-dt. Wb. d. Stoffe. p. 96) catinus, botus – (Schmelz-) Tiegel:* ANON. secret. p. 46,15 vasa, in quibus dissolvuntur ⟨corpora⟩, sunt . . . manthici, -e, tenallia. p. 46,17 bot et marbot, quod est -a super -am. Ps. GERH. CREM. sal. I 9 p. 18,21 in buticatim (buticatum *P secundum arab.* būdaqa mar, *cf. J. Ruska, Das Buch der Alaune und Salze. 1935. p. 125*[6]) vitreatum argillatum. *v. et* 2. *botus.

bocularis *v.* pocularis.

***boda,** -ae *f. (theod. inf. vet.* bode, *cf. Mittelniederdt. Handwörterb. I. 1956. p. 303) casula, tugurium (mercatorum) – Hütte, (Verkaufs-) Bude:* CHART. Lub. I 13 p. 20,23 (a. 1203/09) theloneum dare non debet, si ibi habet -am, navem, hudeuat vel mattam in nundinis (*cf.* p. 21,6). CHART. Walkenr. 352 datum in tuguriis sive ad -as. CHART. Lub. I 350 p. 327,14sqq. quod nulla wada . . . debet propius ad -am gurgustri venire . . . ; wada autem pertinens ad -am . . . poterit piscari libere. CHART. Hans. I 856 quod . . . in dicto campo nullus hominum -as faciat nisi . . . cives *eqs. al.*

bodanicus *v.* botanicus. ***bodellus** *v.* *bedellus.

***bodemo,** -onis *m. (theod. vet.* bodam, bodem, *cf. Ahd. Wb. I. p. 1243sqq.) fundus – Boden (cf. Dt. Rechtswb. II. p. 395):* CHART. Rhen. med. II 242 p. 282,20 (a. 1209) de quolibet -e vasis . . . dabitur Colon(iensis) denar(ius).

***bodicarius,** -i *m. (cf.* *boda, apothecarius?) tabernarius – Krämer:* CHART. Meckl. 1135 (a. 1267) de platea Cervi usque in plateam -orum.

Boedromion (monodaranuen) *m.* (Βοηδρομιών) *mensis quidam Graecorum:* ALBERT. M. animal. 7,66 in mense, qui Graece dicitur monodaranuen (*p. 597a,23* τοῦ Βοηδρομιῶνος), hoc est in Septembri.

***boelus, -um** *v.* *belus. **boema** *v.* boethema.

Boetes *v.* Bootes.

boethema, -atis *n.* (βοήθημα) *adiutorium – Hilfe:* THIOFR. flor. 3,1 p. 368[B] *electi Dei* sperantibus in se et clamantibus suam . . . exhibent praesentiam per . . . -um (boematum *ed., cf. Mart. Cap. 2,114*) in . . . difficultate efficaciam.

***boethematica** (bitania- *sim.*), -on *n. pl.* (βοηθηματικός) *de titulo libri Sorani i. q. adiutoria – Hilfsmittel:* AURELIUS 17 p. 718,19 hoc oportet ad clisterem foris deducere, sicut in secundo bitaniaticon (voetanticon *cod. Augiens. CXX*, betamaticon *cod. Vindob. Lat. 68*) ostendimus.

boethos (-tos) *m.* (βοηθός) *auxiliator – Helfer:* CONR. HIRS. dial. 1096 per Boetium adiutorium miserorum; boetos (bootes *B*) enim adiutor dicitur.

***boeticus,** -i *m. (fort. confunditur c.* Boetes, Bootes) *bubulcus – Rinderhirt:* GLOSS. II 341,11 St.-S. -i (*spectat ad Isid. orig. 15,15,4* Baetici) hrindirarae.

Boetis *v.* Bootes. **boetos** *v.* boethos.

***bofrago** *v.* *borago. **boga** *v.* boia.

***Bogenarius,** -i *m. (theod. vet.* bogenaere) *vice cognominis i. q. arcuarius – Bogenschütze, 'Bogner':* ALBERT. STAD. annal. a. 1233 Borchardus, comes de Aldenburg, . . . relinquens post se heredem Heinricum -um.

bogensis *v.* burgensis. **boglossa** *v.* buglossa.

***bogula** *v.* *bugula. **bogus** *v.* boia *l. 67.*

***bohordicium,** -i *n. (francog. vet.* be-, bohorder *a franc.* *bihurdan, *cf. v. Wartburg, Frz. etym. Wb. I. p. 357sq.) hastiludium – Lanzenspiel:* LAMB. ARD. hist. 90 postquam . . . Arnoldus . . . -a frequentasset et torniamenta. *cf.* *bagordo.

boia (boga), -ae *f.* **1** *vinculum – Fessel, Schelle:* **a** *collare – Halsring, Halseisen (cf.* GLOSS. II 390,27 St.-S. -is halstruhin. 425,29 bogis bougun; -a et baga unum sunt, halsdruch. 521,62 bogus kelbirga. *al. [loci spectant ad Prud. psych. praef. 33. perist. 1,46]):* ALDH. virg. I 33 -as in collo et compedes in cruribus nectunt. NOTKER. BALB. martyr. III. kal. Apr. tolle -am de collo meo. AMARC. serm. 3,394 ut . . . colla . . . bogę primatum stringant. GALB. Karol. 41 p. 584,12 compedes, nervos, -as, manicas. *al. v. et* baca *p. 1303,17.*

[Payr]

b *compes – Fußfessel:* WILH. HIRS. const. 1,3 p. 936^{c} carcer, bogae, excommunicatio et flagella. 2,8 de bogis . . . sunt quaedam leviores . . ., quaedam vero graviores, ita ut inclusus dormitorium ascendere non valeat. MIRAC. Wigb. 5 (MGScript. VIII p. 521,8) -a . . . constringebat . . . captivi pedem. 7 (ibid. p. 522,17) -am magni ponderis tumbae sancti superposuit. CHRON. Bened. II 24 p. 236,14 -a . . ., que talos Berhtrici . . . artabat. PASS. Thiem. II 11 p. 58,39 pedes ferrea boga religatus *episcopus*. METELL. Quir. 29,30 bogam fert, qua pes tenetur unus. ARNOLD. LUB. chron. 2,7 p. 130,28 -am aqua benedicta . . . aspersit *eqs. al.* **c** *usu vario vel incerto:* HARIULF. chron. 4,9 p. 199,25 -as sancto obtulit. PETR. CAS. (?) chron. 4,58 miles . . . -a catenisque devinctus. LIBER ordin. Patav. 7,14 p. 1029,3 -as sancti Petri (p. 1029,7). RICHER. SENON. gest. 2,25 p. 284,8 si quis -arum et cathenarum velit considerare in ipsa ecclesia pondus. **2** *ornamentum, anulus – Schmuckstück, Ring:* RUODLIEB V 355 (ed. E. H. Zeydel. 1959) ⟨cum gran⟩di boga gracili pendendo catena *fibula*. *v. et* *bauca.

***boidewinus** *v.* *beduinus. ***boka** *v.* *bauca.

bolarium (vo-, -rum), -i *n.* (βωλάριον) *glebula – Klümpchen:* MAPPAE CLAVIC. 24 cum permixtio pura fuerit, facis offulam, et erit -rum conflatum et inunctum (*sim.* 25 -ii in mo⟨d⟩um. COMPOS. Matr. 15,5 v-um). 73 mittis v-a in vas.

bolatus *v.* bullo.

bolbitum (volvi-), -i *n.* (βόλβιτον) *fimus bubulus – Kuhmist:* PAUL. AEGIN. cur. 199 p. 126,23 stercus volvito (*3,43,1* βολβίτῳ) simile videtur. 211 p. 150,8 tiriaca utendum et volvito (*3,48,3* βολβίτου) conbusto.

bolbum *sim. v.* bulbus.

***bole** *(f.)* (βολή) *buccella, frustum – Bissen, Stück: v. p. 1512,55.*

***bolena,** -ae *f. (cf. ital. vet.* bolino, *v. S. Battaglia, Grande Dizionario della Lingua Italiana. II. 1962. p. 439) caelatura – Graviertechnik:* LIBER mem. Blas. a. 1279 (MG Script. XXIV p. 825,37) *Ottonis, episcopi Hildensemensis,* ymago in columpna est sculpta iuxta boleman (*i.* bolenam).

***bolengerius,** -i *m. (francog. vet.* bolengier, *cf. v. Wartburg, Frz. etym. Wb. I. p. 427sq.) pistor – Bäcker:* CHART. Bern. II 481 p. 501,1 (a. 1260) quilibet pistor seu -ii *(sic?)* singulis annis debet nobis octodecim denarios.

boletus, -i *m. (? n.* -um: *l. 44.47) script.:* po-: GLOSS. III 110,1 St.-S. 173,17. *v. et l. 59.* do-: GLOSS. III 199,69 St.-S. bul-: GLOSS. IV 197,48 St.-S. buletum. *v. et l. 66.* bolle-: *l. 53.* -id(us): *l. 49.66.*

I *fungus – Pilz, Schwamm (cf.* GLOSS. III 267,39 St.-S. -us buliz. 495,10 -um suam. *al.): A gener. (hic illic fort. i. q. Agaricus campester [L.] – viell.: Champignon, e. g. l. 55):* VITA Pard. 9 (MGMer. VII p. 29,19) in vetusta arbore -idos, quos vulgui lemigas vocant, adherentes repperit. ANTIDOT. Glasg. p. 113,27 ad -us mortales, id est contra fungos venenatos. ECBASIS capt. 545 vescatur dominus, monachilis quę vehit usus: . . . ficis, bolletis. AMARC. serm. 3,71 -um ut gustans, insanam, aconita, cicutam. ODO Ern. duc. 6 p. 356^{A} fungis vescuntur et albis -is. ALPHITA I p. 284,2 cheme est -us laudabilis. ALBERT. M. veget. 1,147 fungi et tuberes et omnia genera -orum (2,86. *ibid. al.*). *adde:* TURBA phil. 49 p. 153,26 philosophi . . . *hoc arcanum* aquam nominaverunt et sputum -orum (po- *var. l.; ex arab. per errorem pro* lunae, *cf. notam ed. p. 235*^{3}). **B** *spec.:* **1** *Agaricus caesareus (Scop.) – Kaiserling:* GLOSS. p. 252,23sq. Th. -us cheiserlinc *(spectat ad Iuven. sat. 5,147. 6,621).* **2** *Cantharellus cibarius (L.) – Echter Gelbling, Eierschwamm:* GLOSS. III 486,15 St.-S. -us phifera. **3** -us montanus *i. q. Polyporus officinalis (L.) – Lärchenschwamm:* GLOSS. V 40,14 St.-S. agarico i. bulidus montanus lorihboumesswam. **4** *Merulius lacrimans (L.) – Hausschwamm:* GLOSS. III 526,18 St.-S. -us husessuam (550,46). **5** *Elaphomyces cervinus (Schröt.) – Hirschtrüffel:* GLOSS. III 50,28 St.-S. -us hirzswam (537,25). **6** *de specie dubia:* GLOSS. III 581,2 St.-S. -us huntswamme.

II *?radix lychnidis coronariae – ?Wurzel der Kranzlichtnelke:* GLOSS. III 550,53 St.-S. -us crebiswrz *(cf. Plin. nat. 21,171).*

bolidus *v.* boletus. **bolismus** *sim. v.* bulimus.

***bolla** *(f.) (ital. dial. septentr.* bola, *cf. C. Battisti – G. Alessio, Dizion. etim. ital. I. 1950. p. 551) palus – Sumpf, Moor:* CHART. Ticin. 11 (ed. L. Brentani, Cod. dipl. Tic. I p. 32,28; a. 1190) cui *(secundae peciae)* coheret ei a mane -a, a meridie terra sancti Iohannis *eqs.*

bolletus *v.* boletus.

***bolluga,** -ae *f. (orig. inc.) anagallicum – Bachbunge (Veronica beccabunga L. vel sim., cf. E. Björkman, ZDt-Wortforsch. 3. 1902. p. 266):* GLOSS. III 537,3 St.-S. -a bungen. *cf.* *buga.

***bollum** *subst. (orig. inc., nisi cohaeret c.* bulbus *vel theod. vet.* bolla, *cf. Ahd. Wb. I. p. 1253sq.) pepo vel fructus peponis – Melone oder Melonenkern (cf. E. Björkman, ZDtWortforsch. 6. 1904/05. p. 192):* GLOSS. III 49,40 St.-S. -um fedem̄ same.

1. bolus, -i *m. (f.: l. 22sq.)* (ὁ, ἡ βῶλος) *form.: nom. sg.* -os: *l. 22.35.40sq. acc. sg.* -on: *l. 23. metr.* bŏ-: *l. 33.*

1 *gleba, argilla – (Ton-, Heil-)Erde, 'Bolus' (de argillae specie subrubea Armenica, cf.* GLOSS. III 537,15 St.-S. -us blutstein. 550,13 -us blutstein [*a*], bruchstein [*b*]): **a** *pharm.:* PAUL. AEGIN. cur. 179 Armenia -os (*3,32,2* βῶλος) bibita (203 p. 136,19 Armeniam -on). CONSTANT. AFRIC. grad. p. 353,16 -us Armenicus valet contra pestilentiam. MATTH. PLATEAR. gloss. p. 372^{A} -us frigidus est et siccus . . .; terra est, quae in Armenia reperitur, unde -us Armenicus dicitur; . . . eligendus est in colore rufus *eqs.* ROGER. SALERN. chirurg. 1 p. 178,38 (add. cod. M) si vis, ut vehementius desiccet, appone -um. ARNOLD. SAXO fin. 3,67 ranni idem est quod -us Armenicus; lapis est subrubeus; huius virtus est constrictiva sanguinis (*sim.* ALBERT. M. miner. 2,2,16). ALPHITA I p. 293, 21 gipsustereos . . ., -us Armenicus idem. Ps. OTHO med. 34 de bonitate -i spem tu tibi ponere noli, qui frangi nescit *eqs. al.* **b** *techn.:* MAPPAE CLAVIC. 293 p. 244,35 magra i. sinopidum vel -us Armeniacus. COMPOS. Matr. 69,6 -os Armeniacos fricatur cum aceto. 76,5 mitte -um ad extanationem *christalli.* GEBER. investig. 4 p. 484 de -i praeparatione. **2** *per confusionem i. q. atramentum sepiae – schwarzer Saft des Tintenfisches:* ALBERT. M. animal. 8,124 utitur *sepia* . . . luto illo, quod -ôs Graece (*p. 621^{b},29* βόλῳ) vocatur, ad se cooperiendum . . .; -os autem est quoddam lutum *eqs.*

2. bolus, -i *m.* (βόλος) **1** *corpor.:* **a** *buccella – Bissen:* WILH. SALIC. chirurg. 1,18 p. 309^{c} sumat duos aut tres -os portulacae. ALBERT. M. animal. 23,132 oportet ipsam *avem* in omni -o bibere, quia aliter sibi cibus . . . non descendit. **b** *frustum – Stück:* SALIMB. chron. p. 364,6 extrahebant de corpore eius *(Albrici),* cum adhuc viveret, in platea quilibet unum -um. **c** *?digitorum crepitus – ?Fingerschnippchen:* ALBERT. M. eth. 1,5,7 p. 67^{a},42 *(titulus sepulcri Sardanapali)* nulla . . . tam digna sunt in vita sicut digitorum detentione facere -os *(ex fonte ignoto, de textu Graeco v. RE I A p. 2443,15sqq.).* **2** *spirit. i. q. articulus fidei – Glaubensartikel:* ALBERT. M. miss. 2,8,2 p. 58^{a},41 symbolum . . . idem est quod Latine collatio, et dicitur per compositionem a σύν . . . et βόλη, quod est pars masticata semel in ore . . ., quia quilibet apostolorum in eo -um, hoc est articulum diu per masticationem meditationis perfectum, posuit. 2,9,2 *Andreas* -um suum posuit dicendo: 'et in Iesum Christum *eqs.*' 2,9,7 Thomas . . . adiunxit -um dicens *eqs. ibid. al.*

3. bolus *v.* bulbus. **bolzo** *v.* bultio.

***bomarius,** -i *m. (orig. inc., nisi subest theod. vet.* bomer) *?lignarius – ?Holz(be)arbeiter:* REGISTR. Pant. Col. 17,15 p. 125,15 (c. 1225) -us . . . securem novam annuatim cellario coquinę dabit vel veterem meliorabit. 50 p. 190,28 Wilhelmus -us.

bomax *v.* bombyx. **bombacinus** *sim. v.* bombycinus.

***bombarda,** -ae *f. (ital.* bombarda, *cf. S. Battaglia, Grande Dizionario della Lingua Italiana. II. 1963. p. 300) species tibiae graviter sonantis – tiefklingendes Blasinstrument, Bombarde:* TROTULA 18 p. 15,18 coram eo *(infante)* . . . nec asperis vocibus cantandum neque raucis sicut -is.

bombax *v.* bombyx. ***bombecium** *v.* *bombycium.

[Payr]

***bomb(e)o,** -ere. (βομβεῖν) *murmurare, susurrare – brummen, summen:* ARNOLD. SAXO fin. 2,6 p. 63,3 -entia videntur *alata eqs. (cf. infra l. 50sqq.).* ALBERT. M. animal. 8,181 *apes* -endo faciunt strepitum (*cf. p. 627*[a],27 ἕως ἂν . . . βομβήσῃ) sicut cum cornu. 12,199 animal anulosi corporis per telam sui dyafracmatis hanhelat, propter quod . . . sonat -endo.

bombex *v.* bombyx. ***bombiceus** *sim. v.* *bombyceus.

bombicus, -a, -um. **1** *altisonus – laut schallend:* SYLL. Sangall. 20,5,2 sanctitati tantę cantu personemus -o. **2** *tumidus – prahlerisch:* ERMOLD. Ludow. 1,354 Durzaz turri conclamat ab alta voce cacinnosa -a dicta canens. *v. ThLL. s. v.* bombica.

bombilo, -are. **1** *murmurare, susurrare – brummen, summen:* CARM. Bur. B 132,2[a],15 apes -at. **2** *graviter sonare, resonare – dumpf (er)tönen, dröhnen:* NIVARD. Ysengr. 5,855 clanga . . . -at ingens et maior tonitrus altera more molit. 5,1062 -at (bon- *E*) hic grossum ventre lagena cavo.

bombix *v.* bombyx.

bombizo (pam-, bam-), -are. (βομβάζειν) **1** *murmurare, susurrare – brummen, summen:* **a** *proprie de apibus:* ALDH. ad Acirc. 131 p. 179,20 apes ambizant vel -ant (bobizant, bobitant *var. l.; de fonte v. supra p. 547,48sq.*). **b** *in imag. de beatis i. q. laetari – frohlocken:* EKKEH. IV. bened. I 24,41 provocat (gloss.: dux ille) examen super astra citare levamen, ut paradysiacis sibi pa-ent (gloss.: id est gaudeant) sub opacis. carm. var. II 1,45 spretis ceris ba-bunt sibi cęlis *apes.* **2** *fremere – Laute ausstoßen:* ALBERT. M. (?) animal. quaest. 1,13 p. 89,27 gallus, cum debet supponere, cantat et saltat et -at et similiter equus et alia.

***bombo** (bum-), -are. **1** *de bestiis i. q. mugire – brüllen:* PAUL. ALBAR. carm. 9,56 *(in imag. c. sensu praedicandi)* Lucas ut taurus magno cum murmure -at. **2** *de hominibus:* **a** *strictius i. q. vociferari, tumultuari – schreien, lärmen:* NICOL. BIBER. carm. 1310 (ed. Th. Fischer. 1870) tu cum sis princeps, noli bumbare deinceps, nec profer verba . . . acerba. **b** *latius i. q. laetari – frohlocken (cf. l. 25sqq.):* CARM. cod. Paris. 13955 f. 3[v] Deo laudes . . . persolvere debes, dum memor ipse tui fueris, per secula bumbans. **3** *de rebus i. q. resonare – dröhnen:* NICOL. BIBER. carm. 300 (ed. Th. Fischer. 1870) si te sathane rapit orcus, tecum bumbabit, quod uti vesica sonabit.

bombochylon (bulaquilon, niaculon) *subst.* (βομβόχυλον) *mandragora – Alraun (Mandragora officinarum L., cf. André, Lex. bot. p. 60):* GLOSS. III 543,50 St.-S. niaculon alrun. 549,42 bulaquilon alrune *(cf. Corp. gloss. Lat. ed. Goetz III 554,48. 619,3).* *v. ThLL. s. v.* bulboquilon.

***bombono,** -are. *murmurare, susurrare – brummen, summen:* ALBERT. M. summ. creat. II 1,4,3,3,5 p. 382[a],43 ideo -antia (*Arist. p. 456*[a],*18* βομβοῦντα) videntur alata, cum moventur, attractione spiritus offendentis ad subcinctorium rotularum. *cf.* *bomb(e)o.

bombosus (bam-, bum-), -a, -um. *boans, raucisonus, strepens – (laut) brüllend, schreiend, schallend (cf.* GLOSS. I 58,32 St.-S. bu-o liudonteo): **1** *spectat ad bestias:* ALDH. virg. I 20 p. 250,8 in cuius *(Elisei)* exortu aurea quadrupes . . . -ae vocis mugitum reboasse describitur. II 57 asellam, garrula quae pridem -a (bu- *var. l.*) fauce rudebat. CARM. de Nyn. 222 -o processit clamore taurus. **2** *spectat ad homines:* ALDH. virg. II 293 pueros . . ., sanctum qui carpere vatem . . . student -a (bu- *var. l.*) voce frementes (1550 stimulant Martem -a [ba- *var. l.*] v. falanges). CARM. var. II 10,2,8 grandia iactanter bu-a fauce cacinnas.

bombus (po-, bum-), -i *m.* (βομβός)

1 *de bestiis:* **a** *murmur, susurrus – das Brummen, Summen:* ALBERT. M. summ. creat. II 1,43,3,5 p. 382[b],11 qui sonus *(sc. apum et vesparum)* ficto nomine dicitur -us. **b** *mugitus – das Brüllen:* ALDH. virg. II 285 aurea hunc *(Eliseum)* -is (bu- *R*) nascentem bucula vatem signavit. **2** *de hominibus et voce eorum:* **a** *strictius i. q. clamor, lamentatio – Schrei, Wehelaut:* ABBO SANGERM. bell. 2,431 guttura millenis crepitant, planctu quoque, -is (gloss.: sonis). FROUM. carm. 36,17 -o qui *(pueri innocentes)* luctus lacrimantur coniuge Iacob. **b** *latius de oratione, poesi, cantu:* α *sonitus magnus, tonitrus – Donnerklang (der Stimme):* SYLL. Sangall. app. 5,43 *Rhetoricae* in -o cęlum tellusque resultans concilium iuvenum convocat atque senum *(cf. Mart. Cap. 5,427).* β *sonitus grandis – Gepränge:* IOH. SCOT. carm. 8,2,6 verborum -i fallere saepe solent. FROUM. carm. 2,5 cum vox sit garrula faucis, quę caret ingenio, quia non fit pactio -o. γ *tonus, modus – Ton, Weise:* WALAHFR. (?) carm. 50,1, 3 si mihi millenis fluerent modulamina -ys. SYLL. Sangall. 23,3 aurea iam resonent redimitis carmina -is. CARM. satyr. 5 (ZDtPhil. 4 p. 145) sitit varium, quem fert symphonia, p-um. **3** *de rebus:* **a** *de instrumentis musicis i. q. strepitus, clangor – Schall, Klang:* ALDH. virg. II 2789 sicut . . . concisis . . . clamat barbita -is. TRANSL. Corn. 1,10,2 (MGPoet. IV p. 238) fit tubarum -us ingens (BENZO ad Heinr. 2,18 p. 621, 5 -is . . . t. stridoribusque lituum). GESTA Apoll. 409 timpana grandisonis cui *(Apollonio)* certant ludere -is. AMARC. serm. 1,430 notant . . . mimum digitis percurrere cordas . . . nuncque ipsas tenuem, nunc raucum promere -um. *al.* **b** *de universitate rerum i. q. vox – Stimme:* HEIRIC. Germ. I 6,625 rex regum . . ., quem sua collatis iubilat plasmatio -is (gloss.: sonis), astra, poli, nubes *eqs.*

***bombyceus** (-bic-), -a, -um. *sericus – seiden:* FRUTOLF. chron. p. 71,42 homo . . . clarissimus, indutus alba veste -icea (bambicea *Leo Archipr. hist. Alex. 3,17,11)* ornata ex auro et lapidibus preciosis.

bombycinus, -a, -um. (βομβύκινος) *script.:* lum-: *l. 48.* bum-: *l. 38.* bam-: *l. 50.* ban-: *l. 39.* -bic-: *passim.* -bac-: *l. 39.46.49sq. metr.* -bȳcī-: ALDH. ad Acirc. 128 p. 176,15 de ditrocheo: . . . -icinus.

1 *adi.:* **a** *e filis bombycis (agrestis) confectus, sericus – (halb)seiden:* ALDH. virg. I 9 p. 236,16 -icinum purpurae peplum et serica imperatorum trabea. 35 p. 278,3 illum . . . olosericis et -icinis indutum vestibus. CATAL. thes. Germ. I 59,3 (Mittelalterl. Schatzverz. I. 1967) -icinum *pallium altaris.* 86,4 cum duabus bumb(i)cin(is) *cappis.* HIST. Aret. 9 (MGScript. XXX p. 1482,2) recepit inde vestimentum banbacinum. *al. serica veste indutus – in Seide gekleidet:* EPIST. Meginh. 1 p. 192,18 te . . . -icina Colonidum corpora, immo ipsa . . . Colonia . . . sollicitat. **b** *e gossypii lanugine confectus, xylinus – baumwollen:* GLOSS. III 174,7 St.-S. -icina tunica bowelenroch. 189,50 -icina bomwollin. **c** *chartaceus – Papier- (v. infra p. 1515,71sqq.):* ALBERT. M. animal. 23,82 incende licinum factum de carta -acina. **2** *subst. neutr.: linum xylinum, flocci lanuginis gossypii – Baumwolle, Watte:* MOSES PANORM. marisc. 4 p. 162,14 accipe herbam . . ., que facit lumbacinum album *(v. notam ed.).* infirm. 36 p. 135,21 pone super locum mali bambacinum mundatum et bene carminatum.

***bombyclum,** -i *n. (m.* -us: *l. 69)* (bombyx) *script.:* bam-: *l. 65.67.69.71.* bum-: *l. 56.63.* bun-: *l. 60.* bub-: *l. 71.* bon-: *l. 57.* -bic-: *l. 71.* -bac-: *l. 56.61.63.65.* -bec-: *l. 57.60.63.* -bat-: *l. 69.* -cum: *l. 56.*

quod manu semel capere poterit. ALBERT. M. (?) animal. quaest. 7,33/39 p. 187,65sqq. -o et talia animalia carent sanguine . . .; si saliva hominis . . . infundatur super -em, . . . ipsum interficit. 10,5 p. 218,4sq. cum mola producitur -o, quia ista materia est aptissima ad generationem -is. *al. de effigie:* CHRIST. cal. Mog. 2 (MGScript. XXV p. 239,46; a. 1252/53) *acerra* habens similitudinem vermis horribilis, scilicet ut -is. *de certa specie i. q. Bombinator igneus (Rösel) – Gelbbauchige Unke:* ALBERT. M. animal. 26,9 est . . . quoddam -um genus, quod cornuti a sono vocis dicitur, quod est coloris cinerei fusci et crocei in ventre *eqs.* **2** *pharm.:* GLOSS. Roger. III 529sqq. contra fistulam et contra lupum accipe -em . . . et -o apponatur in veru . . . et -o bene assetur *eqs.* IOH. IAMAT. chirurg. 9,14 buffonis combusti, salvie viridis . . . ana unc. 1. ALBERT. M. animal. 23,87 p. 1480,32 ure -em et fac pulverem et in pastu falconi tribue. *v. et supra p. 1310,53.* **3** *eccl. de bestia diabolica:* VITA Norb. II 81 viderunt -em mirae magnitudinis in scypho reptantem. OTTO SANBLAS. chron. 47 p. 77,38 sacerdos . . . -bus serpentibusque plenum reperit *vas.* CAES. HEIST. mirac. I 5,6 p. 286,29 diabolus in -em maximum ad instar gallinae se transformans. 11,39 duos ibi *(sc. in sepulcro usurarii)* conspicantur -es, unum in ore crumenae, alterum in pectore. II 1,11 p. 30,14 adest preparatus vermis -o, ultor apostasie, fugitivi os ingrediens. *al. adde:* CAES. HEIST. mirac. I 10,69 sacerdos *Iudaeorum* ad altare accedens . . . sub eis *(pannis)* . . . maximum -em invenit. **4** *magice:* THEOPH. sched. 3,48 *(de creatione basilisci)* immittuntur -es, qui ova foveant. ROB. TOR. chron. a. 1145 inventus est buffo unus inclusus . . . in muro Cenomannis civitatis; quo occiso buffones infra menia exinde fuerunt *eqs.* CHRON. Albr. a. 1233 p. 931,42 (epist.) accusatum oportuit confiteri se hereticum esse, buffonem, cattum, pallidum virum . . . in osculo salutasse. ALBERT. M. veget. 6,269 astitit, qui diceret, quod, si circa -em circulus smaragdo fieret et postea lapis oculis -is exhiberetur, alterum duorum fieri *eqs.* **B 1** *in imag.:* ALDH. epist. 3 p. 479,11 palustres pontias . . . potare, in quis atra -um turma catervatim scatet *eqs. alch.:* ARTEPH. secret. p. 55 vultur . . . volans per aerem et -o gradiens per terram est magisterium. *fort. i. q. residuum – viell.: Bodensatz:* Ps. AVIC. anim. 6,2 capit. p. 163 tractat . . . de signis cupri cocti et de buffone. **2** *per compar.:* LIUTPR. leg. 36 -is in modum tumefactus *imperator.* BERTH. RATISB. serm. (SBWien 147/V. p. 82,2) sunt *haeretici* . . . ut -es, extra graves ad videndum, cum etiam dicantur oculos, cum videntur, ledere. ALBERT. M. animal. 6,100 frustum sicut -o formatum. **3** *in nominibus:* **a** *loci:* REGISTR. Pant. Col. 35,1 (s. XIII.med.) prope Paludem Bufforum (*cf.* 33,10 prope Cradinpůl). **b** *lapidis ('Krötenstein'):* ALBERT. M. miner. 1,1,9 p. 12b,41 ex aqua . . . generantur lapides . . . non ad plenum diaphani, sicut est calcedonius et ille, qui dicitur lapis buffonis. **4** *proverb. (cf. H. Walther, Lateinische Sprichwörter und Sentenzen des Mittelalters. I. 1963. p. 248sq.):* NIVARD. Ysengr. 6,304 librat -o tenax atque relibrat humum. IOCALIS 974 -em cura, fiet te iudice luna.

II *vermis quidam intestinorum – ein Eingeweidewurm:* ALBERT. M. meteor. 4,1,27 p. 744b,27 sunt *vermes alvi* aliquando lati breves sicut parvi bubones *(sic?)* et dicuntur a vulgo -es.

2. *bufo (buvo), -onis *m.* *(ital.* buffo, *cf. Meyer-Lübke, REW³ nr. 1373)* *ioculator – Possenreißer:* BERTH. RATISB. serm. 19 p. 100,40sqq. quae *(uxores)* quandoque vilem omnino rufianum et buvonem plus diligunt quam honestum maritum . . .; sic quaedam animae plus diligunt vilissimum buvonem et rufianum, i. e. peccatum hoc vel hoc, quam ipsum Deum.

***buga,** -ae *f.* *(a theod. vet.* bungo *ut vid., cf. Ahd. Wb. s. v.) anagallicum – Bachbunge (Veronica beccabunga L. vel sim.):* GLOSS. III 526,27 St.-S. -a bugin. 536,31 -a bunghen. *cf.* *bolluga.

Bugaeus (Buggeus), -i *m.* (Βουγαῖος, *accedente vi nominis q. e.* Bagoas *ut vid.*) *spado – Verschnittener:* ABBO SANGERM. bell. 3,98 Buggeus (gloss.: spado) apparat et burgos, verum biliosus. GLOSS. IV 41,22 St.-S. Buggeus hodeloser.

***bugantia,** -ae *f.* *(ital. dial.* buganza, *cf. S. Battaglia, Grande Dizionario della Lingua Italiana. II. 1962. p. 432) pernio – Frostgeschwür:* THEOD. CERV. chirurg. 3,6 p. 160B -ae sunt ulcera in calcaneis, quę plurimum consueverunt accidere adolescentibus tempore magni frigoris. WILH. SALIC. chirurg. 1,55 capit. p. 304C quę *(apostema, durities al.)* . . . vocantur a laicis elpito, alias -ę.

***bugatatus,** -a, -um. *(cf. ital.* buratto) *cribratus – gesiebt:* CHART. Tirol. 515 (c. 1200) quisque gastaldio debet ei *(episcopo)* saumarium unum . . . et II bulcias et II modios farine frumenti -e.

Buggeus *v.* Bugaeus.

***bugi(du)lon** *subst.* *(cf.* bugillo *?)* **1** *Ajuga reptans (L.) – Kriechender Günsel (cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. I. p. 167sqq.):* GLOSS. III 518[11] St.-S. bugidulon consolida mediana. **2** *vincapervinca – Immergrün (Vinca minor L.):* GLOSS. III 569,16 St.-S. bugilon singruna (719,31). *cf.* *bubilia.

***bugilla,** -ae *f.* *(cf.* buglossa, bugula) *lingua canina – Echte Hundszunge (Cynoglossum officinale L., cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. I. p. 1296):* GLOSS. III 526,15 St.-S. -a hundeszunge. *v. et supra p. 1394,70.*

***bugla** *v.* *bugula.

buglossa, -ae *f.* (βούγλωσσος) *script.:* bog-: *l. 30.34. 41.46.* -os(a): *l. 43. form. abl. sg.* -o: *l. 41. metr.* bŭ-: *l. 37.* **1** *lingua bubula – Echte oder Italienische Ochsenzunge (Anchusa officinalis L. vel italica Retz, cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. I. p. 262sqq.):* GLOSS. med. p. 13,10 boglossa, hoc est lingua bobina, id est sibissone; fertur, quod haec herba in vino pota hylaritatem bibentium provocat *eqs.* DYNAMID. Hippocr. 2,53 -a . . . ad tertianas sive quartanas *eqs.* GLOSS. III 52,3 St.-S. boglossa (bu- *cod. a. corr.*) ochsenzunga (518,31 -a vel bubula ochsenzung. *ibid. al. v. et supra p. 1386,35*). 172,21 -a i. rindeszunga (486,27. *ibid. al.*). ODO MAGD. herb. 1127 lingua bovis Graeco sermone -a vocatur (*cf.* 1136. 1880). RUODLIEB II 28 Plinius *(cf. 25,81. 26,116)* herbarum vires scribens variarum laudat -am res ad multas nimis aptam: in validum potum *eqs.* AMARC. serm. 3,214 quantum a boglosso Lethea papavera distant. TRACT. de aegr. cur. p. 365,34 electuarium confectum de flore -e et zuccaro. TRACT. de chirurg. 307 tenuitates radicis -ose. GLOSS. Roger. III 457 -a . . . valet contra . . . tumorem. ALPHITA II p. 24,13 -a, lingua bovis idem; acuta habet folia *eqs. al. fort. add.:* GLOSS. III 591,57 St.-S. de boglossa ohsenwurz.

2 *lingua canina – Echte Hundszunge (cf. l. 22):* GLOSS. III 537,22 St.-S. -a hundeszunge.

bugolcus *v.* bubulcus.

***bugula** (bog-, beg-) *vel saepius* ***bugla** (bucla), -ae *f.* *(orig. inc., nisi cohaeret c.* bugillo) **1** *Ajuga reptans (L.) – Kriechender Günsel (cf. Fischer, Pflanzenkunde. p. 258; Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. I. p. 167sqq.):* GLOSS. III 526,31 St.-S. bugula wuncrůt (536,54. 537,44. 551,17 bogula [begula *b*]). TRACT. de aegr. cur. p. 191,39 consolide utriusque, bugle, betonice, saniculi. GLOSS. Salern. p. 4b,32 bucla venci media (*cf.* p. 11a,10 venti media, id est bugla). GLOSS. Roger. I A 1,12 p. 533,32 recipe succi sanamude, absinthii, pigle, bugle, herbe Roberti ana; detur vulnerato (WILH. CONG. chirurg. 1028. NOTULAE Wilh. Cong. 826). ALPHITA II p. 25,20 bugla folia habet aliquantulum rotunda *eqs.* **2** *crista galli – Klappertopf (Alectorolophus Böhmer, cf. Marzell, op. cit. p. 181sqq.):* ALPHITA II p. 24,17 bugula, fistularia idem secundum Laur(entium).

*?**builla** praton GLOSS. II 152,10 St.-S. *(spectat ad Cassian. conl. loc. inc.; ad* bubali *refert dubitans ed.; fort. est derivandum a* bos *secundum* suillus; *v. et Ahd. Wb. I. p. 1326).*

1. *bula *subst.* *(orig. inc., nisi cohaeret c.* 1. bulla, *v. p. 1611,30)* *species plantae – Pflanzenart:* ANTIDOT. Sangall. p. 90,10 -a et ebulum mittis.

[Prinz]

2. bula *v.* bulla. ***bulacar** *v.* *bezoar.
bulaquilon *v.* bombochylon.
***bulbonicus** *v.* *bubonicus.

bulbus, -i *m. (?n.* -um: *l. 20)* (βολβός) *script.:* vu-: *l. 11sq. p. 1608,2.* vol-: *l. 29.* bil-: GLOSS. III 551,26 St.-S. *cod. b.* bolb-: *l. 19sq.22.* bol(us): *l. 19sq.23.* -ldus: *l. 16.* -ll(i)us: *l. 47.49.* -lv(us): *l. 12.15.17.29. p. 1608,2. ? form. nom. sg.* -o: *l. 19sq.*

I *proprie:* **A** *in univ. i. q. radix globosa vel tuberosa, cepa – Knolle, Zwiebel:* ANTIDOT. Bamb. 22 antidotum diabulbon . . .: vulbos mundos et coctus . . ., -os quoquis *eqs.* ANTIDOT. Glasg. p. 107,8 vulvo de lilio ϑ i (EKKEH. IV. bened. prol. 2,23 lilia lacteolis candentia pingere -is. ODO MAGD. herb. 812 eius radicis -us, quae lilia profert. 820. 836). ANTIDOT. Lond. p. 19,27 -vo narcisso, quod est semile lampagione (DYNAMID. Hippocr. 2,99). ANTIDOT. Sangall. p. 92,12 -dus z iii. IOH. DIAC. cen. 2,44 -vos (-bos μ, *Ps. Cypr.*) sterilis fert Lia. GLOSS. III 471,16 St.-S. -us bungo; -us est etiam radix herbarum rotundus ut uniones. 486,18 bolbo bol (494,27 bolo bol). 495,7 bolbum wrzza (486,19 bolum wurda. IV 365,6 -o). *al.* DYNAMID. Hippocr. 2,100 -um eius *(asphodeli)* tritum. GLOSS. med. cod. Trev. p. 173,2 bolbum i. radix vel caput (*sim.* GLOSS. III 486,16 St.-S. bolum). ALPHITA I p. 280,45 -us est omnis radix tunicata, sed moderni medici, dum simpliciter ponunt, accipiunt pro radice narcissi (*sim.* II p. 25,12). *al.* **B** *de speciebus plantarum (interdum etiam de radicibus earum; de re v. André, Lex. bot. p. 60sq.):* **1** -us agrestis: **a** *hierobulbum – Schopfige Bisamhyazinthe (Muscari comosum Mill.):* GLOSS. med. p. 89,14 volvos agrestes, quos in cibo frequenter sumimus, vulnera sanant. DYNAMID. Hippocr. 2,98 -us agrestis, quem . . . hieron -um vocamus. *absol.:* DIAETA Theod. 162 -us, id est lampaiones (GLOSS. III 503[8] St.-S. lampaionus -us. *cf. l. 42).* **b** *hermodactylus – Herbstzeitlose (Colchicum autumnale L., cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. I. p. 1070sq.):* ALPHITA II p. 45,1 colcico vel -us agrestis, quem dicunt effemeros, nascitur in fine autumpni *(cf. Diosc. lat. 4,80).* **2** -us scilliticus *i. q. scilla – Meerzwiebel (Urginea maritima Baker):* GLOSS. med. p. 51,8 panatrion -i scilletici. p. 81,18 sypto Aegyptii vocant, quod a Latinis -i scilletici dicuntur. DYNAMID. Hippocr. 2,97 scillitici -i medium, quod est album (*huc spectat* GLOSS. IV 365,4 St.-S. -us ringulae lampaionus). ALPHITA I p. 280,48 -us scilliticus vel -us rufus, id est squilla (*sim.* II p. 25,8). *absol.:* MATTH. PLATEAR. gloss. p. 376[A] -i semen, id est caepe marinae (*cf.* ALPHITA II p. 25,11). **3** -us ematicus: **a** *hemerocalles – Feuerlilie (Lilium bulbiferum subsp. croceum Chaix):* DYASC. p. 99[b] bemerocalles aut catalempton vel bullius *(sic?)* ematicus ([*cf. Diosc. gr. 3,122 rec. RV*]. *sim.* ALPHITA II p. 82,7 bullus). **b** *narcissus – Narzisse (Narcissus L.):* DYASC. p. 131[b] narcissum sive -um ematicum sive ut Latini -um vomificum *(cf. Ps. Apul. herb. 55). absol.:* GLOSS. III 569,15 St.-S. -us crisso. *v. et l. 25.* **c** *hierobulbum – Schopfige Bisamhyazinthe (cf. l. 28sq.):* DYASC. p. 43[a] -us, qui manducatur, qui etiam ematicus dicitur, folia habet longiora . . .; eius speties sunt due, una que habet ruffum -um . . ., alia vero species plus isto eustomachotera est *(cf. Diosc. gr. 2,170).* **4** -us astus *i. q. barba Iovis – Hauswurz (Sempervivum tectorum L.): v. p. 1117,32.* **5** *ascalonia – Schalotte (Allium ascalonicum L.): v. p. 1014,4.* **6** *?ampeloprason – ?Weinbergslauch (Allium vineale L., cf. Marzell, op. cit. p. 216sq.):* BERNH. PROV. comm. 11,2 p. 319,20 -i, id est cepe canine. **7** *cepa hortulana – Küchenzwiebel (Allium cepa L., cf. Marzell, op. cit. p. 198sq.):* GLOSS. III 536,43 St.-S. -i cepe zwippoln (539,5. *al.*). ALPHITA I p. 313,26 semen -i, id est semen grissae et domesticae sepae. **8** *porrum sectivum – Schnittlauch (Allium Schoenoprasum L.):* GLOSS. III 518[11] St.-S. -us britola cepa minuta. **9** *anagallicum – Bachbunge (Veronica beccabunga L. vel sim.): v. l. 18.* **10** *labrusca – Wilde Rebe (Vitis silvestris Gmel.):* GLOSS. III 522,9 St.-S. -i hundesbere. **11** *de specie dubia:* ALPHITA I p. 281,1 -us studius, id est flos lupini (*sim.* II p. 25,10 -us scudius). *v. et l. 42.*

II *translate i. q. pupula – Augapfel:* ANTIDOT. Sangall. p. 92,32 quibus vulvi oculorum foras exeunt per dolorem.

bulcia *v.* bulga, bultio. **buldus** *v.* bulbus.

bule, *acc. sg.* βουλήν *(f.)* (βουλή) **1** *proprie i. q. consilium – Rat:* ABBO SANGERM. bell. 3,58 -ĕ (gloss.: consilium, sermo) tegat Christi mentem tibi, gausape mensam. **2** *meton. i. q. conventus seniorum – Rat(sversammlung) der Ältesten:* ALBERT. M. pol. 2,9[d] p. 181[a],29sqq. quos *(seniores)* vocant Cretenses βουλήν (*p. 1272[a],8* βουλήν), id est consilium; dicit enim Damascenus, quod βούλησις est voluntas consiliativa, a qua illos βουλήν dicunt. 2,10[c] p. 188[b],16 Lacedaemones . . . senes eligebant, quos βουλήν, id est consiliarios, vocabant (*cf.* 2,10[d] p. 188[b],39).

***bulesia** *v.* *bullesia.

***bulesis** (vulisis), *acc. sg.* βούλησιν *(f.)* (βούλησις) *voluntas libera et deliberativa – freier und überlegter Wille (cf. A. Schneider, Die Psychologie Alberts des Gr. 1903/06. p. 265; loci pendent a Ioh. Damasc. fid. orthod. 2,22.26):* ALBERT. M. summ. creat. I 4,25,1 p. 487[a],8sqq. Damascenus . . . dividit voluntatem in ϑέλησιν et βούλησιν . . .; βούλησις . . . est appetitus cuiusdam rei rationalis. II 1,65,2 p. 550[b],14 βούλησις, hoc est voluntas finis, non eorum, quae ad finem sunt. summ. theol. I 20,79,1 p. 838[a],12sq. vulisis . . . sive βούλησις – quia, ubi Graeci ponunt 'v', nos ponimus 'b' – est rationalis appetitus consiliativus, non secundum impetum motus, sed secundum libertatem electionis. p. 838[a],28. II 4,14, 4,1 p. 197[a],24.

buletum *v.* boletus.

buleuterion (bel-) *n.* (βουλευτήριον) *conventiculum – Versammlungsstätte (cf. J. Schlosser, Die abendländische Klosteranlage des früheren Mittelalters. 1889. p. 32):* GESTA Font. 17 p. 55,34 condere domum iuxta absidam basilicae . . ., quam conventus sive curia, quae Grece beleuterion dicitur, appellari placuit.

bulga, -ae *f. script. et form.: nom. pl.* pulgones: *l. 38. acc. pl.:* -cias: *p. 1606,12.* -ges: *l. 43.*

1 *proprie i. q. saccus, pera – Sack, Tasche (cf.* GLOSS. III 669,47 St.-S. [*inter instrumenta equestria*] pulgones pulgi. IV 41,30 -a pulga. 168,15; *de re v. J. Hubschmid, Romanica Helvetica. 54. 1955. p. 25sqq.):* ALDH. virg. II 2564 casta cruentatum gestavit -a (*cf. Vulg. Iudith 13,11* in peram) tropeum. INSTIT. regal. 3 (MGScript. XXX p. 1452,9) videntes *Anglici* ad clusas evacuari males et -es. CHART. Argent. I 616,108 omnia, quecumque necessaria fuerint ad . . . obsidiones castrorum, sive in -is sive in bustris . . ., facient *sutores.* CHART. Mog. A 225 p. 160,28 abbatissa . . . super caballum duas -as plenas farina debet mittere. WOLFGER. itin. comput. 1 p. 8,19 de parandis -is XI den. (*cf.* p. 8,27). CHRON. reg. cont. II a. 1205 p. 178,14 vasa . . . in -is et in somariis sublata sunt. *v. et p. 1606,12. de hauritorio:* CHART. scrin. Col. B 1207 (a. 1272) domus . . . tantum de eodem puteo optinebit, quod due -e eundem puteum intrare et exire possint. **2** *translate i. q. venter – Bauch:* NIVARD. Ysengr. 1,1060 qualiter . . . uterus tonnę . . . mugit, taliter ad vastas -a lupina sudes (*antea:* multicavi ventris mantica).

bulganica *v.* vulgago.

***bulgifer,** -eri *m. saccarius – Sackträger:* NIVARD. Ysengr. 4,475 -r, ausculta, quid . . . mandem (*item de asino:* 4,679 -r imprudens).

***bulgravius** *v.* *burggravius. **bulidus** *v.* boletus.

bulimosus (bolism-), -i *m. qui fame immoderata laborat – ein an unmäßigem Hunger Leidender:* BERNH. PROV. comm. 8,2 p. 301,6sq. siseleos . . . valet bolismosis . . . datum; horribilitate enim sua inficit meatus, unde non tantum appetit bolismosus.

bulimus (vu-, boli(s)mus *sim.*), -i *m.* (βούλιμος) **1** *fames immoderata – unmäßiger Hunger* (*cf.* GLOSS. I 58,24 St.-S. -us werna): AURELIUS praef. p. 480,13 *(inter morbos chronicos)* aurium dolorem et dentium, elephantiasis, bolismum. CONSTANT. AFRIC. theor. 6,19 p. 28a[v] bolismus est ex mala complexione frigiditatis in ore stomachi *eqs.* (*cf.* 9,25 p. 46a[r]). 9,26 p. 46a[v] bolismus est nimia fames mensuram

[Prinz]

excedens *eqs.* TRACT. de aegr. cur. p. 245,45. 246,33. Ps. GALEN. anat. 16 p. 194[B] ex nimia apertione eius *(splenis)* ... accidit -us (verolismus sive bollismicus *V[1] p. 20,35*) sive caninus appetitus. **2** *qui fame immoderata laborat – ein an unmäßigem Hunger Leidender:* AESCULAPIUS 27 p. 42,34 ex quibus bolimos appraehendimus? GLOSS. med. p. 90,7 vulimus dicimus, qui iter agere solent *eqs.* *Prinz*

bullio *v.* bullio.

1. bulla, -ae *f. (? m.* -us: *p. 1610,26) script.:* boll-: GLOSS. I 382,9 St.-S. *cod. a.* bul(a): *l. 59.*

I *pustula – Blase (cf.* GLOSS. III 295,31 St.-S. -a blatera. *al.):* **A** *gener. (cf.* GLOSS. IV 41,24 St.-S. -a wazzerplatera *al.):* WALAHFR. hort. 164 lucet agens circum lomenti -a salivam. ERCHANB. FRISING. (?) gramm. p. 76,15 'toreuma', quod esse quidam dicunt tornaturam vel -am, quae fit in aqua (*cf.* GLOSS. II 371,53 St.-S.). **B** *medic.:* ALPHITA I p. 281,2sq. -a, flectana idem; -a herba est. II p. 25,4 -a herba est; -a flectaria idem. p. 25,26 bula, flecteria idem. p. 65,18.

II *ornamentum teres – runder Schmuck:* **A** *umbo – Buckel, Knopf:* ALDH. virg. II 207 quamvis auratis praecellat fibula -is ([*huc spectat* GLOSS. II 14,28 St.-S. pulca vel casto *d*, cnopfon *c*]. *sim.* ad Acirc. 111,25). CARM. de Karolo et Leone 248 stringit acus clamidem gemmatis aurea -is. WALTHARIUS 1193 cum -is (gloss. cod. I p. 9: plechelin) baltea et enses. LIUTPR. antap. 6,6 scuta optima cum -is deauratis. DUDO hist. 3 p. 97,23 ensem ... in capulo bratteolisque atque -is artificialiter mirabiliterque sculptum. CASUS Petrish. 1,48 laquearia ... basilicae undique per intervalla -is deauratis ornavit. *funda (gemmarum) – Fassung (für Edelsteine):* GLOSS. II 499,44 St.-S. -is bolcon caston *(spectat ad Prud. psych. 475).* III 665,62 -a chasti. *ibid. al. v. et l. 21.* **B** *sphaerula, capsula, appendiculum – (kleine) Kugel, Kapsel, Anhänger (interdum i. q. tintinnabulum – Glöcklein, Schelle, e. g. l. 43.45 [de re v. P. E. Schramm, Herrschaftszeichen und Staatssymbolik. II. 1955. p. 554sqq.]. cf.* GLOSS. III 151,42 St.-S. -e nusculin. 175,13 -e vel monilia nuschelen. 191,27 -e nuscun. 295,4 -a sperula aurea i. rinch. *al.):* **1** *gener.:* ALDH. ad Acirc. 66,5 aurea dum fulvis flavescit -a metallis *(sc. in culmine chrismalis formam domus exhibentis).* AETHICUS ISTER 98 p. 73,24 ‹collo -is› (‹› colla -as *codd.*) *ornatus* Pithagoras. THEODULF. carm. 2,255 equus ornatus phaleris -isque superbis (*cf.* LIGURINUS 4,62 *equi imperatoris* lucida multisonis phalerantur pectora -is. ODO Ern. duc. 7 p. 367[A] mulum, cui pectora circum pulcrae dependent -ae). RUODLIEB V 372 ‹dant b›ullę dulcem se conlidendo fragorem. 380 -ę cum bacis clangunt. XIII 122 multę dependent undique -ae. LEO MARS. chron. 3,32 p. 723,6 iconam rotundam ... argenteis etiam -is extrinsecus in giro circumdatam. CHART. Mog. A 457 p. 365,31 dedit ... Dei famula Diceha monile seu -am pectoralem auream. ODO Ern. duc. 8 p. 372[B] alios talaria -is induit aurivomis. **2** *spec. in ornatu regali:* AGNELL. lib. pont. 174 p. 390,27 rex ... indutus purpurea ... veste, ex sinistro latere obriziaca pendentia -a. BENZO ad Heinr. 3,15 p. 628,29 Ardoinus ... expoliatus cingulo regalis -ae. *in fabula:* ASINARIUS 101 -a meo non pendeat aurea collo.

III *sigillum – Siegel:* **A** *proprie:* **1** *de sigillo pendente vel in charta impresso:* **a** *de sigillo metallico:* **α** *papae (sc. plumbeo praeter p. 1610,5):* STEPH. EDD. Wilfr. 34 scripta apostolicae sedis iudicia ... cum -is (bulis *1*) et sigillis signatis (57. ACTA Geng. p. 104,28). CONC. Karol. 46[B],18 *dimissoria* universalis pontificis aut imperialis vel metropolitani -a roborari oportet. ANAST. BIBL. epist. 5 p. 415,18 codices plumbea -a munitos. IOH. VIII. epist. A 196 p. 157,37 epistolam ... -a nostra iussimus in calce signari. GREG. CAT. chron. II p. 249,29 -a vel formata privilegiorum non auri vel prętiosioris metalli insignita habetur, sed tantummodo plumbi (*cf.* HEINR. WIRZ. cur. 985 non auro, non argento sacra -a refulget, insignit cartas plumbea forma sacras). CHART. Tirol. 563 p. 47,30 sententiam ... secreto dictatam interclusam sub -a nostra fecimus retineri. CHART. Himmelport. 2 p. 95,1 noveritis nos sub ... Alexandri pape IIII. -a inconcussa et inconvulsa et incontaminata vidisse litteram. CHART. Wirt. V 1591 p. 350,16 litteras domini pape ... stilo, filo et -a sanas et salvas. CONR. MUR. summ. 6,6[q] p. 475,7 -a pape rotunda de plumbo per cordas lini vel canapi carte solent appendi. p. 475,16 papa famosis indulgentiis vel statutis auream -am quandoque appendit. CHRON. Erf. mod. II a. 1241 p. 237,5 *Coelestinus IV. papa* nec pallio nec infula vel -a functus ... diem clausit extremum. CHRON. Albr. a. 1234 p. 936,45 nova compilatio decretalium sub -a domni pape canonizata. *al. v. et l. 13.66. p. 1612,68.70.* **β** *imperatoris vel regis Romanorum (sc. plumbeo vel aureo):* DIPL. Karoli M. 211 iussionem ... subscribere et de -a nostra iussimus sigillare. NICOL. I. epist. 127 p. 648,24 epistolae ... cum episcopali et regia -a signatae. DIPL. Karoli III. 94 *auctoritatem* -a nostra iussimus sigillari ac sigillo nostro corroborari *(cf. notam ed.).* DIPL. Arnulfi 83 *auctoritatem* insuper etiam sigillo -ę nostrae iussimus assigniri. DIPL. Otton. III. 226 p. 641,25 *auctoritatem* sigillo nostro atque -a blumbea signiri ac bullari iussimus. 326 cum huius plumbi -a figurari et insigniri *paginam* precepimus. DIPL. Heinr. III. 45 p. 58,20 paginam ... aurea nostrę imaginis -a iussimus insigniri. GREG. CAT. chron. II app. p. 292,26 *reliquit abbas* -am auream I in prȩcepto, quod fecit ... Heinricus *(II.)* imperator. WIBALD. epist. 377 p. 506,32 misimus Aquensi villico ... duas -as aureas perfectas. ANNAL. Ianuens. II p. 38,19 privilegio suo aurea -a bullato. ANNAL. Crem. a. 1269 (MGScript. XXXI p. 8,16) privillegio -u aureo munito. CHART. Tirol. 1036 p. 82,32 scriptum ... -a aurea typario nostre maiestatis impressa fecimus communiri. *saepe. v. et p. 1609,62. 1613,13.* **γ** *principum variorum:* COD. Karol. 54 p. 576,32 sifoniatas -as eiusdem epistolae *(sc. Iohannis, patriarchae Gradensis)* repperimus. CHART. Burgenl. I 116 (a. 1221) concessimus *(sc. rex Hungariae)* paginam auctoritatis nostre secretiori privilegio, aurea videlicet -a. 531 p. 355,36 -am auream presentibus duximus propriis manibus appendendam. CHRON. Erf. mod. II a. 1274 p. 265,26 nunctius imperatoris Grecorum logotheta ... cum litteris et -is aureis concilio exhibitis. *al. v. et p. 1609,62.* **b** *de sigillo cereo (huc traximus etiam exempla materiae dubiae):* **α** *imperatoris Romanorum:* CHART. Tirol. 674 (a. 1215) paginam conscribi iussimus et maigestatis nostre -a consignari. CHART. ord. Teut. (Thur.) 8 p. 13,10 paginam ... impressione -e nostre signatam. CONST. II 274,1 p. 382,30 testamentum ... cerea et pendente -a eiusdem domini imperatoris *(sc. Frid. II.)* insignitum. **β** *principum variorum saec.:* CHART. Stir. I 175 p. 177,24 (a. 1138) quę *(pagina)* et altrinsecus -am Otakri marchionis inpressum continet. CHART. Heinr. Leon. 17 -a nostra cartam presentem sigillari precepimus. CHART. Frauens. 13 (ed. W. Küther, UB Frauensee. 1961) -e nostre impressione presentem cartam duximus *(sc. lantgravius)* roborandam. CHART. Eichsf. 214 in ... testimonium -am nostram fecimus *(sc. comes)* appendi. CHART. Brunsv. II 79 p. 31,28 pagine -am nostram iussimus *(sc. dux)* adhiberi. *al.* **γ** *principum variorum eccl.:* CHART. Mog. A 404 p. 309,17 (a. 1101) iura ... praesenti pagina una cum ecclesiae nostrae -a confirmamus. VITA Vicel. 118 cartis inscripsit hec et -a stabilivit *episcopus.* SIDO ad Gozw. p. 244,5 episcopus ... libertatem ... privilegio sua -a insignito confirmavit. CHART. episc. Spir. 119 p. 136,40 abbatibus, qui ... suas eciam -as una cum capitulo Spirensi scripto prȩsenti apponere curaverunt. ARNOLD. LUB. chron. 3,19 p. 161,24 epistola signata -is omnium episcoporum. CHART. Eichsf. 185 prescripta ... -e nostre appensione roboramus *(sc. archiep. Moguntinus).* CHART. Otterb. 16 p. 16,7 -as earundem personarum et capituli maioris ecclesie Spirensis -am ... fecimus applicari. CHART. civ. Erf. 94 hec ... -e nostre munimine fecimus *(sc. praepositus)* consigniri. CHART. Sangall. B 459 p. 333,1 litteras ... sanas et integras et in nullo viciatas in -a papali plumbea et episcopali cerea *(sc. episcopi vice legati curialis fungentis). al.* **2** *de sigillo solo auctoritatem principis repraesentante (cf. Th. Ilgen, Sphragistik. [2]1912. p. 6):* OTTO FRISING. gest. 1,57 p. 81,30 venerunt ... cum -a aurea nuncii iunioris Romanorum regis Heinrici. CHRON. Reinh. a. 1197 p. 557,1 cum imperialium premonstracione -arum Herman-

[Steinmann]

num . . . ad profeccionem Ierosolimitanam commonuit. WILBR. OLD. peregr. 1,17,1 ut hospes, si terram intraverit, absque regia -a exire non possit. **3** *de sigillo, quo merces exportandae signantur, i. q. plumbea – Plombe:* LIUTPR. leg. 53 quae *(pallia)* sunt vobis digna, plumbea notentur -a vobisque sinantur. **B** *meton.:* **1** *charta sigillo insignita – gesiegelte Urkunde:* NIVARD. Ysengr. 5,168 te fortasse fefellit, qui -am tribuit. CARM. Bur. B 131,1,12 in domo Romulea cum -a fulminante (131ª,1,1 -a f. sub iudice tonante . . . veritas opprimitur). 131,2,8 nec in bello nec in -a. VITA Ariald. add. (MGScript. XXX p. 1064,32) cepit igitur Guido tenens manu excommunicationis -am ad populum conqueri. **2** *forma sigilli – Siegelstempel:* STATUT. ord. Teut. p. 103,1 -a capituli servabitur sub tribus seris et clavibus. CHRON. Albr. a. 1228 p. 922,8 fugitivi quidam . . . de falsa -a, quam habebant, litteras peregrinationis sigillabant. **3** *exemplar monetae – Münzstempel oder -modell:* CHART. select. Jesse 57 p. 19,31 (a. 1099) monetarius . . . -as seu cuneos a camerario recipiet. **C** *translate i. q. pars cancellariae curialis, ubi bullae chartis affiguntur – Siegelamt der päpstlichen Kanzlei, 'Bullaria' (cf. Bresslau, Urkundenlehre. I. p. 308⁴):* ORD. canc. pap. 2,12 quousque littere . . . in -a penitus fuerint expedite et lecte ibidem publice. HEINR. WIRZ. cur. 330 mittitur ad -am carta refecta sacram (*sim.* 994. 999. 1006). CATAL. fam. pap. p. 197ᵇ,14 *recipiunt praebendas* -a IIII *eqs.*

IV *singularia:* **A** *tuber – Beule:* NIVARD. Ysengr. 2,47 occipitis molem testatur -a repente. **B** *?calyx – ?Blütenknospe:* SEDUL. SCOT. carm. 63,21 tellus florigeras turgescit germine -as *(cod.,* bulbas [*i.* vulvas] *ed.).* **C** *species herbae – Pflanzenart: v. p. 1609,17. cf.* 1. *bula.

2. bulla *v.* pullus.

***bullarius,** -a, -um. *?umbonibus ornatus – ?mit Buckeln verziert:* CATAL. thes. Germ. I 27,62 (Mittelalterl. Schatzverz. I. 1967; c. 800) plumaticas maiores et minores XV et spadas ⟨. . .⟩cundas II et -os ⟨. . .⟩.

***bullator,** -oris *m. officialis litteras papales bullis obsignans – Beamter, der die päpstlichen Urkunden siegelt (cf. P. Herde, Beiträge zum päpstlichen Kanzlei- und Urkundenwesen. 1961. p. 172sq.):* ORD. canc. pap. 3,2,2 nullus omnino notator, -r, breviator aut scriptor petitiones . . . promovendas assumat. CONST. II 215,19 *papa* existens sibi -r et scriptor et forsitan etiam numerator. MART. OPP. chron. cont. 3 (MGScript. XXX p. 712,38) *Nicolaus III.* retentis iuxta se -bus in suis litteris Datam Suriani fecit apponi. CATAL. fam. pap. p. 199ᵇ.

1. *bullatus, -us *m. appensio bullae in charta – Besiegelung:* HEINR. WIRZ. cur. 241 tercia *dies* grossabit, -um quarta videbit.

2. bullatus, -a, -um *v.* bullo.

***bullesia** (-ule-, -eta), -ae *f. (ital.* bulesia, *cf. C. Battisti – G. Alessio, Dizion. etim. ital. I. 1950. p. 632) pars quaedam ungulae equi – ein Teil des Pferdehufes, Hornstrahl:* IORDAN. RUFF. equ. 6,46 p. 88,6 inter carnem vivam et ungulam, videlicet in -etis (*sim.* 6,49 p. 92,9). 6,49 p. 93,2sqq. -ae pedum . . . subtilentur, ut bulesiae dictae possint . . . exhalare; deinde ab utraque parte -orum *(sic?)* flebotometur.

***bullifer,** -era, -erum. **1** *adi.: umbone ornatus – mit einem Buckel versehen:* ALDH. virg. I 9 p. 237,3 baltheus -r. **2** *subst.: portitor chartae – Überbringer einer Urkunde:* NIVARD. Ysengr. 5,170 -r obiecit. 5,268 -r infit.

***bullimentum,** -i *n. bullitio fervida – das Kochen, Sieden:* DYASC. p. 136ᵇ,44 *massa* iterum bulliat et secundo -o liquat.

bullio, -ii *vel* -ui, -itum, -ire. *script.:* boll-: *p. 1612,5.* boli-: GLOSS. II 157,20 St.-S. buli-: *p. 1612,46. adde* COMPOS. Luc. K 10. *form.* -eat: ANTIDOT. Glasg. p. 113,7.

I *intrans.:* **A** *bullas emittere – Blasen entwickeln:* **1** *gener.:* MAPPAE CLAVIC. 134 cum infusa fuerit *terra, quae vocatur limia,* -et et sonum dat stridoris. **2** *spec. i. q. fermentari – gären:* WILH. RUBRUQU. itin. p. 227,16 *lac equinum* incipit -ire sicut vinum novum. *v. et p. 1612,57. remissius:* ALBERT. M. veget. 2,50 quando . . . plantae multum humoris habentes inciduntur, . . . humorem spumosum emittunt quasi -endo; quae bullitio et spumositas *eqs.* **B** *fervere – sieden, kochen:* COMPOS. Luc. C 4 qui *(sc. metallum)* dum bu[i]llierit et solutum fuerit. K 20 ista tota . . . per oram unam bolliant. ANTIDOT. Bamb. 52 -at ad igne lentum. ANTIDOT. Lond. p. 18,38 mitte malba . . ., fac -ire in aqua. THEOPH. sched. 1,30ᵉˣ· coque super carbones ita, ut non -at. 3,93 cum *herba* bene -uerit. TRACT. de chirurg. 441 cum . . . vinum -endo consumitur, iterum addas vinum. CHRON. Andag. 17 p. 42,5 -entes carnes . . . ignis suggestus coquebat. HERACLIUS II 34 unam aut duas undias -ire facies. ALBERT. M. veget. 6,13 herba *aloes* . . . teritur, et exprimitur succus eius, et hoc cum -ierit diu, soli exponatur. animal. 3,110 fit mel . . . acetosum, quando nimis -it. *al. v. et p. 1611,62. remissius:* ALBERT. M. veget. 2,67 calor solis . . . tangens arborem et -ire faciens succum. 5,84 caliditas . . . faciens humores -ire de profundo centri ad circumferentiam. *in imag.:* CAND. FULD. Eigil. I 9 p. 226,42 malae cogitationes, quae igne iracundiae -entes quasi aqua erumpunt foras. **C** *aestuare – sprudeln, wallen:* **1** *strictius:* ALDH. virg. II 813 cum . . . aequora per vitreos -rent . . . campos. CARM. Aldh. 1,105 cum -ret brumalibus undosus vortex fluctibus. HIST. mart. Trev. 24 qualiter adhuc sanguis ex eodem osse . . . -ret. ANNAL. Mell. Scot. a. 1229 (MGScript. IX p. 625,9) sol nitet, aura tepet, aqua -it, terra virescit. **2** *latius:* ALDH. virg. I 41 cum Aetnaei montis incendia favillis late scintillantibus -rent. *redundare – wimmeln:* ALDH. virg. II 1400 qua . . . cadaver . . . -ret vermibus atris.

II *trans.:* **A** *coquere – (etwas) kochen:* RECEPT. Sangall. I 1 facis unum corpus -tum in invicem. BOTAN. Sangall. 3,2 -is ea *(sc. herbam).* CHRON. Camer. 3,29 ut . . . furti reum . . . in chaldaria fecerit -ire. HERACLIUS II 44 in crastino *oleum* ad ignem -es. WILH. RUBRUQU. itin. p. 229,4sq. -unt illud *(lac)* et coagulatur -endo. ALBERT. M. animal. 26,29 *seta vermis* est adeo durus, quod, . . . si -atur, non emollescit. **B** *per confusionem i. q. bullare – besiegeln:* DIPL. Otton. III. 331 pręcepta aureis sigillis -ta.

adi. **1. bulliens,** -entis. **1** *proprie:* **a** *bullas exhibens – Blasen bildend:* ALBERT. M. animal. 3,120 p. 329,36 *innaturalis melancholia* est . . . acetosa, -s, quando cadit super terram per egestionem. **b** *fervidus – siedend:* SISEB. Desid. 21 *anima* piceis arsura -bus undis. BONIF. epist. 10 p. 11,28 igneum piceumque flumen, -s et ardens. LEX fam. Worm. 32 non se expurget iuramento, sed . . . -i aqua. CHRON. Mont. Ser. a. 1224 p. 212,7 *homo* se in sartaginem sui operis bulientem iniecerat. ALBERT. M. veget. 4,69 si aqua -s super gramina effundatur, herba aduritur (6,18 fructus *amygdali* . . . a. marina calida et fere -e decorticatur). **2** *translate i. q. acer – scharf:* CAES. HEIST. mirac. II 1,31 p. 57,15 pisces igniti cum pipere -e nimis.

2. bullitus, -a, -um. **1** *fermentatus – gegoren:* COD. Wang. Trident. 243 p. 468,5 (a. 1200) vini albi puri . . . bene -i. **2** *coctus – gekocht:* IOH. PLATEAR. simpl. med. p. 12aᵛ cortex . . . -us.

bullitio (-cio), -onis *f.* **1** *fermentum – Gärung:* ALBERT. M. veget. 3,44 bullit *vinum* in vasis, in qua -e exspirat calorem. 3,114 hoc est, quod vocatur -o et digestio talium succorum. *v. et l. 3.* **2** *actio fervendi vel coquendi – das Sieden, Kochen:* CONR. FAB. Gall. 17 p. 189,17 audierunt voces plangencium et -cionem caldariorum. ALBERT. M. veget. 6,338 quod aquae primae -is effundantur. animal. 5,67 quasi sit bis coctum, hoc est, ac si sustinuerit duas -es. *remissius:* ALBERT. M. animal. 7,94 vocatur . . . haec piscium pestis -o aquae, eo quod tunc calor vaporem movet de profundo.

bullo, -avi, -atum, -are. *script.* bolat(us): *p. 1613,28.*

obsignare – be-, versiegeln: **1** *de chartis papae:* CONC. Karol. 12 p. 65,14 copia . . . privilegii vera bulla -ti. VITA Ger. Bron. 21 p. 672,22 plumbeo -tum sigillo privilegium. EPIST. Hann. 15 p. 33,24 litterę -tę bulla apostolica. EPIST. Mog. 40 domni papae -tas *(an subst.?)* . . . exemplatas. ORD. canc. pap. 2,1 p. 34,3 nullam eciam litteram -ari faciam. CAES.

[Steinmann]

HEIST. mirac. I 5,37 p. 321,31 ut . . . papa . . . divortium literis pontificalibus atque -tis confirmaret. CHRON. Erf. min. p. 651,30 Franciscus . . . regulam accepit . . . -tam et registratam. HEINR. TREV. gest. 38 p. 435,39 instrumenta reprobata nec iusta, tamen -ta. CHART. Eberb. 428 p. 205,9 privilegium sanum et integrum et in serico legitime -tum. *saepe.* **2** *de chartis imperatoris vel regis Romanorum:* DIPL. Otton. III. 305 paginam scrib⟨i at⟩que -ari iussimus. 334 *paginam* signari et -ari precepimus. LEO MARS. chron. 2,22 praeceptum . . . aureo sigillo -tum. WIBALD. epist. 377 p. 506, 29 ferramenta ad -andum de auro. ACTA pacis Sangerm. 2,4 p. 30,21 iuramentum cum litteris auro -tis. CONST. III 48 p. 42,29 litteras . . . aurea bulla typario regie maiestatis impressa -tas. *saepe. v. et p. 1610,18 et* *subterbullo. **3** *de chartis (archi)episcoporum:* FORM. extrav. 2,20 epistolam . . . anulo ecclesiae nostrae -are censuimus. EPIST. Teg. I 7 ut *epistola* . . . inpressione sigilli vestri -retur. TOMELL. hist. app. (MG Script. XIV p. 160,30) -tum . . . indiculum. *al.* **4** *de chartis principum variorum:* LEO MARS. chron. 1,59 p. 622,12 per cartam proprio sigillo *imperialis protospatharii* -tam. CHART. Babenb. 18 pagina sigillo nostro *(sc. ducis Boariae)* -ta. **5** *usu communi:* ARNULF. delic. 697 cur -ta fere reserasti claustra, libelle? CHRON. Worm. p. 199,21 *(in inscriptione sigilli)* te, sacer Andrea, -ta figurat ydea.

adi. **bullatus,** -a, -um. **1** *umbonibus ornatus – mit Buckeln verziert:* INSTIT. regal. 3 (MGScript. XXX p. 1452,17; s. XI.$^{in.}$) canes . . . cum collariis copertis laminis deauratis et bolatis sive smaltatis ad arma regis. **2** *sigillo instructus – besiegelt: v. l. 5.18. p. 1610,25. al.*

***bulluga,** -ae *f. (orig. gall. ut vid., cf. v. Wartburg, Frz. etym. Wb. I. p. 623sqq.) prunus – Schlehe, Pflaume:* IONAS BOB. Columb. 1,9 p. 168,1 pomorum parvulorum, . . . quae etiam -as (pu-, bulu-, -llog-, -ucas *sim. var. l.*) vulgo appellant.

bullula, -ae *f. funda parva gemmarum – kleine Fassung für Edelsteine:* RUD. TRUD. gest. 6,7 rem . . . in medio habentem gemmulam -a circumclusam.

*?*bullurea,** -ae *f. (fort. corruptum ex* battitura) *?lepis, squama – ?Hammerschlag:* TRACT. de aegr. cur. p. 156,27 accipe caucucecamenon et lapidem calcis et -am eris.

1. *bullus *subst. (orig. inc.) phoca, bos marinus – Seehund (Phoca vitulina L. vel sim.):* GLOSS. IV 182,45 St.-S. -us (-o *a*) thaurus marinus, qui dicitur selh (shel *b*).

2. bullus, -us *m. v.* bulla *p. 1610,26.*

bulmago *subst. (cf. ital.* bulimaca *a* volumen, *v. C. Battisti – G. Alessio, Dizion. etim. ital. I. 1950. p. 633) anonis – Hauhechel (Ononis spinosa L., cf. Fischer, Pflanzenkunde. p. 276):* GLOSS. III 526,36 St.-S. -o wibe crik (537,46 -o wibis crik. 551^{8}). ALPHITA II p. 25,5 -o, resta bovis vel retinens boves idem.

bulmelca, -ae *f. (orig. inc.) rhododaphne – Oleander (Nerium Oleander L., cf. André, Lex. bot. s. v.* bulmerga): RECEPT. Sangall. I 97 radicina de -a coquis sub cinerem. 98 semen -a unc. I (*sim.* 150).

***bulos,** *nom. pl.* βουλοί *m. (a* σύμβουλος *sim. retrograde) consiliarius – Ratsherr:* ALBERT. M. pol. 3,1^{e} p. 210^{a},45 'senes autem,' qui βουλοί (bouli *ed. Jammy*), id est consiliarii, . . . dicebantur.

bulsus *v.* vulsus.

bultio (-cio), -onis *m. (?f.: cf. l. 70; ?n.: cf. l. 66) (potius a franc.* *bultjo, *cf. v. Wartburg, Frz. etym. Wb. I. p. 625, quam a* *catapultio, *cf. J. Brüch, ZDtAlt. 73. 1936. p. 75 sqq.) script.:* pu-: *l. 67. p. 1614,4. adde* GLOSS. III 638,1 St.-S. 653,4. *ibid. al.* bol-: *l. 72. p. 1614,12.* bousi-: *p. 1614,2.* -lzio: *l. 72.* -lzones: *l. 72. form. nom. sg.:* pulx: *p. 1614,9.* -cia: *l. 70.* -teus: *l. 70.* -cium: GLOSS. III 635,24 St.-S. pulcium.

1 *missile arcus vel arcubalistae – Geschoß von Bogen oder Armbrust, (Schieß-)Bolzen (cf.* GLOSS. III 632,35 St.-S. pulzio polz [718,51 -eus vel pultio bolzo. *saepe*]. 639,43 -cia zein. IV 182,52 -cio i. sculpo): GUIC. (?) bers. 10 *arcuatores* debent portare duos -zones (bolzo- *BCD*), ut trahant ad aliquas volucres. WILH. RUBRUQU. itin. p. 312,4 tunc Mangu fecit fieri . . . duos bousiones, quorum capita erant argentea, plena foraminibus, et sibulant, quum iaciuntur, quasi fistule. GESTA Ern. duc. II 15 p. 210,3 pili sive pila, pultiones, amenta . . . fabricantur. **2** *machina obsidionis – Belagerungsmaschine:* ANNAL. Ianuens. II p. 44,22 ligneum instruxerunt -zonem, cum quo . . . turrim . . . corrui fecerunt. **3** *cauterium – Brenneisen:* GLOSS. III 668,43 St.-S. cauter -cio vel pulx polz. **4** *moneta obsoleta – ungültiges Geld (cf. C. Battisti – G. Alessio, Dizion. etim. ital. I. 1950. p. 555):* RYCCARD. chron. a. 1222 p. 104^{a},41 (epist. imp.) *iuro,* quod non vendam argentum vel bolzonem alicui (p. 106^{a},27). *v. ThLL. s. v.* boltio.

***bultrix.** *vox nihil significans: v. p. 1595,8.*

bulzo *v.* bultio.

***bulzonalium** (bulzinalyum), -i *n. (cf. ital.* bolzanaglia *a* bultio) *pecunia obsoleta – ungültiges Geld (cf. l. 8):* ACTA imp. Winkelm. I 822 p. 637,28 (a. 1238) prohibere curetis, ut -a de regno . . . extrahantur. 1003 p. 765,48 quelibet libra -inalyi in pondere tenute quarte uncie valet argentum finum *eqs.* *Steinmann*

***bumannus** (poum-), -i *m. (theod. vet.* buman) *colonus – Hintersasse:* CHART. Tirol. notar. I 636 (a. 1237) in domo . . ., in qua habitat poumannus. 689 p. 340,5 Morhardus . . . iudicavit ecclesie . . . unam galetam olei de poumanno annuatim.

bumbax *v.* bombyx. ***bumbecium** *v.* *bombycium.

***bumbo** *v.* *bombo. **bumbosus** *v.* bombosus.

***bumbulum,** -i *n. (cf.* bombus, bambilium) *instrumentum musicum quoddam – ein Musikinstrument ('Schallkasten' R. Hammerstein, Arch Mus Wiss. 16. 1959. p. 124sq.):* HRABAN. univ. 18,4 p. 497^{C} de fistula autem refertur ita, quod sit -um aereum ductile quadratum *eqs. (ex Ps. Hier. epist. 23 p. 214^{A}* bombulum).

***bumeda,** -ae *f. (theod. vet. inf.* bumede) *tributum pro licentia maritandi domino solvendum, abmatrimonium – Gebühr für die Heiratserlaubnis, Heiratssteuer (cf. Dt. Rechtswb. I. p. 1309 s. v. 'Baumiete'):* DIPL. Loth. III. 74 p. 115,32 ut, si qua mulier de familia ecclesiae servo nostro . . . nupserit, data iustitia, quae -a dicitur, . . . cum marito iuri nostro remaneat.

bumifer *v.* pomifer. ***buna** *v.* *bunda.

***bunbecium** *v.* *bombycium.

***bunda,** -ae *f. (? m. vel n.: l. 60.66). (theod. vet.* biunta, *cf. Ahd. Wb. I. p. 1154) script.:* peu-: *l. 67.69.* bů-: *l. 57.64.* bù- (*i.* bü-): *l. 66.* -ned(a): *l. 59.* -nt(a): *l. 51.67.69.* bun(a): *l. 61.*

area fundi communis per exstirpationem (praecipue dominicam) occupata et saepto circumdata, clausura – durch (vorwiegend grundherrliche) Rodung in der Allmende gewonnenes und eingehegtes Landstück, 'Beunde' (cf. GLOSS. III 351, 34 St.-S. bunta ern. REGISTR. Ringrav. 8^{B},1 cum . . . agris dominicalibus, qui bundin vocantur; *de re v. G. v. Below, Geschichte der deutschen Landwirtschaft. 1937. p. 55^{2}; Dt. Rechtswb. II. p. 238sq.):* CHART. Mog. A 501 p. 404,2 (a. 1122) tres areas, quas vulgo -as vocant, unam, que dicitur leingruba . . ., tradidimus. CHART. Rhen. med. I 549 p. 608,39 inter dominicalem bůndam, que Scura vocatur. II app. 14 p. 371,34 iuxta -am presbiteri. p. 372,20 prope -am comitis. p. 381,5 duę -nedę, quarum una XII iugera continet, altera decem. CHART. Hagenow. 139 p. 110,21 arva, que dicuntur -a, et duo prata. CHART. Worm. 200 p. 140,29 ad bunam domini episcopi (389 p. 250,35). REGISTR. Mog. p. 6,9 dominus . . . impignoravit . . . prata . . . et -am. CHART. Eberb. 262 p. 15,19 pars unius bůnde, sicut stipitibus est signata. CHART. Basil. A II 130 p. 173,8 lunagium . . . cum omnibus attinentiis suis . . ., agrorum iugeribus, bùndo, pomerio. REGISTR. Ransh. (Österr. Urbare III 2,1 p. 292,1) de peunta aput pfaffenwis. CHART. Babenb. 143 p. 185,26 donamus . . . duos ortos, unam peuntam, unam augiam et pratum. *al.*

bunias *subst.* (βουνιάς) *napus – (Steck-)Rübe (Brassica Napus L., cf. André, Lex. bot. p. 61):* ALPHITA II p. 24,22 -s, napicium, rapia idem, que elixa comeditur.

[Heßler]

bunion *n.* (βούνιον) *verbenaca vel peristereon – Eisenkraut (Verbena officinalis L.) oder Gemeiner Wolfstrapp (Lycopus Europaeus L., cf. André, Lex. bot. p. 243. 327):* Dyasc. p. 96ª secunda *species hierabotanae,* quam erectam diximus, vocatur etiam trigonion, -on vel gerebotanum vel ferraria, hercularia, latine cristellinatia.

1. *bunna, -ae *f. (theod. vet.* bungo; *cohaerere potest etiam c.* *buzia, *cf. notam ed.) ?anagallicum – ?Bachbunge (Veronica beccabunga L.):* Gloss. III 538,26 St.-S. cortex -e (biuie *b*) bungenrinde.

2. *bunna *v.* *bonna.

***bunnus** *vel* **-um,** -i *m. vel n. (cf.* *bonuarium*?) nomen quoddam mansorum – eine Hufenbezeichnung:* Gesta Autis. 36 (MGScript. XIII p. 397,28; s. IX.²) agellum quendam v mansorum vocabulo -orum ex agro Matriacensi . . . contulit *episcopus.*

***bun(u)arium** *v.* *bonuarium.

***bunuarius,** -i *m. (cf.* *bonuarium) *cultor bonuarii – Bebauer eines Grundstücks von etwa 4 Morgen:* Const. I 447,13 (spur. c. 1160) mansionarius v solidos, absarius xxx denarios, -us (-naiarius *4*) xv, quorumlibet larum possessores vi suppleant.

buo, butum, -ere. *imbuere, tradere – lehren, überliefern:* Carm. de Bobol. 19,2 (MGMer. IV p. 155) pater monachorum, regula (-ae *B 1 a.b*) conservatur, recordatur buta (-ae *B 1 a.b*) seni per senem.

bupaeda (-be-) *m.* (βούπαις) *qui adultus, maturus est – ein Reifer, Erwachsener:* Carm. imag. 29,2 p. 456 (adn.) bubeda adhuc teneris viguit *Guntpoldus,* sed et acribus annis. *ibid.:* bubeda, quid dormis? *(v. notam ed.).*

buphagon (-fac-, -tac-) *subst.* (βουφάγος) *medicamentum cibi cupiditatem excitans – appetitanregendes Mittel:* Alphita I p. 280,43 bufacon (butacon Alphita II p. 25,1), id est corroborativum.

buprestis (stupe-, -bestris, -piftus, -pistis) *subst.* (βούπρηστις) *scarabaei species bubus nociva – dem Rindvieh schädliche Käferart (cf. W. Pfeifer, Wörterbuch der deutschen Tiernamen. Beiheft 4. 1966. p. 24sqq.):* Gloss. III 89,48 St.-S. bubestris rebestichil (204,13 buprestis). Albert. M. animal. 26,30 stupestris (buprestis *Isid. orig. 12,8,5*) vermis est scarabeo similis *eqs. fort. add. (nisi subest herba, cf. ThLL. II 2246,3):* Tract. de caus. mul. 31 supponere farmacum, qui dicitur bupiftus (94 bupistis).

bupt(h)almon (buta-, -cta-, -pta-), -onis *n.* (βούφθαλμον) **1** *sedum – Hauswurz (Sempervivum tectorum L., cf. André, Lex. bot. p. 61):* Gloss. III 486,28 St.-S. buptalmon husuuurz. Alphita I p. 280,42 buctalmon, oculos bovis idem. **2** *bulmago – Hauhechel (Ononis spinosa L.):* Bernh. Prov. comm. 6,3 p. 291,33 flores butalmonis, id est reste bovis, gallice quoque bone rande, *sudorem provocant. Heßler*

1. *bur. *(orig. inc.) vox incantationis: v. p. 1508,61.*

2. bur *v.* ebur. ***burarius** *v.* *burrarius.

burbo *v.* 1. burdo. ***burbudo** *v.* *bagordo.

***burcgravius, *burcharvius** *sim. v.* *burggravius.

burchus *sim. v.* burgus. **burciala, -ola** *v.* portulaca.

***burclavius, *burcravius** *v.* *burggravius.

***burcvardium, *burcwardium** *v.* *burgward(i)um.

***burdecanus,** -i *m.* (burgus *et* decanus) *decanus presbyterorum civitatis – Vorsteher der städtischen Pfarrer (cf. Dt. Rechtswb. II. p. 576):* Chart. Col. II 384,20 p. 382,27 (a. 1258) cum spectet ad . . . archiepiscopum . . . suum -um et suos plebanos Colonienses . . . iudicare (*sim.* p. 392,41).

***burdellum** *v.* *bordellum.

***Burdinus,** -i *m.* (1. burdo, *cf. v. Wartburg, Frz. etym. Wb. I. p. 633) burdo parvus – kleiner Maulesel:* **1** *de nomine asini:* Herm. Torn. Mar. 3,5 (MGScript. XII p. 657,35; c. 1146) paupertatem . . . tantam *abbas* . . . sustinuit, ut praeter unum asinum -um nomine nichil . . . haberent *fratres (v. notam ed.).* **2** *de cognomine antipapae:* Ekkeh. Uraug. chron. a. 1118 imperator . . . quendam -um . . . apostolicae sedi imposuit. Rom. Salern. annal. a. 1121 Calixtus papa . . . obsedit Gregorium papam cognomento -um. *al. v. et supra p. 1031,37.*

1. burdo, -onis *m. (f.: l. 10) vel raro* ***bordonus,** -i *m. (l. 13.15.26. cf. l. 29) script.:* bir-: *l. 29.* -bo: *l. 21.*

1 *proprie:* **a** *strictius i. q. mulus (ex equo et asina natus), hinnus – Maulesel (Equus hinnus):* **α** *gener.:* Hist. Mosom. 1,8 p. 606,15 predam fieri hostibus equos . . . cum -bus. Benzo ad Heinr. 6,5 p. 665,12 misit -es *Africa.* Albert. M. animal. 16,137 potest . . . equus coire cum asina ad generationem -is maris et feminae. 22,118 mulus asini et -o vocem habet equi (veget. 5,64 ex permixtione vicinorum seminum . . . generantur muli vel -es. Moses Panorm. infirm. 1 p. 101,8 equi, muli, bordoni, asini). Moses Panorm. marisc. 2 p. 148, 23 in animalibus nascentibus de asina et caballo, quod animal vocatur bordonus. *al. per compar.:* Vita Athan. Neap. 6 p. 445,11 duelliones conscios, qui more -um vel mulorum nati sunt. **β** *iur. de praestatione:* Dipl. Conr. II. 140 p. 191,3 (spur. c. 1100) ut . . . accipiant *clientes* . . . -em unum oneratam duabus manticis *eqs.* **b** *latius:* **α** *mulus clitellarius, iumentum – Saum-, Last-, Zugtier:* Gloss. III 445,35 St.-S. burbo somere sive spanesel. IV 168,5 -o sovmar. *ibid. al.* **β** *admissarius – Zuchthengst:* Gloss. III 366,66 St.-S. -o skelo. IV 245,48 -o uurenio. *ibid. al.*

2 *translate:* **a** *baculus – Stab:* **α** *de signo ad loca sancta peregrinantium:* Annal. Ianuens. II p. 123,10 multitudo . . . pelegrinorum defferentes cruces et bordonos. Salimb. chron. p. 222,22 habens *(sc. rex)* capsellam et -em peregrinationis ad collum. **β** *?de virga pastorali:* Catal. thes. Germ. I 91,16 (Mittelalterl. Schatzverz. I. 1967; s. XII.¹) birdum cum tabula, super qua ponitur *(cf. ind.).* **b** *fustis – Knüppel:* Chart. Bund. 434 p. 323,1 (a. 1186) Allexander, nescio cum ense vel cum -e, et quidam alii cum armis et per vim acceperunt *terram.*

2. *burdo, -onis *vel raro* ***bordunus,** -i *m. (l. 45) (cf. francog. vet.* bordon, *v. et v. Wartburg, Frz. etym. Wb. I. p. 631).*

1 *fistula vel tuba (longa) – (lange) Röhre oder Pfeife:* Albert. M. animal. 19,43 videmus in -bus, qui sunt magnae fistulae organorum musicorum, gravem esse sonum (Anon. IV mus. Coussemaker 5 p. 359ª G in fine, modo stabili, ut in -e o.). **2** *tonus gravis – Stützton, Halteton in tiefer Lage (cf. H. Sowa, Ein anonymer glossierter Mensuraltraktat. 1930. p. XXXVIsq.):* Anon. mus. Sowa 1ᵇ p. 53,5 supra -em tenoris edificari cernitur *figura* (6 p. 130,1). p. 53,21. Hier. Mor. mus. 28 p. 290,4 secunda *chorda,* quae bordunus est aliarum *eqs. al.*

burdonarius (bor-), -i *m. curator burdonum – Maulesel-wärter:* Acta imp. Winkelm. I 918 p. 692,22 (a. 1147) in castro . . . sit castellanus Iohannes comestabulus . . ., cui dentur portararius unus et bo-us unus per curiam.

2. ?*bursarius, -i *m.* *summarium – kurze Niederschrift:* MENKO chron. p. 524,44 quos *(auctores)* . . . glosaverunt et etiam glosas diversas et -os (breviarios *ci. P. Gerbenzon, Emo van Huizinge. 1965. p. 17*[5], *recte ut vid.*) retulerunt.

***bursator,** -oris *m.* *confector bursarum – Taschner:* CHART. Meckl. 896 (a. 1260/72) Nycolaus -r emit domum.

***burschapia** *vel* **-um,** *dat. pl.* -is *f. vel n.* (*theod. vet.* burschaft) *universitas hominum ad vicum attinentium – Einwohnerschaft eines Dorfes (cf. Dt. Rechtswb. I. p. 1281)*: CHART. Old. V 42 (a. 1187) homines de villis . . . et omnes his collegiis, id est -is attinentes.

***bursenarius,** -i *m.* (*cf.* *bursarius *et theod. vet.* bursenaere) *arcarius (monasterii) – Schatzmeister (eines Klosters)*: CHART. Salem. 556 p. 162,34 (a. 1276) praesentibus . . . -o monasterii de Salem *eqs.*

***bursicula,** -ae *f.* **1** *scrotum – Hodensack:* IORDAN. RUFF. equ. 6,10 p. 38,19 curetur . . . vulnus -ae testiculorum equi castrati. **2** *vesica fellis – Gallenblase:* ALBERT. M. (?) animal. quaest. 3,20 p. 135,13 illa *(cholera)*, quae est iuvativa, facit ad nutrimentum -ae fellis.

***bursicus** *subst.* (*cf.* 2. *bursa) *terebra – Bohrer:* GLOSS. III 638,56 St.-S. -us nabegaer.

***burso,** -are. *cribrare – sieben, 'beuteln' (cf. M. Lexer, Mittelhochdeutsches Handwörterbuch. I. 1872. p. 290)*: TRAD. Weiss. app. II 7 p. 328,25 (a. 1265) statuimus, quod pistores . . . nullum panem -are debeant, quem ad fora detulerint venditum.

***bursosus,** -a, -um. *in modum sacculi formatus – beutelartig:* Ps. GALEN. anat. 19 p. 196^{B} collum . . . matricis lacertosum (bursosum *V*) est multas habens pelliculas et involutiones ad modum bursae.

***bursta,** -ae *f.* (*theod. vet.* bürste) *peniculus – Bürste:* STATUT. ord. Teut. p. 110,1 *vicemarschalcus* strigulas, stamina et -as dabit fratribus.

***bursula** (pu-), -ae *f.* *scrotum – Hodensack:* NICOL. anat. 153 *testiculi membra* se defendentia habent osceum, id est p-am, in quibus dependent. *Steinmann*

***buruhmannus** *v.* *burgmannus. **bus** *v.* bos.

***busabalbus** *subst.* (*orig. inc., cf. André, Lex. bot. s. v.* buzababulbus) *scilla – Meerzwiebel (Urginea maritima Baker)*: ANTIDOT. Glasg. p. 143,10 oricanum £, -us £, casie fistule £.

***busardus** (bes-), -i *m.* (*francog. vet.* busard, *cf. v. Wartburg, Frz. etym. Wb. I. p. 655sq. s. v.* buteo) *triorchis – (Mäuse-)Bussard (Buteo buteo L.)*: FRID. II. IMP. art. ven. 1 p. 29,30 quedam *aves* magis utuntur muribus campestribus . . . ut ille, que dicuntur be-i et clisterelle. 6 p. 229,15 milvorum modi, -i, albani et corvi. p. 230,2 milvis, -is, albanis. *cf.* *buteus, *buterius.

***busc(h)us, -quus** *sim. v.* *boscus.

***bussa** *v.* *buza. ***bussaria** *v.* *bessasa.

***bust(e)a** *v.* *buxta.

***bustellus,** -i *m.* (*francog. vet.* boissel *a gall.* *bostia, *cf. v. Wartburg, Frz. etym. Wb. I. p. 454sq.*) *modius – Scheffel:* LAMB. ARD. hist. 115 p. 617,23 hic *obtulit* unum polkinum vel -um frumenti, hic duos vel plures (WILH. ANDR. chron. 197 duos -os f.).

***bustica,** -ae *f.* (*cf.* *busta) *capsa, pyxis – Behälter, Pyxis:* GESTA Font. 17 p. 53,7 cuppas vitreas . . ., -as eburneas duas, hanappum vitreum.

***bustim** *adv.* (*cf.* *burere, bustum) *per combustionem – durch Verbrennen:* CARM. de conv. Saxon. 31 (MGPoet. I p. 380) quae *(gens)* pridem dona sacellis ponebat rapidis -m depasta caminis.

***bustrum,** -i *n. vel* ***bustra,** -ae *f.* (*orig. inc., nisi cohaeret c.* bursa, buttis *sim.*) *theca – Behälter:* CHART. Argent. I 616,108 p. 474,32 (c. 1129) quecunque necessaria fuerint . . . sive in bulgis sive in -is sive in quacunque . . . suppellectile de nigro corio facienda.

bustuarium, -i *n.* *ustrina – Verbrennungsstätte:* AETHICUS ISTER 75 p. 57,28 crepitante catasta orpheorum piratae -a torrida verrunt.

***bustula** *v.* *buxtula.

1. bustum, -i *n.* *plur. sensu sing.: p. 1629,8.21.* *in originatione:* ALBERT. M. veget. 2,22 arbusta . . . sunt quasi -a arborum dicta, quae siccitate terrestri et forti calore adurente ad perfectionem arborum non perveniunt.

I *strictius:* **A** *ustrina – (Leichen-)Verbrennungsstätte* (*cf.* GLOSS. I 58,6 St.-S. -um fuirstat. IV 133,42 -um . . . ustrina i. derre): BONIF. epist. 73 p. 150,13 super -um illius *virginis* incense et concrematę corruptorem eius suspendunt *Saxones.* **B** *cinis – Asche:* GLOSS. I 58,10 St.-S. -a aemuria.

II *latius:* **A** *sepulcrum, locus sepulturae – Grab, Begräbnisstätte* (*cf.* GLOSS. III 382,36 St.-S. -um graf): **1** *gener.:* ALDH. virg. II 278 de nigris resurgent corpora -is. ERMENR.

[Payr]

Sval. 7 ad quorum *(sanctorum)* -a nostra peccata deflendo concurrimus. AGIUS epic. Hath. 260 Moysi . . . -um . . . latet. EPITAPH. var. II 48,1 conditur hoc -o praesul Drogo marmore sculpto. HROTSV. Agn. 433 -um sacratae virginis . . ., quod pro servandis fuerat venerabile membris. Gong. 538 e -o signis composito variis. EKKEH. IV. bened. I 4,73 -um manninam vomit eius *(Iohannis)* . . . farinam. pict. Sangall. 137 -a faciens . . . patri pie iusta. OTTO FRISING. gest. 2,26 p. 132,8 funebri facie tamquam de -is egredientes imitari. CHART. episc. Spir. 132 p. 147,39 in Spirensi ecclesia ad -a imperatorum et regum. ALBERT. M. animal. 7,46 *hyaena* cavat -as *(sic?)* et sepulturas *(p. 594b,4* τυμβωρυχεῖ; *cf. Sol. 27,24)*, in quibus nova sunt cadavera mortuorum. *al. in nomine loci:* COSMAS chron. 1,12 p. 28,11 *collis* hodie nominatur 'militis acerrimi -um Tyri'. *fort. add.:* GLOSS. II 39,15 St.-S. -a vel monumenta tunna *(spectat ad Arator. 1,14)*. **2** *c. colore quodam:* **a** *de coemeterio:* CARM. de Iuda 2,321 (ed. P. Lehmann, Erforsch. d. Mittelalt. II. p. 273) commemorant iustum peregrinis hunc *(agellum figuli)* fore -um. **b** *de pigneribus sanctis:* WANDALB. martyr. 404 Beneventanis translata a montibus almi -a patris Benedicti nunc Liger altus honorat. TRANSL. Wandr. 5 (MGScript. XV p. 625,49) sacra -a divinarum medelarum plena piis ulnis levantes . . . in basilicam . . . transtulere. **B** *corpus (exenteratum), cadaver – Leib (ohne Eingeweide), Leichnam:* WILH. RUBRUQU. itin. 295,4 *daemones* quandoque extrahebant homini viscera -o relicto super equo.

2. *bustum *v.* *boscus.

1. *but. *vox avis cuiusdam:* EGBERT. fec. rat. 1,459 inter aves reliquas biteriscus queritat escas, hoc carmen pueris, but but de cornibus exit. *cf.* 1. butio, *buto.

2. *but *v.* 2. *botus. ***buta** *v.* *butta.

butanicus *v.* botanicus. **butalmon** *v.* bupt(h)almon.

***buteglarius** *sim. v.* *buticularius.

***butellaria** (bot-, bout-, buttil-, -ler-), -ae *f.* (*butellarius, *cf. francog.* bouteillerie, *ital.* bottiglieria) *apotheca vinaria – Weinkellerei, -lager:* ACTA imp. Winkelm. I 707 p. 561,30 (a. 1244) qui in plateis publicis domos, apothecas, boutellerias . . . possidebant. 1000 p. 761,7 de pane in panectaria, item de vino in butti-a. *v. et l. 55. cf.* *buccellaria.

***butellarius** (bot-, -tt-, -teil-, -tul-, -ela-, -ler-), -i *m. (francog. vet.* boteillier *a* buticula; *inde ital. vet.* bottigliere, *theod. inf. vet.* butteler, *cf. v. Wartburg, Frz. etym. Wb. I. p. 660sq.) praepositus cellarii, provisor potus, pincerna – Kellermeister, Schenk:* **1** *strictius:* **a** *de ministerialibus comitum et episcoporum (de re v. p. 1631,34sq.):* CHART. Helv. arb. 19 p. 33,11 (a. 1219) quatuor . . . officiales comitis, senescalcus, marescalcus, panaterius et boteillerius, eadem qua familia episcopi libertate gaudebunt. CHART. Traiect. 1107 p. 449,36 Gerardus dictus Sprunc, butt-us episcopi. *v. et p. 1631,44.* **b** *de ministerialibus curiae Romanae (cf. B. Rusch, Die Behörden und Hofbeamten der päpstlichen Kurie des 13. Jhs. 1936. p. 120sqq.):* CATAL. fam. pap. p. 196b officiales . . .: Gualterius botellerius . . ., Petrus Raymundi scriptor et serviens botellarie (*sim.* p. 199a). **2** *latius de titulo procuratoris territorii regii Nurembergensis (de re v. p. 1631,13sqq.):* CHART. Nuremb. 304 (dipl. Frid. II.) Ramungum . . . et butullarium de Nůrenberc, fideles nostros, constituimus procuratores ad revocandum in potestatem . . . Banbenberiensis electi . . . omnia *eqs. cf.* *buticularius, *buccellarius.

***butellus** *vel* **-um,** -i *m. vel n. (a* buttis, *cf. J. Hubschmid, Romanica Helvetica. 54. 1955. p. 42sq.) vas(culum) vel uter – (kleines) Gefäß oder Schlauch:* WILH. RUBRUQU. itin. p. 227,13 fundunt illud *(lac)* in magnum utrem sive -um (pu- *E*, bucellum *A*, buccellum *B*) et incipiunt illud concutere cum ligno. *cf.* *hocellus.

buteo, -onis *m. iuvenis – junger Mann:* ABBO SANGERM. bell. 3,96 probum fateor -em (gloss.: iuvenem), qui arva bidentat.

buter *v.* butyrum.

***buterius** (-the-), -i *m. (cf.* *buteus) *triorchis – (Mäuse-)Bussard (Buteo buteo L.):* ALBERT. M. animal. 23, 63 accedit . . . hic falco multum ad formam avis, quae butherius vocatur. 23,71 sunt butherii quidam mures in campis insequentes. *cf.* *buteus, *busardus.

buterum *v.* butyrum.

***butesa,** -ae *f. (arab.* buṭṭaiḥa, *cf. catal.* albudeca, *port.* pateca, *v. Lokotsch, Etym. Wb. d. Wörter orient. Ursp. nr. 319) Citrullus vulgaris (Schrad.) – Wassermelone:* Ps. AVIC. anim. 2,4 p. 97 grana purgata de -is, de melonibus, de cucurbitis. *cf.* *barecha.

***buteus,** -i *m. (cf.* buteo *ThLL. II 2259,1sqq.) triorchis – (Mäuse-)Bussard (Buteo buteo L.):* ALBERT. M. animal. 23,29 -us vocatur avis rapax subnigra, quam germanice brobuxen vocamus, . . . venatur . . . ranas et mures *eqs. cf.* *buterius, *busardus.

***butexellus** *v.* *buticellus.

***butha** (bo-), -ae *f. vel* ***buttus,** -i *m. (theod. inf. vet.* but, *cf. F. Kluge–W. Mitzka, Etym. Wörterb. der dt. Sprache. [19]1963. p. 114) species rhombi – Plattfischart, Butt (Rhombus laevis Roudelet vel sim.):* CHART. Hans. I 432 p. 147,5 (a. 1252) de sporta cum pectinibus vel buttis vel merlengis. ALBERT. M. animal. 1,91 pecten, quod vocatur butha, et pecten, quod vocatur rumbus, pinnas non habent. 24,12 bothae pisces sunt de genere pectinum *eqs.*

***buthegelarius** *v.* *buticularius.

***butherius** *v.* *buterius. **buthirum** *v.* butyrum.

***butica** *v.* *hutica. ***buticatim** *v.* *boctica.

buticella (bo-, -ela), -ae *f. vel* ***buticellus** (butexe-), -i *m. dolium (parvum) – (kleines) Faß:* CHRON. Ven. Alt. p. 96,3 -elas et butes vasculosque subtus ligna. MARCUS chron. (MGScript. XIV p. 53,36) construxerunt pontem ex fustibus et -is, quas funiculis nexuerunt. p. 53,49 bo-e . . . et allia pontis lignamina nunc hac nunc illac ab aquis . . . ducebantur. CHART. Tirol. notar. I 304 *debet eis pro expensis* III butas crossas ad ponendum vinum, item III urnas a vino et III butexellos.

buticula (pu-, po-, -cla, -gla), -ae *f.* **1** *flasco, lagoena – Flasche, Krug (cf.* GLOSS. III 11,45 St.-S. puticla flasca. IV 90,39 putigla flasga. 174,16 putigla flasga tasca capsa): **a** *gener.:* NOTKER. BALB. gest. 1,23 appone hic poticulam (potiunculam, ponciunculam *var. l.*) tuam et cottidie plenam invenies illam. *ibid.:* poticulam (portiunculam, ponciunculam *var. l.*) compatris mei perdidi. **b** *spec.:* **α** *de mensura vini:* DIPL. Merov. III A 48 p. 166,31 (spur. s. IX.) censum . . . solvere . . ., id est . . . plenum modium de ovis et plenas -as paratas de optimo vino (*sim.* 86 p. 200,46. 94 p. 207,44. 95 p. 208,31). **β** *de praestatione vini:* CAPIT. reg. Franc. 32,3 neque ulla dona ab ipsis accipiant . . . nisi -as et ortum, poma, pullos et ova. **2** *capsa (incensi) – (Weihrauch-)Behälter (cf. J. Braun, Das christliche Altargerät. 1932. p. 633):* GESTA Font. 16 p. 47,14 dedit . . . turibulum argenteum unum, -am argenteam unam. *v. et l. 38. cf.* botholicula, *butrista.

***buticularius,** -i *m.* (*a* buticula, *inde theod. sup. vet.* butiglaere, putigler) *script.:* pu-: *p. 1631,17.20.28.41.* po-: *p. 1631,11.* boccu-: CHART. Nuremb. 282. -tt-: *l. 69. p. 1631,21.23sq.30sqq. adde* CHART. Nuremb. 302. 387. -th-: CHART. Nuremb. 281. 311. 314. -t(h)e-: *p. 1631,20sq. 25.42. adde* CHART. Nuremb. 281. -tu-: *p. 1631,32. adde* CHART. Nuremb. 387. -cl-: *p. 1631,36.41. al.* -gul-: *p. 1631,23.25. adde* CHART. Nuremb. 278. -gl-: *p. 1631,17. 20sq.24.28.30.32.39.42. al.* -gel-: *p. 1631,25.31. adde* CHART. Nuremb. 267. 280. -gler-: CHART. Eichst. 86 p. 133,22. -gliar-: CHART. Nuremb. 302. -glerar-: CHART. Nuremb. 510. *metr.* bŭ-: *p. 1631,36.*

praepositus cellarii, provisor potus, pincerna – Kellermeister, Schenk: **1** *de ministerialibus regum vel imperatorum:* **a** *strictius (cf. Schröder-Künßberg, Rechtsgesch. [7]1932. p. 148; W. Metz, Das karolingische Reichsgut. 1960. p. 12):* CAPIT. reg. Franc. 32,16 ut, quicquid . . . ministeriales nostri, sinescalcus et butt-us, de verbo nostro . . . iudicibus ordinaverit, ad eundem placitum . . . impletum habeant (*sim.* 32,47). 155,6 Odo -us de foreste sua interrogandus est. HINCM. ord. pal. 16 sacrum palatium per hos ministros disponebatur:

[Payr]

per camerarium . . . et comitem palatii, senescalcum, -um, comitem stabuli *eqs.* 23 ad tres . . . ministeriales, senescalcum, -um et comitem stabuli, . . . pertinebat, ut . . . admonendi non essent segnes, ut . . . actores regis praescirent, ubi vel ubi rex . . . manere debuisset *eqs.* HARIULF. chron. 4,22 p. 235,2 filius Hugonis, regii -i *(item de pincerna regis Franciae:* CHART. march. Misn. II 568 signum Guidonis -i, signum Mathei camerarii. CHRON. Albr. a. 1210 p. 891,12 frater Guidonis, -i Silvanectensis. a. 1230 p. 927,31 Robertus de Cortenai, Francorum -us). DIPL. Arnulfi 181 (spur. s. XII.) Heimonis, dilecti po-i (ministerialis DIPL. Arnulfi 42) nostri. **b** *latius de titulo procuratoris territorii regii Nurembergensis ('Butigler', cf. H. Dannenbauer, Die Entstehung des Territoriums der Reichsstadt Nürnberg. 1928. p. 77sqq.; G. Pfeifer, Jb-FränkLandesforsch. 11/12. 1953. p. 49sqq.):* CHART. Nuremb. 140 (dipl. Frid. II.; c. 1215/16) quatenus, quemcumque diem et locum Cůnradus, putiglarius noster de Nůrmberg, eis prefixerit ibidem ad respondendum . . ., comparere non differant. 210 ipse *miles* . . . stabilivit *venditionem* omni iure secundum consuetudinem terre . . . coram Cunrado, puteglario imperii. *ibid.:* adhibitum est sigillum Cůnradi butteglarii. 218 *testes:* C. burggravius de Nuremberg, F. de Druhendingen, . . . Cunradus buttigularius de Nuremberg et Occherus miles *(item inter testes:* CHART. Nuremb. 243 buttiglarius. 267 butegelarius. *al.).* 220 quod ego C. -gularius et ego C. de Nurenberc scultetus litem . . . determinavimus imperialis iudicii sententia *eqs.* CONST. II 324 p. 434,10 Heinricus . . . rex . . . fidelibus suis . . . putiglario de Nurenberg, . . . scultetis et aliis officiatis suis, gratiam suam. 310 actum apud Nurinberch in domo Marcquardi buttiglarii. 332 in presentia domini Liupoldi, imperatorie maiestatis buttigelarii. 420 Henr(icus) de Lapide, eo tempore buttuglarius in Nurenberc. *ibid. saepe.* **2** *de ministerialibus comitum et episcoporum (cf. Waitz, Verf.-Gesch. III. p. 504³; K. Bosl, Frühformen der Gesellschaft im mittelalterlichen Europa. 1964. p. 251):* ALCUIN. carm. 8,3 ille est sinscalcus, vere -clarius ille, hic cocus, hic pistor necnon stabularius ille *(item in curiis episcoporum:* LEX Raet. Cur. add. p. 442,30 de senioribus quinque ministribus . . ., id sunt camararius, -glarius, senescalcus, iudicem publicum, comestabulum. CHART. episc. Hild. II 641 puticlarius *episcopi.* CHART. Steph. Wirz. 274 p. 302,21 *testes:* Fridericus buteglarius, . . . Bertoldus camerarius). BERNOLD. WAT. chron. 13 p. 169,6 testes: . . . Onulfus dapifer, Rodbertus -us (butell' 1), Rodulphus camerarius *(item in curiis comitum:* CHART. Nuremb. 115 Hainricus dispensator, Hermannus -us, Swicardus magister coquine. GISLEB. MONT. chron. app. p. 343,3 motam fuisse questionem a ministris militibus, dapiferis scilicet, panitariis et -is, contra comitem *eqs.). cf.* *butellarius, *buccellarius.

***buticum,** -i *n. (orig. inc., nisi cohaeret c.* buttis *sim.) navis (ecclesiae) – Langhaus (cf. W. Effmann, Centula. Forschungen und Funde. II 5. 1912. p. 42sqq.):* ANGILB. inst. p. 297,19 sit unus *chorus* fratrum coram altare . . . sancte crucis, alius puerorum in throno sancti Richarii ab occidente, tertius vero infra -um hinc et inde. HARIULF. chron. 2,7 p. 54,7 cum . . . marmoreae columnae in -o erigerentur. p. 54,29 turris . . . orientalis cum cancello et -o sancto Richario dicata est. 4,30 p. 257,2 vidit fusam lucem totam turrem replesse, quae se dilatans totum -um basilicae coepit implere.

***butiglarius, -glerarius** *sim. v.* *buticularius.

1. *butina (pu-), -ae *f. (theod. vet.* butin, butin(n)a, *cf. J. Hubschmid, Romanica Helvetica. 54. 1955. p. 62sq.) cupa, labrum – Bottich, Bütte (cf.* GLOSS. III 652,44 St.-S. p-a potaga, *v. Ahd. Wb. I. p. 1284):* RUODLIEB V 105 in lata -a. 107 in medio -ę terebello fac . . . foramen. 116 per -am terebratam. XI 6 dum se tondebant sordes limphaque lavabant, exierant -am.

2. *butina *v.* *botinus.

***butinus** *vel* **-um,** -i *m. vel n. (fort. per errorem pro* bucina, -um, *nisi cohaeret c.* buttis *sim.) bucina auris, caverna auris exterior – Ohröffnung, äußerer Gehörgang:* IOH. IAMAT. chirurg. 4,16 si inspecta . . . aure intra -um videatur lapillus vel granum . . . contineri. 4,17 qui *(vermes)* licet extra et super -um generentur, tamen inter ipsum cadunt.

1. butio, -ire. *de butionibus i. q. clamare – schreien:* CARM. Bur. B 132,2ᵇ,14 butio et -it, grus et grurit.

2. butio, -onis *m. ardea stellata – Rohrdommel (Botaurus stellaris L.):* DIAETA Theod. 82 anates, circicla, follica vel -es humidę sunt. *v. et l. 4.*

butir(i)um *sim. v.* butyrum.

1. butis *v.* buttis. **2. Butis** *v.* Bootes.

***butius** *v.* *bucius.

***buto,** -are. *(vox onomatopoetica, cf.* butire) *de cornicibus i. q. clamare – schreien:* ALDH. ad Acirc. 131 p. 180,2 cornices -ant.

***butorius,** -i *m. (francog. vet.* butor *a* 2. butio *ut vid., cf. v. Wartburg, Frz. etym. Wb. I. p. 656) ardea stellata – Rohrdommel (Botaurus stellaris L., cf. H. Suolahti, Die deutschen Vogelnamen. 1909. p. 383sqq.):* ALBERT. M. animal. 23,29 -us avis est similis ardeae in figura . . ., sed colore dissimilis, quia videtur -us esse similis terrae.

butracion *v.* batrachion. **butrio** *v.* botrio.

?*butrista, -ae *f. (a* buttis *et* uter *derivat J. Hubschmid, Romanica Helvetica. 54. 1955. p. 59sq.; an potius corruptum ex* buticla *?) vas vinarium – Weingefäß:* ALCUIN. carm. 102,2,2 tu quia misisti -as ut quoque binas *eqs.*

butrum *v.* butyrum. **butruosus** *v.* botruosus.

***but(t)a,** -ae *f. (cf.* buttis) *cupa, dolium – Bottich, Bütte, Faß:* HERACLIUS II 22 pulverem . . . facias et in buttam (buscam *P*) recondes. CHART. Tirol. notar. I 304 *debet eis pro expensis* III butas crossas ad ponendum vinum *eqs. cf.* *bossa.

***buttarinus,** -i *m. (cf. theod. vet.* butra, butter *sim.) qui censum butyro persolvit – Schmalzzinser:* CHART. Bund. 985 (a. 1266) homines de candela et -os mihi commisit ad tuendum.

***buttarius,** -i *m. (orig. inc., nisi cohaeret c. francog. vet.* bute, *cf. v. Wartburg, Frz. etym. Wb. I. p. 651) fossor – Erdarbeiter:* LAMB. ARD. hist. 152 -i cum hoccis et cespitarii cum cespitibus oblongis . . . operantur. *cf.* *bucharius.

***buttellarius** *v.* *butellarius. **butticula** *v.* buticula.

***butticularius, -clarius** *sim. v.* *buticularius.

***buttillaria** *v.* *butellaria.

but(t)is, -is *f. (de etym. et re v. J. Hubschmid, Romanica Helvetica. 54. 1955. p. 38sqq. 76sqq.)* **1** *uter – Schlauch:* CAPIT. reg. Franc. 32,68 ut bonos barriclos ferro ligatos . . . praeparatos semper habeant et buttes ex coriis non faciant. **2** *dolium – Faß:* **a** *gener.:* CHRON. Ven. Alt. p. 95,11 in vasculos butis maioribus. p. 96,17 vasculos butis (-es *V*) volvebant per girum. CHART. Tirol. notar. I 540ᶜ *petit* unam butem de quatuor plaustris et unum lectum. *v. et p. 1630, 29. sensu despicabili:* FORM. Senon. II add. 3 p. 223,36 sed te placit, lege et pliga, in pectore repone, sin autem non vis, in butte include. **b** *spec. de mensura (vinaria):* GREG. CAT. chron. I p. 297,20 fundum . . . cum . . . curte I habente buttes de vino XI. p. 297,22 cum . . . mola I et de vino butte I.

***buttularius** *v.* *butellarius. ***buttus** *v.* *butha.

butur(um), butyr *v.* butyrum. *Payr*

***butyratus,** -a, -um. *butyrum continens – Butter enthaltend, fetthaltig:* THADD. FLORENT. cons. 127,14 utatur . . . laganis cum caseo -o.

***butyrosus** (-tir-), -a, -um. **1** *strictius:* **a** *butyri proprius – der Butter eigen:* ALBERT. M. animal. 3,173 viscositas butirosa. euch. 3,1,7,2 p. 269ᵃ,31 lacti comparatur *sacramentum,* quia . . . succus de nutrimento depuratus . . . lactis habet quamdam albedinem et pinguedinem -am. **b** *ex butyro constans – aus Butter bestehend:* ALBERT. M. meteor. 4,2,8 p. 758ᵇ,45 per immixtionem substantiae -ae cum substantia casei (veget. 4,147). **c** *butyrum continens – Butter enthaltend, fetthaltig:* ALBERT. M. animal. 22,28 serum . . . cum aliquanto lacte . . . dandum est eis *(catulis)* et sit lac butirosum. **2** *latius i. q. butyri similis – butterähnlich:* DYASC. p. 70ᵇ separat *tertia species chalcanthi* in partes maiores butirosas. ALBERT. M. animal. 16,52 est . . . sperma substantia aquea, butirosa, pinguis (*cf.* 16,55).

[Sroder]

butyrum (-tir-), -i *n.* (βούτυρον) *script.:* ?ob-: *l. 45.* bit-: *l. 48.* bot-: *l. 42.* butti-: *l. 39.* -thir-: *l. 35.* -tur-: *l. 19.46.* -ter-: *l. 50.* -tr-: *l. 27.56.* -ri(um): *l. 71. form.:* *sing.:* *nom.:* -tyr: *l. 23.* -ter: *l. 49.* *acc.:* -ter: *l. 47.* -tur: *l. 19.* boro(bachinum): *l. 57.59.* *plur.: l. 70sq.; cf. l. 44.* *metr.:* bŭ-: *l. 19.23.26sq.51.* -tў-, -tĭ-: *l. 23.27.51.* -tў-, -tī-: *l. 23sq.* *accent.:* GODESC. SAXO gramm. 1,16 '-um', 'romphea' 'anathema', 'Amalechita' naturaliter habent paenultimam longam, sed antepaenultima habet accentum (*cf.* 1,56. ERMENR. ad Grim. 10 p. 544,36).

pinguedo lactis, flos lactis, pinguedo ex lacte facta – Fett- (bestandteil) der Milch, Rahm, Butter (fort. interdum i. q. pinguedo ex -o eliquata – Butterschmalz, e. g. l. 16sq.31.66): **1** *proprie (cf.* GLOSS. III 154,57 St.-S. -um butira. 295,15 butirum pinguedo lactis i. anco. 350,45 butirum angsmero vel butter. 615,15 -um cůsmero ankobinc. 617,37 butirum milchsmalz. *al.):* **a** *gener.:* ALCUIN. carm. 4,9 tibi Hadda . . . mel compultimque buturque ministrat. CAPIT. reg. Franc. 32,34 ut, quicquid manibus laboraverint . . ., id est . . . butirum, bracios . . ., cum summo nitore sint facta. WETT. Gall. 17 qui panes . . . et -um . . . pro benedictione ei obtulit. WALDR. carm. 3,31 panis hic et piscis, lac, mel, butyr atque legumen. ARNULF. delic. 658 sumpsi pro lacte butirum *(cf. Vulg. prov. 30,33).* CONFL. ovis et lini 117 haec *(Flandria)* et in oblongum formans lac pingue -um, non escam tantum, sed facit antidotum. NIVARD. Ysengr. 7,345 rarescat butirum (butrum *B*) super illo lacte (*cf.* ALBERT. M. animal. 3,173 in omni lacte . . . est unctuosa substantia sicut oleum, quae vocatur butirum, et hoc eminet et supernatat in lactis coagulatione). EBO BAMB. Ott. 3,23[ex.] naviculam -o refertam. ANNAL. Rod. a. 1145 p. 717,50 abbas . . . promisit eis *(iunioribus)* aut oleum semper providere aut butirum. CHART. scrin. Col. A II 1 p. 274,29 in foro butiri. CHART. Rhen. med. III 1149 p. 855,35 duas marcas . . . ad emendum buthirum. MENKO chron. p. 554,21 ut singuli peregrini . . . haberent . . . sex cados butiri. *saepe.* *in cognomine:* ANNAL. Egm. a. 1143 p. 153,25 Hugo B-um. **b** *spec.:* **α** *pharm.:* PAUL. AEGIN. cur. 181 p. 107,16 ungendum . . . eos ex butiro (buttiro *B; 3,33,2* διὰ βουτύρου) et terebintina. *al. (v. ind.).* AESCULAPIUS 11 p. 15,26 si percussa auris fuerit . . ., -um recens . . . instillato tepidum. ANTIDOT. Lond. p. 21,13 mittis pigmentas . . ., id est . . . botyro, adipe scrofe. ANTIDOT. Augiens. p. 54,5 recipit . . . butiru drag. med. ANTIDOT. Glasg. p. 109,5 butira cocliaria II. p. 113,26 cum semis obutiro et mel dispumato. p. 117,11 oleum aut buturum lib. I. ANTIDOT. Cantabr. p. 165,47 butiro caprino. FRAGM. mul. I 7 admisce . . . buter, quod sufficiat. RECEPT. Sangall. I 36 auropigmenta in vino teris cum bitiro. TRACT. de caus. mul. 11 buter, adipes anserine. BOTAN. Sangall. 15,3 herba nasturcio cum butero et mel conburit, superligabis. ODO MAGD. herb. 314 cum -o . . . decocta *ruta.* DYASC. p. 45[a] butirum ovium melius est, quod colore subrufum est *eqs.* DIAETA Theod. 243 butirum virtutes habet leniter relaxantes. HILDEG. caus. 3 p. 181,16 modicum -i vaccarum. ALBERT. M. animal. 26,22 argentum vivum cum oleo vel butro . . . superlinitum. MOSES PANORM. marisc. 6 p. 164,3 accipe borobachinum *(i. e.* butyrum vaccarum *ed. in nota)* et pone in nares (*cf.* 8 p. 166,21 unge aures equi cum butiro vaccino et pone borobachinum in aures suas). *saepe.* **β** *iur. de censu, tributis sim.:* CAPIT. reg. Franc. 32,44 de quadragesimale duae partes ad servitium nostrum veniant . . ., de piscato seu formicato, butirum, mel *eqs.* 128,25 p. 254,23 de censu: -um modium I. CHART. Bund. 206 p. 165,18 censum posuit tres denarios de mercede in butiro *eqs.* REGISTR. abb. Werd. 3,49 p. 135,20 presbiter . . . dabit . . . I amphoram butiri. 8,1 p. 249,9 IX bacharios butiri liquati in olla. CHART. Heist. 72 libere transeant . . . cum sale, corco et butiro. CHART. Hamb. 596 p. 492,17 decima butiri. *saepe.* *expressius de -o mensurato:* REGISTR. abb. Werd. 6,17 p. 184,16 (s. XII.[med.]) villicus dabit . . . VIII pullos, IV butira. REGISTR. Dal. p. 387, 17 unum recens butirum. p. 387,26 LV denarios pro butiriis. **γ** *eccl. de usu quodam Armeniorum:* GREG. VII. registr. 8,1 p. 511,17 audivimus . . ., quod contra morem sanctę ęcclesię vestra non ex balsamo sanctum chrisma, sed ex -o conficiat. **2** **a** *in imag.:* IONAS BOB. Columb. p. 148,4 illi *(doctores)* dites balsami lacrimam ex Engaddi . . . *sumunt,* nobis ex Hibernia vix -um pinguescit. CAPIT. reg. Franc. 126 p. 248,39 velut a vivo fonte . . . mellis et -i emanante *(cf. Vulg. Iob 20,17).* **b** *per compar.:* ALBERT. M. animal. 9,120 sperma . . . fit . . . spumosum quasi recens butirum. **c** *alleg.:* HRABAN. univ. 22,1 p. 593[D] -um evangelicus sermo a lacte legis seductus. p. 594[A] -um fructus ecclesiae . . .; pascitur . . . salvator noster -o, hoc est fide credentium Iudaeorum. GERHOH. psalm. 64 p. 469,13 per butirum, quod est corrupti lactis congesta pinguetudo, intelligi potest morum corruptela (*cf.* p. 469,20). ABSAL. serm. 7 p. 49[B] in -o eius *(Christi)* humanitas significata est, et congrua . . . similitudine per -um humana natura in Christo figuratur *eqs.* ALBERT. M. Iob 20,17 (ed. M. Weiss. 1904) 'rivulos . . . torrentes . . . -i', quod significat crassitudinem delectationis divinae consolationis. *al.* **d** *alch. in nomine ficticio:* TRACT. Micrer. p. 90,40 qui *(gallus)* postquam putrefactione generatur, magnesia marchasitae . . ., aqua, butirum *eqs.* p. 92,9 hic est lapis ille, hoc -um solis. p. 92,22sq.

***buvo** *v.* 2. *bufo.

***buxa,** -ae *f.* *(cf.* pyxis, *v. et v. Wartburg, Frz. etym. Wb. IX. p. 655) capsa, pyxis – Behälter, Büchse:* AEDILV. carm. 14,8 dum -is claudunt pretiosae munera vitae. CONSUET. Eins. 23 p. 88,4 appendantur philacteria vel -ae reliquiarum (26 p. 95,19). 24 p. 90,10 unctum cum sapone in singulis -is.

buxeus, -a, -um. **1** *ex buxo constans – aus Buchsbaum bestehend, Buchsbaum-:* COMPOS. Matr. 74,7 facies malagma et mittis in tipos -os aut in tipos de gipso. THEOPH. sched. 3,60 p. 255,16 cum -o ligno . . . planabis *nucleum.* HERACLIUS II 33 baculo -o. **2** *colorem ligni buxi habens, pallidus – buchsbaumholzfarbig, gelblich:* ALDH. virg. II 1013 -us o quantos obtexit pallor inertes. *subst. neutr.:* ALBERT. M. animal. 22,101 animal parvum *(sc. furo)* . . . inter album et -um habens colorem.

***buxida,** -ae *f.* *(cf.* πύξιδα, *v. et v. Wartburg, Frz. etym. Wb. IX. p. 655) capsa – Behälter:* ANTIDOT. Berolin. 31 p. 73,28 in -a cornea. RATHER. epist. 25 p. 131,8 super altare nihil ponatur nisi capsę et reliquię . . . et -a cum corpore Domini ad viaticum infirmis. *v. et* *buxta.

buxifer, -era, -erum. *buxum ferens – Buchsbaum tragend:* ALDH. ad Acirc. 120 p. 165,8 solet . . . dactilus a nominibus figurae compositae provenire . . . ut . . . glandifer, -r.

buxis *v.* pyxis.

***buxta,** -ae *f. vel* ***busta** (-tea), -ae *f.* *(cf.* *buxida) *capsa, pyxis – Behälter, Büchse:* CAPIT. reg. Franc. 128,2 bustam cum cuperculo argenteam ad timiama portandum I pensantem solidos VI, aliam bustam argenteam. TESTAM. Eberh. (ed. P. E. Schramm – F. Mütherich, Denkmale der dt. Könige u. Kaiser. 1962. p. 94[a],39) busteam cristallinam cum reliquiis (DEDIC. Trev. [MGScript. XV p. 1270,10] buxtae tres cum r. CHART. Lux. I 240 quinque buxte, in quibus condite sunt reliquie. *al.*). RUD. TRUD. gest. 1,3[med.] (chart.) buxtas argenteas II ad ferendum incensum. 1,3[ex.] buxtas eburneas III. CONSUET. Eins. 24 p. 90,17 cum uncto et sapone in buxtis *(sic ? cf. l. 29).*

?*buxtilis, -is *m.* *capsa, pyxis – Behälter, Büchse:* RUD. TRUD. gest. 1,3[med.] (chart.) -em *(ed.,* suxtilem *codd.)* argenteum *repperimus.*

***buxtula,** -ae *f. vel* ***bustula,** -ae *f.* *(cf.* *buxta, *busta) *(parva) pyxis – (kleine) Büchse (cf. J. Braun, Das christliche Altargerät. 1932. p. 285):* ODO GLANN. Maur. 22 (3) reliquiae prothomartiris Stephani, quae . . . in buxtula (buxide 2) lignea reconditae fuerant. ROD. GLAB. hist. 5,11[ex.] bustulam vel pixidem, in qua servabatur *panis.*

***buxula,** -ae *f.* *(cf.* *buxa) *(parva) pyxis – (kleine) Büchse:* WOLFHARD. Waldb. 3,2 (1) coctas atque in -a obtrusas altario oblatas impone (3,3 [1] o. . . . in -a [buxa *var. l.*] reposuit). 3,5 (3) -am parvam.

[Sroder]

buxus, -i *f. (m. vel n.: l. 23)* (*cf.* πύξος) *script.* pu-: *l. 11. form. nom. sg.* -o: *l. 10. adde* GLOSS. III 713,9 St.-S. IV 355,62.

I *arbor quaedam ligno pallido foliisque sempervivis praedita – Buchsbaum (Buxus sempervirens L.):* **A** *proprie:* **1** *latius:* **a** *gener.:* GLOSS. med. p. 57,5 pigios -us (-u *var. l.*) Graece. ERMOLD. Ludow. 4,539 viridantia claustra Iudith . . . tegit vimine praeraso nec non et tonsile -o. GLOSS. II 294, 63 St.-S. -um singriuni *(spectat ad Greg. M. in evang. 21,13).* III 39,57 -o (-us *m*) buhsbŏm. 95,42 pixos Grece, -us Latine buchsbŏm. V 34,18 pixos Grece, p-us Latine bŭsbŏm. *al.* HILDEG. phys. 3,22 -us calida est *eqs.* METELL. buc. 7,63 stant ulmus, -us vivi fontis prope fluxus. ALBERT. M. veget. 1,111 quaedam *plantae* . . . parum habent *gummas* sicut -us et quercus. 2,48 -us, cuius ramus in terram infixus convalescit de facili. 6,45 -us . . . arbor est nota apud nos, crocei ligni *eqs. ibid. al. (v. ind.).* **b** *pharm.:* TRACT. de caus. mul. 95 p. 54,6 persice, buxso, ex ipsas erbas cimas ana unc. III. TRACT. de aegr. cur. p. 325,16 herbam faucernam pistilabis et dabis bibere succum -i olatam dabis comedere. HILDEG. phys. 3,15 p. 1229^{A} si . . . huic oleo . . . addideris . . . tertiam partem de succo -i. **2** *strictius de ligno:* ODO Ern. duc. p. 352^{D} *(per compar.)* pallidiora reciso ora . . . -o *(cf. Ov. met. 4,134).* **B** *alleg.:* HRABAN. carm. 30,3 -us canitiem signat. univ. 19,6 p. 521^{A} -us . . . lenes in ecclesia significat. **C** *meton. de rebus ex -i ligno factis:* **1** *tibia – Flöte:* CARM. Bur. B 92,62,4 -us multiplici cantum prodit via. IUSTIN. Lippifl. 79 inflatur -us. **2** *instrumentum in medicina ocularia adhibitum – Instrument der Augenheilkunde:* NOTULAE Wilh. Cong. 386 inveni modum decurtandi palpebram . . ., et quia primo ad hoc officium fueram -o usus, postea . . . feci mihi fieri ferrum ad hoc idoneum. **3** *margo ex ligno -i facta – Buchsbaumholzeinfassung:* ALBERT. M. animal. 22,85 calida tabula de cornu cervi cum -o saepe superponatur, ut unguentum calore illius bene ad superos perveniat.

II *ceratium – Johannisbrotbaum, Bockshornbaum (Ceratonia siliqua L., cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. I. p. 899):* EPIST. Worm. I 65 p. 110,13 siliqua est genus fructus, qui crescit in magnis arboribus, quas vulgo -os vocant.

1. *buza, -ae *f. (orig. germ. ut vid., cf. theod. vet.* buzo, *v. et Ahd. Wb. s. v., francog. vet.* busse, *v. et v. Wartburg, Frz. etym. Wb. I. p. 667)*

(lata) navis (oneraria) – (breites Transport-)Schiff (cf. P. Heinsius, Das Schiff der hansischen Frühzeit. 1956. p. 38. 94.207sq.): ALBERT. AQUENS. hist. 9,9 rex ab Assur exiens navem, quae vulgo dicitur -a, ascendit *eqs.* THEOD. HIRS. loc. sanct. 40 p. 91,11 LXXX naves in portu stantes numeravimus praeter navem -a appellatam, qua nos in eundo et redeundo usi sumus. ANNAL. Crem. a. 1188 (MGScript. XXXI p. 7,21) fuit incepta -a, que in sequenti anno fuit completa et ivit ultra mare *eqs. (cf.* SICARD. chron. a. 1189 p. 169,4 -am [busam *var. l.*], Cremone quam fecimus fabricari, ultra mare pro terre subventione personis et rebus misimus honeratam. SALIMB. chron. p. 8,19 -a Cremonensis). *v. et* *bucius.

2. *buza, -ae *f. (theod. vet.* buzza) *puteus – Brunnen:* CHART. scrin. Col. A I p. 155,13 (a. 1183/88) dimidietas domus . . ., que fuit Alberonis ⌞cum bůza⌟ (⌞⌟ *add. cod.*).

***buzaria** *v.* *bucheria.

***buzia** (-zea), -ae *f. (orig. inc., nisi cohaeret c.* buxus *propter colorem pallidum ligni, cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. I. p. 574) oxyacantha – Sauerdorn, Berberitze (Berberis vulgaris L., cf. Marzell, op. cit. p. 568):* GLOSS. III 552, 12 St.-S. cortex buzie (buxie *b*) erbesip. THADD. FLORENT. cons. 126,103 recipe . . . piretri, corticum buzee.

***?*buzicaga** *subst. (orig. inc., nisi cohaeret c. arab.* butur, *ital.* butterato, *cf. Meyer-Lübke, REW³ nr. 1427a) inflatio faciei pustulas provocans – mit Blasenbildung verbundene Gesichtsschwellung:* WILH. SALIC. chirurg. 1,18 p. 309^{F} cura inflationis universalis in tota facie, quę dicitur in vulgari -a vel aura cervina vel gutta rubea.

byas *v.* dyas. ***byc(h)arium** *v.* *bicarium.

bylis *sim. v.* bilis. ***bylleta** *sim. v.* *billeta.

bymatus *v.* bimatus. ***bymna** *v.* *brenna.

bypennis *v.* bipennis. **byrillus** *v.* beryllus.

byrozius *v.* birot(i)us. ***byrro** *v.* *piro.

byrrus *v.* birrus. **byrsa** *v.* bursa.

***byrsodepsicus** (virsudexi-, -pti- *sim.*), -a, -um. (βυρσοδεψικός) *ad depsendum coria aptum – zum Gerben geeignet:* PAUL. AEGIN. cur. 11 p. 5,7 ru virsudexicu (*3,2,3* βυρσοδεψικοῦ) xistia II (186 p. 110,21 roos virsodepsicu lib. I. 217 p. 158,24 r. siriacu virsodepticu).

Bysancius *sim. v.* Byzantius.

***byssatus,** -a, -um. (byssus) *bysso indutus – in feinen Stoff gekleidet:* EKKEH. IV. pict. Mog. 667 quondam -us (gloss.: bysso vestitus) Lazaroque tenax epulatus vel guttam digiti in linguam sibi poscit *dives* egeni *(cf. Vulg. Luc. 16,19).*

byssextilis *v.* bissextilis.

byssinus (bis-), -a, -um. (βύσσινος) *script.:* ?pici-: *l. 41.* bisi-: *l. 20.30.33.* bysi-: *l. 31. metr.* -sī-: *l. 28.*

1 *adi.:* **a** *ex textili (linteo vel xylino) tenuissimo constans – aus feinem (Leinen- oder Baumwoll-)Stoff bestehend, Batist- (cf.* GLOSS. III 174,4 St.-S. bisina tun(ica) zuwilroch. 189,38 bissina [t(unica) *add. N*] zuilehu [*D*], uuisepfellinroch [*N*]. 409,75 -a sabenino. 419,49 bissinum zwilich): ALDH. virg. I 58 p. 318,2 cultus gemini sexus huiuscemodi constat subucula bissina (by- *L*), tonica coccinea. ANNAL. regni Franc. a. 807 p. 123,25 erant . . . omnia bissina, tam tentoria quam et funes eorum (ARNOLD. LUB. chron. 1,4 p. 119,25). AGNELL. lib. pont. 80 endothim bissinam preciosissimam . . . aculis factam (88). WALTHARIUS 300 aurea bissina tantum stant gausape vasa. ORD. coron. imp. 13,1 imperator vestitur veste bisina intesta auro. BENZO ad Heinr. 1,9 p. 602, 28 rex indutus bysino podere. *remissius i. q. tenuissimus – sehr fein:* ORD. coron. imp. 13,1 habet *imperator* in manu duas cyrothecas de lino bisino. **b** *colorem byssi habens, candidus – leinenfarbig, weiß:* HRABAN. cruc. 1,16 p. 214^{C} descripsi . . . florigeram crucem quatuor coloribus praecipuis, id est hyacinthino, purpureo, -o et coccineo.

2 *subst.:* **a** *neutr.: linum tenue – feines Leinen:* Ps. HELIOD. chirurg. 24 per filio *(sic?)* de bissino aut de seta. **b** *masc. vel fem.: ?gossypium – ?Baumwollpflanze (Gossypium herbaceum L.):* AETHICUS ISTER 109 ubi sunt arbores magnae, quae picini dicuntur, unde in anno bis vellera carpunt. *v. et* *bisana.

byssus (bis-), -i *f. (l. 59. p. 1637,11), m. vel n. (l. 47sq.52. 56.58)* (βύσσος) *script.* bis(us): *l. 47.*

I *textile (linteum vel xylinum) tenuissimum – feiner (Leinen- oder Baumwoll-)Stoff, Batist (cf.* GLOSS. I 64,4 St.-S. -um cotauueppi huizaz. III 182,39 -us [bisus *N*] est species . . . lini retorta gezuirnit. 418,47 bissum sabe): **A** *latius:* **1** *proprie:* **a** *de panno:* FORM. Wisig. 20 p. 584,18 (vs.) argentum, aes, -um *tradimus.* ALDH. virg. I 15 curtinae veteris delubri . . . ex auro, iacintho, purpura, bis tincto cocco . . . cum bisso retorto . . . fulsisse describuntur ([*Vulg. exod. 26,1. 28,5. saepe*]. LIBRI Karol. 1,17 p. 40,15 testis est ipsa lex a Domino per Moysen data, quae . . . iacinctum . . ., purpuram et coccum seu etiam -um ad indumenta pontificis conficienda . . . designat. EUGEN. VULG. syll. 3,13 bissus tortus. *cf.* CARM. de Karolo et Leone 190 vestis biscocco purpura -o. CONFL. ovis et lini 359 has [*cortinas*] mandat *Deus* Moysi de -o texere torta). AETHICUS ISTER 93 laneficii ac -i usum . . . in ea insola . . . adfirmat. LIBRI Karol. 1,17 p. 40,21 -um terrae *accommodant,* quia oritur ex terra. AMALAR. off. 3,4,1 ex natura -i possumus intellegere, quam proxima sint inter se haec duo, -us et linum. TRANSL. Dion. Ratisb. p. 352^{b},38 (epist.) metallorum copiis, bissi, coccini cunctigenisque mercimoniis . . . redundat *Ratisbona.* CARM. Bur. B 92,57,1 sellam texit purpura subinsuta -o. HEINR. WIRZ. cur. 101 -us (bissus *var. l.*) ab Ethyopum Romam deducitur horis. *al.* **b** *de stragula, veste sim.:* WALTHARIUS 293 ad solium, quod bissus (byssus *I;* gloss. cod. I p. 8: saben) compsit et ostrum. PASS. Quint. 302 (MGPoet. IV p. 987) ut tibi sit vestis pro vili hoc purpura panno et candens -us. STEPH. COL. Maurin. 6 (2) velent . . . regum cadavera -us . . . aut purpura. CARM. Bur. B

[Sroder]

131,2,7 non sum *(sc. caritas)*, quo mussitas, . . . nec in -o (bisso *var. l.*) vel cuculla. **2** *alleg.:* HRABAN. univ. 21,14 p. 569A -us . . . castitatem atque munditiam *figurat.* 21,20 p. 578C -us in castitate purae conversationis. BERENG. TREV. laud. 1,5 per -um caro virginea . . . significatur. **3** *translate i. q. claritas – Helligkeit:* ALBERT. M. Iob 28,14 (ed. M. Weiss. 1904) abyssus dicitur, quia sine basi et sine -o, quod est candor. **B** *strictius i. q. sericum – Seide:* GLOSS. III 358,19 St.-S. bissus sidintuh.

II *linum – Lein (Linum usitatissimum L.):* AMALAR. off. 3,4,2 dicit Beda *(PL 91,456C):* '-us . . . de terra viridis nascitur, sed eruta de terra siccatur.' ALBERT. M. veget. 7,133 lini semen aut bissi in agro pingui vult seminari.

***bytriscus** *v.* *bitriscus. **bytumen** *v.* bitumen.

Byzancius *v.* Byzantius.

***Byzantiata** (Bisa-), -ae *f.* (Byzantius) *quod uno Byzantio emitur – Warenmenge im Wert eines Byzantiners:* CHART. ord. Teut. 1 p. 1,20 (a. 1153) quisquis in hoc . . . casali annonam emerit, de una quaque Bis-a pro mensuratione denarium dabit.

***Byzantĭcus** (Pison-, Bisa-, Bison-, Baz-, Bysa-), -i *m. nummus (aureus Byzantii excusus) – (in Byzanz geprägte Gold-) Münze, Byzantiner (cf.* GLOSS. V 107,11 St.-S. Baz-us mancus): TRAD. Frising. 1609 (a. 1024/31) si quis de communi fratrum servicio eandem proprietatem distraheret, proximus eius heres uno Bis-o sibi manciparet *(cf.* 1618 ut . . . illud redimat . . . positurus pro hoc ad altare Pisonticum unum. 1625 Pisontico uno. 1698a uno Bisontico. 1698b). BURCH. SION. descr. 2,18 fructus . . . crescunt . . . tanta quantitate, quod dicuntur . . . valere suis dominis CCC milia Bys-orum aureorum.

Byzantĭnus (Bysa-), -i *m. nummus (aureus Byzantii excusus) – (in Byzanz geprägte Gold-) Münze, Byzantiner:* BURCH. SION. descr. 10,5 solvunt domino de Assur . . . XXXVIII milia Bys-orum aureorum singulis annis.

Byzantium (Biz-), -i *n. species piscis – Fischart:* MATTH. PLATEAR. gloss. p. 370A blacta Bizantia est quaedam superfluitas, quae invenitur in ore . . . cuiusdam piscis, qui Bi-um dicitur, quia Bi-o similis est in latitudine. *cf. DuC. s. v.* *byza.

Byzantĭus (Piz-, Biz-, Bisa-, Besa-, Bysa-, -nci-, -thi-, -tus, -teus *sim.*), -i *m. (? f.* -a: *p. 1638,11)* (Βυζάντιος) *form. acc. pl.* -tes: *l. 48.*

nummus (Byzantii excusus) – (in Byzanz geprägte) Münze, Byzantiner (constat fere ex auro; ex argento: p. 1638,38; de re v. F. Frh. v. Schrötter, Wörterbuch der Münzkunde. 1930. p. 73 s. v. 'Bézant'): **1** *gener.:* RUODLIEB V 314 quorum vasorum rex unum denariorum replet, Bizantes quos dicunt aurificantes. MARIAN. chron. a. Chr. 1087 p. 559,27 accepit quingentos Bis-os aureos, id est denarios magnos. SCHOL. Adam gest. 77 adiciens *Paulus* . . ., quod . . . faceret apud Hammaburg monetam publicam ex auro fieri et pro denariis Bi-os (Bizantos *var. l.*) dari. LEO MARS. chron. 1,55 planetam diarodinam de Bizanteis XV. GREG. CAT. chron. II p. 203, 25 vir magnificus . . . direxit ad hanc ecclesiam . . . Bisantos sex milia. ANNAL. Ianuens. I p. 99,17 donec unusquisque Bis-um unum pro introitu . . . daret. CARM. Bur. B 41,13,3 qui sunt Syrtes vel Sirenes, qui . . . attrahunt -um. GUNTH. PAR. hist. 15 p. 45,8 nummi aurei, qui in illa urbe *(sc. Byzantii)* formari consueverant, a nomine ipsius urbis Bis-i appellantur. IOH. TULB. gest. 5 (MGScript. XXXI p. 684,9) carencia fuit talis, quod . . . gallina tres Bisancias *(sic?) comparata fuit.* WILH. RUBRUQU. itin. p. 317,6 nassic . . ., quem vendidit octoginta Besanciis de Cipro. STATUT. ord. Teut. p. 104,12 potest . . . marschalcus accipere de thesauro tres Bisancios. *saepe. per compar.:* IOH. IAMAT. chirurg. 8, 18 impetigo est asperitas in cute nascens speciem rotundam ad nummi modum protendens vel Bis-i. **2** *de certis pensionibus:* **a** *de multa:* LEG. Lang. p. 223,40 componam vobis tria milia Bizanteos (Visanteos *var. l.*) aureos (p. 224, 47. CHART. Ital. Ficker 72 p. 99,23 Bisanteos a. *al.*). IOH. VIII. epist. A 124 mille Bizanteos palatio nostro componet. GREG. CAT. chron. II p. 211,4 optimos Bizantos c. **b** *de pensione curiae Romanae solvenda (cf. A. Werminghoff, Geschichte der Kirchenverfassung Deutschlands im Mittelalter. I. 1905. p. 211):* DIPL. Heinr. IV. 451 p. 609,22 ut singulis annis Rome Bis-um (Pisancium *var. l.*) . . . persolvat *abbatia.* CHART. Bund. 327 sub unius Bi-i censu sacrosanctę Romanę ecclesię annis singulis persolvendo. 399 p. 295,38 ad inditium . . . huius apostolica sede percepte protectionis Bys-um unum annis singulis nobis *(sc. papae)* . . . persolvetis *(sim.* CHART. Stir. I 97 p. 115,36. CHART. Tirol. 1243 p. 283b,31. *al.). al. v. et supra p. 1248,23.* **c** *de censu, tributis sim.:* CHART. Mog. A 510 p. 413,25 (a. 1123) annuatim archiepiscopo aureus nummus, qui Bisancius dicitur, *erit.* ALBERT. AQUENS. hist. 3,21 tributa Bis-orum. CHART. Heinr. Leon. 94 p. 144,30 viginti Bis-os censuales. CHART. Hohenloh. 71 p. 48,21 concedimus . . . sex milia Bisancios sarracenatos in assisiam. ANNAL. Ianuens. IV p. 58,3 Bisancios mille argenteos. *al.* **d** *de redemptione (cf. Ph. Dollinger, L'évolution des classes rurales en Bavière. 1949. p. 85):* TRAD. Frising. 1636 (a. 1078/98) proximus heres predium redimat uno Bis-o. 1648a si aliquis eiusdem tradicionis infringat condicionem, proximus . . . heres . . . unum persolvat Bizancium. 1723 Pizantium. *al. (v. ind.).* CHART. Salisb. I 128a Bi-um super altare ponat, prescriptum predium recipiat. **e** *de stipendio militari sim.:* ALBERT. AQUENS. hist. 5,35 propter conventionem solidorum et Bis-orum, quae sibi comes idem pro militari debebat obsequio. ANNAL. Ianuens. I p. 132,23 Xoartus . . . regi tribuebat qualibet die pro lancea sua Bissantios mille. IOH. TULB. gest. 20 (MGScript. XXXI p. 702,27) dare . . . sex Bysancios cuilibet de exercitu. *al.* *Sroder*